


No. A  
34-174




Bea  
Bl.



86



COMPENDII 2  
PRIVILEGIORVM.



P A R S S E C V N D A.



N E A P O L I,



---

Ex Typographia Stelliolæ, Ad Portam Regalem.  
M. D. X C V.

COMPENDII  
PRIVILEGIORVM



PARS SECVNDA.



305896871

NEAPOLI.

EX Typographia Reale, Abbatum Regalium.  
M. D. XCV.

A D  
ILL.<sup>um</sup> ET REVERENDISS.  
I V L I V M A N T O N I V M  
S A N C T O R I V M S . R . E . C A R D I N A L E M .



DONATVS FRANCVS CARMIANENSIS.



*L V X Italia, nostrique ò gloria  
secli  
Iuli nobilium Maxime Romuli-  
dum,*

*Quo nitens, nunquam sapientia corruet, artes  
Florebunt sacra, Phœbus, et Aonides,  
Quo incolumi, magno non Casare Roma super-  
Cuirubuit patrio tincta cruore manus. (bit,  
Ille etenim ferro terras, tua vincit Olympum  
Mitra, timore viros ille, tu amore trahis.  
Accipe consumptos noctesq; diesq; labores,  
Exigua eximio munera ab ingenio.  
Claro namque tuo fulgentes nomine, viuent,  
Dùm lymphas amnis, dū feret astra Polus.*

Ad Libri Auctorem, idem.

**E**T tēpla, et statuas erexit sparta Lycurgo,  
Qui statuit populo iura prophana suo.  
Gens electa Dei, quòd sacra Hieronyme strin-  
Dogmata Pontificū, quid tibi cōstituet? (gis  
Non poterit dignas meritis tibi reddere grates:  
Verūm te in Cælo premia digna manent. a 2





# D I C T I O N A R I U S

## I N D E X

### A L P H A B E T I C U S

#### Secunda Partis Compendij.

<b>I</b> ndulgentia plenaria quo-	Officij Festiuitatum.	269	
ad Fratres.	fol. 1 Officia Ordinis.	260	
Indulgentia non plenarie quo-	Officium Diuinum.	262	
ad Fratres.	Oracula viue vocis.	272	
Indulgentia Stationu.	Ordines sacri.	273	
Indulgentie quoad seculares.	Ornamenta Ecclesiastica.	284	
Infirmi Fratres.			
Ingressi Monasteria Mon.			
Inquisitores hereticę prauita-	<b>P</b> Acta.	288	
ris.	Paramenta Ecclesiast.	288	
Interdictum.	Parentes Fratrum.	288	
Itinerantes Fratres.	185 Parochia.	289	
<b>L</b>	Paupertas.	290	
Lici Fratres.	186 Portio Canonica.	300	
Legata.	190 Possessiones Fratrum.	300	
Licentia Fratres.	197 Prædicatores verbi Dei.	301	
Loca Fratrum.	198 Prælati.	308	
<b>M</b>	Præfatio Missæ.	309	
Magister.	199 Præsentatio Confessorum.	309	
Mendicare.	200 Priuilegia Fratrum.	314	
Ministri.	200 Probatio Nouitiorum.	330	
Missæ.	203 Processiones.	330	
Monasteria.	213 Procuratores Fratrum.	333	
Moniales.	215 Professio Fidei.	339	
Mulieres non Moniales.	229 Professio Fratrum.	340	
<b>N</b>	Promoti ad ordines.	340	
Nouitius.	232 Protector Ordinis.	341	
<b>O</b>	Prouincia.	343	
Obedientia.	256 Prouinciales.	343	
Oblati Fratrum.	257		
Obligaciones.	257	<b>Q</b>	
Observantes Fratres.	258	Quarta portio.	343
		Quæstare.	343



# INDEX RERVM, AC SENTENTIARVM NOTABILIVM,

## Qua in hac Secunda Parte Compendij

continentur.

### Indulgentia.



**INDVLGENTIA** Plenaria in articulo mortis Fratribus conceditur, fol. 1. §. 1.

Indulg. plenaria in receptione habitus S. P. Franc.

& in die obitus. ibidem. §. 2.

Indulg. plen. sacerdotibus, & laicis, & Monialibus se communicantibus diebus Dominicis, & solemnitatibus B.

Mariae, & nostri Ord. & in omnibus alijs diebus, ut in §. 10. et 12.

Dicentes coronam Domini N. et B. M. consequuntur Indulg. plen. §. 7.

8. & 9. eandemque conseq. Fratres infirmi, dicentes unum psalmum, vel hymnum B. M. §. 13. et ex quot Pater N. & Ave M. constet ipsa corda. §. 11. & Corduba, f. 7. B.

In Ramis Palmarum, & in die S. Ioannis ante Portam Latinam, quilibet Frater Minor, dicens psal. penitent. vel quinquies Pater, &

Ave M. ante Sacramentum Altaris, liberat animam à Purgatorio: sed, quando hac voluerint vti facultate, debent dicere coronam pro sua Sanctitate. §. 14.

Recitantes Officium Defuncti. vel sept. psal. penit. vel canticum grad. & 10. psal. passionis, consequuntur Indulg. Coro. B. Mariae. §. 16. 19. 20.

Celebrantibus Missam Conceptionis, vel illam audientibus, Indulg. plen. §. 17. & 18.

Prouinciales Fratrum Minor. in Vistis Fratrum, Monialium, & Tertiariorum, possunt concedere Indul. Plen. §. 16.

Indulgentie concessa Fratribus Ord. Predic. & Augustin. pro semel in vita, & in mortis articulo, & in Festo S. Dominici. f. 6. §. 21. et 22.

Indulg. S. Mariae de Populo, conceduntur Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs. §. 24.

Christi.  
Cand.  
S. Iulian.  
S. Hieron.  
vni de Pius.  
cc.

In articulo mortis.  
Habitus.

Pro Comu.

Pro corona  
B. M. & D.  
N. 1. 7. 11.

Liberatio anime à Purgatorio.

Pro officio defuncti. 7.  
psal. pen. cum grad.  
Pro Missa Concept.

Indulg. pro visitis.

Predicat. & Augustin.  
Monial. & Tertiarijs.



ritur, f. 20. A.

Indulgentiæ concessæ Fratribus, & Monial. nunquam censentur suspensa, quoad personas Fratrum, & Monialium, nec per Bullâ Cruc. nec per alias: nisi specifica fiat de eis mentio, f. 21. E.

*Indulgentiæ, quoad Seculares.*

**E**Narrantur quamplurimæ indulgentiæ uisitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in uarijs Festiuitatibus anni nostri Ordinis, & aliorum Sanctorum, concessæ. ut f. 22. §. 1. cum sequentibus. Sed aduertendum, quod nunc per Six. V. uisitantibus Ecclesias predictas in Festiuitatibus principalibus Sanctorum nostri Ordinis datur Indulgentia plenariâ ut habetur in Bulla.

Indulg. portuicula fuisse datam à Xpo. declarauit Bened. 12. f. 24. §. 13.

Indulgentiæ quamplurimæ concessæ uisitantibus Ecclesias aliorum Ordinum Mendicantium, & primo Prædicatorum, f. 24. §. 15. & §. 29. cum sequentibus, f. 26.

2. Augustinensium habentur f. 28. §. 30. & 31.

3. Carmelitarum, habentur, f. 29.

Indulgentiæ concessæ uisitantibus Ecclesiam Fratrum Minorum, Augustinensium, Carmelitarum, & Ordinis S. Iohannis Hierosolimitani, in tempore Quadragesimæ, enarrantur f. 30. & cum sequentibus.

Indulgentiæ concessæ uisitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in quibuslibet diebus anni, f. 32. D.

Indulgentiæ concessæ uisitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, f. 33.

Indulgentias communicant inter se inuicem Ordines Mendicantes; & quomodo illa, quæ sunt concessæ uni illorum censentur concessæ alteri, uid. f. 34. D.

Indulgentiæ concessæ exhibentibus Fratribus Minoribus, aliqua opera pietatis, f. 35. B.

Concessio, ut Generalis & Prouincialis possint communicare suffragiâ indulgentias, & omnia spiriualia benefactoribus, f. 35. C.

Et pro hac concessione uid. nostram annotationem, f. 40. C. Ubi pulchra quedam examinantur, uidelicet.

Quomodo, & quando possit quis recipi in alicuius cõmunitatis, uel Collegij communionem.

Et in quo talis receptio ei proficiet.

Et quæ bona spiriualia possit Prælatus communicare.

Indulgentiæ concessæ facientibus opera pietatis Ordini Prædicatorum; fol. 36. D.

Indulgentiæ concessæ exhibentibus opera pietatis, erga Carmelitanos, fol. 40.

# I N D E X.

- fol. 40. & fol. 45. D.
- Indulgentiæ concessæ facientibus opera pietatis Fratribus *Minimis*,  
*Hospitalis S. Iohannis Hierosolimitani*, & *Sandis*, *Trinitatis*, f. 37.
- Indulgentiarum participatio à *Benefactoribus*, uel *Germanis Ordinum*,  
 non intelligitur de *Plenarijs*, nisi expressa illarum mentio fiat, f. 40. B.
- Indulgentiæ, quas lucrantur audientes *Verbam Dei* à *Fratribus Ordinis*  
*Minorum*, & *Praedicatorum*, f. 46. & 47.
- Indulgentiæ, quas lucrari possunt *seculares*, ratione habitus *Fratrum*  
*Minorum*, *Praedicatorum*, *Augustinensium*, *Carmelitarum*, &  
*S. Trinitatis*, f. 47. 48. 49. & ibi de deferentibus *Zonam Sancti*  
*Augustini*.
- Indulgentia plenaria concessa deferentibus *chordam S. Francisci*, de eius  
*Confraternitate*, & à quibus nunc debeat benedici *chorda*, f. 49. E.
- Indulgentia in favorem *Conceptionis*, f. 50. C.
- Indulgentia plen. concessa patribus, & matribus *Fratrum Mino.* f. 51. F.
- Differentia, quæ est inter indulgentiam plenariam, & *absolutionem Ple-*  
*nariam* à culpa, & *pœna*. ibidem f. 52. B.
- Indulgentia pro recitantibus *Rosarium B. M. V.* f. 52. 53. 54. E.
- Sed aduertendum, quod nunc sunt infinite aliæ indulgentiæ concessæ.
- Indulgentia concessa *Syndicis Fratrum*, & eorum *liberis*, *uxoribus*,  
*fratribus*, *sororibus*, etc. f. 53. 53.
- Notabilia, et decisiones quædam ualde notabiles in materia *Indulgen-*  
*tiarum Collectoris*, f. 54. C. quæ sunt, uidelicet.
- Primum Notabile est de *Excellentia*, et ualore *indulgentiarum*, &  
 utrum dare operam ad acquirendas indulgentias sit *imperfectionis*.
- Indulgentia de *inunctis penitentibus*, quomodo intelligatur, f. 55. E. et  
 de *contritis*, et *confessis*, et an, accipiens talem indulgentiam, possit  
 satisfacere pro *presentia* et *data ieiunandi*, uel aliud faciendi per  
 tot dies. B.
- Indulgentia per modum *suffragii*, quid operetur, f. 57. E.
- Tempore, quo quis manet in peccato mortali, plus ei confert *communt-*  
*catio bonorum aliorum*, quæ sit per *charitas filiationis*, seu *aliis*, quæ  
 indulg. fol. 58. D.
- Opus bonum, quod pro assequenda indulgentia sit, potest alijs applicari;  
 et indulgentiam pro se accipere, f. 59. E.
- Secundum notabile est de ijs, quæ concernunt *auctoritatem conceden-*  
*di indulgentias*, et quis potest concedere indulgentias, f. 59. C.
- Confessores, et *Praedicatores*, an, et quando possint concedere indulg. B.
- Indulgentiæ concessæ ab inferioribus à *Papa*, solum ualent quæ ad *sub-*  
*ditos eorum*, et ad *Religiosos* et iam *exemptos*, sibi commorantes, f. 60. C.
- et quid





## I N D I X.

bus illis ieiunij, detur eleemosyna, & fiat oratio, f. 75. B.  
Item quid, si in principio hebdomadae fuerit absolutus ab aliquo casu re-  
seruato, & postea non adimplerit alia, quae in Iubileo mandantur,  
an talis absolutio valeat. ibidem. C.  
Item aliud Notandum contra Fratres sub colore indulg. uagantes, f. 76. B.  
Ponuntur indulg. Stationum septem Ecclesiarum Urbis Romae, f. 77.  
Indulg. plen. in mortis articulo, concessa Frat. Mino. semper seruata p.  
uero art. mor. p. p. f. 36. s. 4. quae nullibi in nostris Priuil. reperitur sic  
concessa, f. 36. A. et habet locum et in obliis, et confessis in genere. ibi. C.

### *Infirmi Fratres.*

**F**ratribus Minor. de Observantia conceditur in articulo mortis In-  
dulgentia plen. etiam si non possent confiteri, f. 82. s. 1. 6.  
Infirmi in suis lectulis, vel cellis, dicendo quinquies P. & Ave. M. lu-  
crantur indulgentias nostris Ecclesiis concessas, s. 13.  
Dicendo unum Psalmum, uel Hymnum, B. V. consequuntur indulgē-  
tias concessas, dicentibus coronam B. V. uel Domini nostri, s. 5.  
Officium diuinum quando infirmi licite possunt dimittere, s. 6.  
Concessionem pro Monialibus infirmis, s. 4. & 7.  
Facultates concessae Praelatis Monachorum S. Benedicti Congregat. Hisp.  
in dispensando cum infirmis eorum Fratribus, s. 8. 9. & 10.  
Aliae facultates ad idem concessae Fratribus S. Hieron. f. 84. s. 11. ubi  
habetur pro Fratribus, Medicis, uel Chirurgis.

### *Ingredi Monasteria Monialium.*

**P**rohibetur Fratribus Minor. ex Regula, ingressus Monasteriorum  
quarumcunque Monialium, f. 85. s. 1. & s. 10.  
Et nomine Monasterij, fuit declaratum, intelligi claustrum, domos,  
& officinas interiores. ibidem.  
Ad alia autem loca, ubi seculares conueniunt, qui Fratres, & qua-  
do possint accedere, s. 10.  
Licentia, ut in certis casibus possint Fratres ingredi Monasteria, & con-  
fessor earum, quibusdam obseruatis conditionibus, s. 3.  
Innocentius declarauit, prohibitionem Regulae intelligi tantum de Mo-  
nialibus inclusis S. Damiani, s. 4. Sed haec declaratio fuit postea, ut  
relaxatiua, annullata, ut ibidem.  
Licentia ingrediendi pro confessore, s. 6. pro exequijs, & pro sepultura:  
& de num. sociorum, uide f. 114.  
Licentia casus, in quibus potest ingredi ad Monast. Mon. s. 7. qui ca-  
sus, declarantur a Collectore, f. 96. in primo Notabili.

## I N D E X.

- Protectoris auctoritas in licentiâdo, pro ingressu ad Monast. Mon. §. 13.*  
*Prohibitio cum excommunic. pro omnibus Christianis, nè in aliquod S. Clarae Monia. Monast. ingrediatur §. 15. Et vide ad hoc Cordub. f. 116. E.*  
*Claues clausuræ, à quibus teneri debeant. §. 16.*  
*Prohibitio ne ingrediatur ad Tertiarias inclusas. §. 17. et vide. f. 94. B.*  
*Tertiarię uocantur etiam Moniales. Ibidem.*  
*Licentia, pro prædicatoribus ad prædicandum. f. 92. §. 20.*  
*Licentia, pro Confessoribus Tertiarum, & à quibus Prælatis debeant ipsi Confessores institui. f. 93. §. 26.*  
*Circa prohibitionem ingressus ad Monast. S. Clarae, factam Fratribus, et omnibus alijs Christi fidelibus, ad st. dispositio amplissima Leon. X. reuocatiua omnium aliarum concessionum. §. 28.*  
*Sunt & aliæ quâplurimæ Cõcessiones, et prohibitiones ad huiusmodi ingressû ptinêtes, q̄ susus examinatur in notabilib<sup>9</sup> Collectoris. f. 96. B.*  
*In pr. Notabili examinantur, & declarantur illi casus in quibus, diuersis personis licet ingredi clausuram Monast. S. Clarae, f. 96. et 122. D.*  
*Resolutio notabilis pro materia ingrediendi Monast. Mon. f. 104. E.*  
*In 2. Notab. an prohibitiones factę ingrediendi ad Monast. Monial. intelligantur etiam de Tertiariarum Monasterijs, f. 105. & concluditur, quòd sic. & vide f. 118. E. & f. 129. C.*  
*Ponitur causa institutionis secundæ Regulæ Tertiariarum in congregatione uiuentium, f. 106. A.*  
*In 3. Notabili discutitur, num prohibitio ingressus Monast. Monial. comprehendat generaliter omnia alia Monast. aliarum sceminarum collegialiter uiuentium: & concluditur quod sic, f. 109. & f. 119. & uide f. 129. B.*  
*In 4. Notabili dicitur, quòd Prælati Monialium non possunt alijs secularibus, vel Religiosis dare licentiam, vt intrent clausuram Monialium, f. 112. & vide f. 130. B.*  
*An Fratres Minores possint ingredi Monast. S. Clarae, S. Domin. et Conceptionis, f. 116. E. & f. 119. E. Et quòd solùm Moniales Concept. admittentes aliquos intra clausuram erant excommunicatę, sed secus est modò, per Pium V. & Greg. XIII. vt infra.*  
*Intellectus Priuilegij Sixti IV. auferentis omnes censuras, contra nos latas, ultra Regulam; f. 117.*  
*An subijciantur Fratres Statutis, & ordinationibus, & censuris, synodalibus, &c. circa ingressum aliorum Monasteriorû Monialium, f. 119. B.*  
*Casus, in quibus licet intrare Monast. Monial. S. Clarae, declarantur à Corduba, f. 122. D.*

# I N D E X.

*Fratres deputati ad seruitium Monialium qui nam dicantur, f. 124. A.*  
*An sit prohibit<sup>o</sup> nobis Fratrib<sup>o</sup> Minor. ingressus ad Tertiarias, f. 126. C.*  
*& alias Solitarias? f. 126. B.*

*Monasteria, & Canobia, quæ dicantur, f. 131. D.*

*Prouinciales nostri Ordinis Minorum, an habeant auctoritatem Pro-*  
*tektoris ad licentiandum pro ingressu Monast. Monial. f. 130. B. &*  
*132. B. & f. 133. D. vbi concluditur à Corduba quid sit tenendum.*

*Declaratio pulcherrima Motus Pij V. & Greg. XIII. circa ingressum*  
*Monasterior. Monialium, et Religiosorum virorum; vbi multa sci-*  
*tu digna resoluuntur, f. 134. C. cum sequentibus.*

*Prohibitiones factæ sub pœna Excom. Pontifici reseruata à Pio V. &*  
*Greg. XIII. ne ingrediatur Monast. Monial. et Religiosorum. ibidè. D.*

*Prohibitio nè conuersæ recipiantur in Monast. Monialium. ibidem. E.*  
*Seruitricibus, an liceat intrare Monasteria ipsa, f. 135. A.*

*Puelle, an possint intrare, causa educationis. ibidem. B.*

*Et an possint intrare in Monast. Mon. Ordin. Minorum. ibid. D.*

*Decretum sacræ Congr. Card. anno 1590. factum, nè aliquis cum Mo-*  
*nalibus loquatur: et nè Cõfessores in adibus Monasterio cõtiguis per-*  
*noctent, & c. & de pœnis appositis, f. 136. B.*

*Adducuntur ad literam Motus Pij V. & Greg. XIII. f. 136. & 137.*  
*Ac postmodum, punctualiter declarantur, & notabiliter.*

*An, appellatione Monast. & Domus, veniãt horti ipsis cõtiguis? f. 138. B.*

*Et quid de Sacristia? ibidem. Et quid intelligatur nomine Monasterij.*

*Mulieres, qua etate debent esse, vt pœnas in supradictis Mot. pro-*  
*prijis appositas incurrant? f. 138. E.*

*Examinatur illud verbũ in Motu prop. positum, (admittere presumat.)*  
*& quòd ex hoc cõprehenduntur in pœnis, non tantũ ingredi faciẽtes,*  
*sed etiam eos postmodum associantes, & cũ eis loquentes, f. 139. C.*

*Et an Prælati iubẽtes mulieres in Monast. ingredi, cõprehendãtur. ibi. D.*  
*Si quis bono fine in Monast. mulierem aliquam absconderet, non cõpre-*  
*henderetur in hoc Decreto. ibidem. E.*

*Prælati debent aduertere in inquirendo de hoc contra Fratres, an scili-*  
*cet, fuerit factum cũ malitia, et temeritate: quia secũs esset, si sim-*  
*pliciter, & c. f. 140. B.*

*Si causa curatonis alicuius Fratris in Infirmariam aliqua mulier ingre-*  
*deretur, non incurreret in pœnas hic taxatas. ibidem. C.*

*Declaratio Pij V. quòd causa Processionis, Vigiliæ, Missæ, Prædicatio-*  
*nis, Tumulationis defunctorum, & c. Mulieres possint intrare Clau-*  
*stra Religiosorum; & quomodo intelligi debeat, habetur, f. 141. B.*

*Ex supradicta declaratione Pij V. Prælati non possent iubere, vt aliqua*  
*fieret*

# I N D E X.

- fieret Processio extraord. ad hoc, vt illius occasione, possent Mulieres intrare, f. 141. C.
- Mulieres intrantes in Claustra, in casibus permissis, per aliquos malos respectus, an incurrerent in pæn. taxat. ibidem. E.
- Per pænâ priuationis officiorû, &c. quæ officia cõprehendãtur f. 142. B.
- Per suspensionem à Diuinis, quid intelligatur? ibidem. C.
- Officia diuina Ordinibus deputata, uel nõ deputata qua sint? ibidem. D.
- An committēs occultè, in hac Bulla vetitum; scilicet, ingredi faciens aliquam Mulierem in Monasterium, incurrat in has pœnas, f. 142. E.
- An incurrãt pænâ suspēſionis, etc. ipso factõ, absq; alia declarat. f. 143. B.
- Pœna appõsita ipso factõ incurrenda, quando sit exequenda, absq; Iudicis sententia, vel declaratione. ibidem. C.
- Et, an teneantur incurſi, renuntiare ex se officia, vel vocem actiuam, & passiua. ibidem. E.
- Declaratio Congr. Card. circa loca nostra Capuccinorum, quando sunt in fieri, si comprehendantur in supradictis prohibitionibus, f. 144. A.
- Quis possit absoluerè à pœnis supradictis. ibidem. B.
- Dispensare in inhabilitate officiorum, quis poterit? ibidem. D. & quòd possint Prouinciales. ibidem probatur.
- Absoluerè posse à suspēſione à Diuinis, an, et quãdo cõprehendat dispēſare in priuatione, & inhabilitate officiorum, f. 145. A. & D.
- Suspensionis appellatione, an veniant irregularitas, depositio, priuatio; inhabilitatio, & degradatio. ibidem. E.
- In Prinileg. Ministr. infirm. conceditur facultas dispensandi, cum priuatis, & inhabilitatis ad officia, f. 146. A. etiam cum infirmis, & defectum natalium patientibus, &c.
- An per huiusmodi suprad. Motus Pij V. et Greg. XIII. cõſeatur derogatũ Priuilegio, quod habet Ordo Minim. circa suas Monial. ibid. C.
- Vide etiam pro hac materia Ingressus ad Monast. sup. in p. p. in verbo Accedere ad Monasteria.

## Inquisitores.

- A**uctoritas data Ministris Generali, & Prouincialibus super Fratres, qui fuerint Inquisitores, ac etiã super alios Fratres in huiusmodi casu; habetur, f. 147. §. 1. & 2.
- Item appõnitur exemptio omnimoda, à quibuscumq; Inquisitoribus; & presertim, nõ Fratres Minor. cum fuerint Inquisitores, procedant contra Fratres Predicatores, nec è contra: & hoc à §. 3. vsq; in finem. Et quòd Inquisitores omnia debent remittere Superioribus Ordinum delinquentium, &c.

# I N D E X

*Exemptio amplissima Fratrum Carmelitarum, à quibuscumq, Inquisitoribus, & quòd tantùm coram Sum. Pontifici, vel Ordin. Protecto-ri responderi habeant de pertinentibus ad officium Inquisitionis. s. 4. Sed quid circa huiusmodi exemptiones sit nunc obseruandum, vide ibidem. f. 150. B. & C. & an Priuilegium datum à Pio 4. anno 1562. sit per Conc. Trid. sublatum. D.*

*Pralati Regularium quomodo possent discere inquirere in huiusmodi uateria demonstratur, f. 151. A.*

## Interdictum.

**C**irca hanc materiam Interdicti, quamplurima Priuilegia reperiuntur concessa Mendicantibus, pertinentia ad modum se habèdi tempore quo ab omnibus seruatur, uel seruari debet Interdictum: & hæc ponuntur pr. loco, sub tit. Interdictum primò, f. 151.

*Vbi inter aliàs, maxima refertur concessio facta Ordini Augustinens. f. 155. §. 14. E.*

*Narrantur Priuilegia ad hoc concessa Ordinibus Minimorum S. Benedicti Carthusiens. S. Ioannis Hierosolimit. vbi disputatur, an quoddam amplissimum Priuilegium datum Minimis, sit ualidum, nec ne. f. 157. cum sequentibus, & f. 164. & 168.*

*Alia Priuilegia pertinent ad suspensionem Interdicti in certis Fesiuitatibus, ac circa modum, quo tunc se possunt habere Fratres; quæ ponuntur à secundo loco, f. 161.*

*Nonnulla uerò concernunt familiares, & procuratores Fratrum, & hæc ponuntur sub titulo Interdictum 3. f. 166.*

*Sepelire cum pompa moderata, quid importet, f. 160. E. & 161. B.*

*Interdicti suspensio in aliquibus Fesiuitatibus vnius Ordinis, an in iisdem diebus possent illa suspensione vti ceteri participantes illius Ordinis Priuileg. f. 164. E.*

*Circa intelligentiam huiusmodi materiae Interdicti, quædam ponuntur notabilia à Collectore, f. 169. B.*

*In pr. Notabili declaratur duplex esse interdictum, scilicet, generale, & particulare, & quæ emanantur constitutiones, de quo interdicto intelligantur, f. 169. C.*

*In 2. Notab. declarantur, quæ erant concessa ante cap. Alma mater, & quæ postea? f. 170. A.*

*Tandem pro maiori huius materiae Interdicti dilucidatione, quamplurima scitu digna, à Capuccino discutiuntur, f. 175. & præcipuè ista, videlicet.*

*An Religiosi Ord. Mendic. possint tempore Interdicti, & Cessationis à*

# I N D E X.

- nis à diuinis, suis Priuilegijs vti?
- Et quia huiusmodi Priuilegiorum, quæ in tali tempore habentur, aliqua spectant ad ipsos Fratres, & alia ad seculares; ideò resoluitur, si tam ipsi Religiosi, quàm seculares, possint eis tali tempore vti.
- Et an hæc Priuilegia ad interdictum pertinentia, sint nec ne per Conc. Trid. in aliquo reuocata; & quæ nam sint illa Priuilegia, f. 176. B. Hæc, & alia ad longum ibi tractantur.
- Monasteria omnia, tam Fratrum, quàm Monialium Ordinum Mendic. quonam modo se debeant habere tempore Interdicti, & Cessat. à Diuinis, compendiosè demonstratur, f. 177. B. vbi omnia Priuilegia ad hoc concessa, miro ordine recensentur.
- Interdictum est triplex, et quomodo eo tempore tria uentantur. f. 177. C.
- In Cessatione à Diuinis debet attendi quonam modo ponatur, & quare D. Cessatio à diuinis, quid sit, & quotuplex, f. 182. A.
- Admonitio salutaris, circa vsus supradictorum Priuilegiorum, tempore Interdicti, f. 183. A.
- An in partibus, vbi adest Bulla cruciata, possit vti supradictis Priuilegijs, tam Fratres, quàm Regulares. B.
- In Bulla Cruciatæ quænam suspendantur, f. 184. A.
- Interdicti tempore, quinam Confratres possunt sepeliri in Ecclesijs Ordinis Prædicat. & aliorum Mendic. part. 2. f. 37. E.

## Itinerantes Fratres.

- Exhibentibus aliqua opera pietatis Fratribus Itinerantibus, conceditur indulgentia 40. annorum, & quòd ipsi itinerantes possunt lucrari omnes indulg. ac si essent in Monasterio, f. 185.
- Fratribus Minor. itinerantibus fuit concessum posse transferre ieiunium diei itineris ad alium diem, f. 186. §. 6.
- Itinerantibus Fratribus, non habentibus copiam confessoris eiusdem Ordin. fuit concessum, posse confiteri alteri religioso, p. p. f. 15. §. 23.
- Et de facultate, quam habent in predicando, & confessiones auscultando: licet ibi, vbi fuerint hospites, non sint presentati, & c. vide supra in verbo Absolutio, & in verbo Confessores.
- Irregularitatis ex homicidio voluntario dispensandi facultas, de qua specie sit intelligenda: p. pr. f. 71. C. Sed aduerte, quòd ad facultatem ibi concessam dispensandi, in irregularitate homicidij voluntarij, etiam occulti, nunc obstat Conc. Trid. sess. 13. cap. 7. de reformat. sed non de homicidio casuali, vt in eodem cap. 7. habetur.
- In Iubileo Plenissimo, quolibet 25. anno celebrando, an suspendatur Bulla Cruc. & quòd quinque in eo suspendantur. Vide supra in par
- a a pr. f. 266.

# I N D E X.

pr. f. 266. A. in verbo Cruciatu.

Et an illa quinque suspendantur, etiã quoad omnes Regulares; ex quo pulcherrimę quędam inferuntur illationes. *ibidem*.

Iurisdiclio emanans ex cõmissione perpetua, facta à Papa, uel à Principe, uel a communitate non recognoscente Superiorem, utrũ sit ordinaria, uel delegata, *sup. in par. pr. f. 21. E.*

Illegitimè nati per ingressũ in Religionẽ, nõ censentur dispēsati ad dignitates, & Superioritates Religionis: nisi ad hoc specialis dispēsatio fiat, et à quo debeat fieri. Vide *sup. p. p. in verbo Dispēsatio, f. 299. B. E.*

L

## Laici Fratres.

**L**aici possunt tangere Calices, & lauare Corporalia, & alia Ecclesiastica, cũ expedierit. Et quando communicantur in diebus Dominicis, & Festiuitatibus Domini, et B. M. lucrantur Indulg. plen. f. 186. §. 1. & 2.

Laicus ad clericatum ascendens, etiam vsque ad sacerdotium sine licẽtia Prelatorum, quando reuersus fuerit, omni honore clericali priuetur, & ad merum statum laicalem reducatur, & officium Diuini non dicat: *ibidem. §. 4. E. & f. 190. C.*

Et ad hoc adducuntur aliquę ordinationes factę in diuersis Capitulis generalibus: ubi inter alia, fuit ordinatum, ut solus generalis posset licentiam dare laicis, ad ordines sacros suscipiendos. *ibidem. f. 187. B.*

Proponitur a Collectore discutiendũ, an. f. laici Apostatę ab Ord. nostro Mino. ac in hmõi Apostasia ad sacros Ord. promoti, cũ postea redeunt, debẽt permitti illos Tonsurã deferre, ut alij clerici. f. 188. B.

## Legata.

**L**egata relicta ad vnum usum, possunt per Prelatos Ord. Minor. commutari ad alium usum, sine tamen scandalo, & c. f. 190. §. 1.

Legata pecunie, an, & quando possit acceptari à Fratribus. f. 191. A.

Quantitas moderata rei legata, quomodo indicabitur. B.

Superfluum pecunie legatę, an possit à Fratribus recipi. D.

Legata rerum immobilium, quando possint à Fratr. acceptari. f. 192. C.

Legatorũ incõgruitas, et impossibilitas, quomodo tollitur. f. 192. et 193.

Legata annui redditus an possint acceptari à Fratr. f. 194. B.

Legatum perpetuum interdicitur Fratribus. *ibidem. E.*

Legata ad modicum tempus qualia sunt, f. 195. B.

Legata annuerialiorum Defunctorũ, an sint nobis licita. C.

Et an annuum indirectè Fratribus relictum. D.

Legata

## I N D E X.

Legata pro rebus Ecclesiæ, an liceant acceptare. E.  
Bona immobilia Capuccinis, & Observantibus prohibita. E.  
Legata, quæ licitè à Fratribus haberi possunt, quis in eorum expedit ne  
cessitates, f. 196. A.  
Redditus vitalitios, an possint habere Fratres, et Monial. ibidem. D.

### Licentiarie Fratres.

**F**ratres Min. Obser. qualiter possint, & debeant licentiarie à Præ-  
latis Ord. vel à Sede Apost. vt licitè valeant ad alium Ordinè trā-  
sire, vel ad Conuentuales eiusdem Ordinis, f. 197. A.

Et sim. lter dicitur de omnibus alijs Regularibus. quid ius Com. de-  
terminat. ibidem. C.

Moniales S. Clare, quomodo possint licentiarie, ut ad alia Monast.  
eiusdè Ord. valeant trāsire. habetur sup. in p. p. in dict. Clausura Mon.  
Licentiarie Frat. ad accedēdū ad Monast. Mon. quis Prælatus possit, vide  
sup. in dict. Accedere ad Mon. Mo. et in uerbo Ingredi, et Claus. Mo.  
Licentia Reuerendiss. P. Generalis imprimēdi hoc. Compēdiū, unū cum  
operis approbatione habetur in fine Compend. post Bullas, f. 56.

### Loca Fratrum.

**L**oca Fratribus oblata qualiter liceat eis recipere; & qualiter pos-  
sint illa deserere: vide remissiuè in f. 198. E.

Locorum seu domorū Frat. immunitatē, ac panā inflictā contra in eis  
aliquā facientes uolentiā. vide sup. in dictione Ecclesiæ Fratrum. §. 3.

De dignitate, & prioritare locorum, quæ Fratres Minor. obser. debent  
habere inter Conuentuales, uide in dictione Processiones. §. 3. 4. et 5.

### M

Manus violentas Frater inijciens in clericum secularē à quo sit ab-  
soluendus, uide infra, in uerbo Religioso.

Mendicantium Ordinum, & eorum Priuilegiarum participantium bre-  
uis enarratur origo, & fundatio, in principio huius Compendij, post  
Epistolas dedicatorias.

Monachis S. Benedicti Observantiæ conceditur posse absolui ab om-  
nibus sententijs latis ab homine, ubi nō esset alteri satisfaciendum, p. p.  
f. 20. §. 39. & de plen. eorū absolutione in mortis artic. f. 41. §. 11.

Priori Monasterij Vallis Oleti datur amplissima facultas absoluendi  
suos Monachos, & dispensandi cum illis in omnibus irregularitati-  
bus, etiam in morte, & in membrorum truncatione, & enormis san-  
guinis effusione, dummodò, non sint notorij. Quæ facultas fuit post-  
modum communicata omnibus alijs Prioribus, & Abbatibus, p. pr.  
f. 20. §. 40.



# I N D E X.

Monachis, seu Regularibus: cum prius non poterant confessiones audire, fuit eis postea ob necessitatem concessam, & ideo pluribus fuerunt privilegij insigniti, p. p. f. 86. E.

Monasteria Religiosorum, et Religiosarum dicuntur Collegia, seu Cöuentus: & hoc deseruit pro obligatione celebrandi Missam Conuentualem, ut Rubrica mandant in Collegialibus Ecclesiis, p. 2. f. 229. A.

Montis O'iueti Congregationis exordium demonstratur in primo folio huius Compendij, pagina 8.

Motus pprius Six. V. de abortu, fuit moderat° à Greg. 14. p. p. f. 72. C.

## Ministri.

**D**E Ministrorum Generalium, & Prouinc. electione. Ac de auctoritate eorum circa Collationes officiorum prædicationis, & confess. & indulg. & c. Vide f. 200. C. Et de auctoritate, quam habent super Monial. S, Clara, uide f. 221 §. 21.

Ministrorum infirmorum latissimum Priuilegium, circa absolutio- nes, & dispensationes, uide sup. p. p. f. 27. C.

Ministri, & Custodes, an possint dici esse de illis Prælati, quibus datur facultas eligendi sibi Confessores ad libitum, per cap. fin. ne pro dilat. de pœnit. & remiss. par. pr. f. 105. D.

## Missæ.

**C**irca Missarum celebrationem, tum quoad locum, tum quoad tēpus, cum etiam, quoad modum, multa reperiuntur fuisse concessa Priuilegia Fratribus Minor. & alijs; quæ habentur, f. 203. usque ad fol. 211.

Verum quia multa illorum sunt nunc aliter obseruanda, iuxta dispositionem Conc. Trid. & Rubric. Missalis noui; ideo uidenda est nostra annotatio posita ibidem. f. 211.

De hora celebrandi Missam, uide f. 205. 206. & 212. B.

De loco celebrandi Missam, et quando possit extra locum sacrum, absq; Episcopi licentia celebrari, f. 211. E.

De onere Missarum tollendo, à Conc. Trid. concessio, quomodo intelligatur, f. 212. et f. 213. habetur fuisse concessum Ordini Minimorum, ut unica Missa, cum nouem collectis, satisfiat nouem Missis: & quid ibi dicat Nauarr. uide ibidem.

Missam Immaculatę conceptionis celebrantibus, uel audientibus conceditur indulgentia plen. uide supra in uerbo Indulgentia.

## Moniales.

Monialium Confessorum facultas in absoluendo illas, earumq; seruitrices,

## Moniales.

- M**onialium confessorū facultas in absoluēdo illas, earumq; seruitrices, vide sup. in uerbo cōfessores Monial. & ut prater orinarium Confessorem, alius extraordinarius, bis, aut ter in anno offeratur, & ut ordinarius confessor plera trimeriū non duret. par. pr. f. 5. D. & q. non sit ab Episcopo examinandus, & c. vide etiam f. 227. C. p. 2.
- Monialium cōfessori in quibus casibus liceat Monasteriū introire. fol. 99.
- Tēpus suscipiēdi habitū à puellis Deo dicādīs, est 12. annorū; & de exploratione earū uolūtatis faciēda ante professionē, & de excom. contra cogentes eas Monasteriū ingredi, uel egredi: Vide supra in p. p. f. 5. B.
- Monialium S. Dominici Nōuitiæ in articulo mortis, ante tempus probationis, possunt emittere professionem pro consequenda Indulgentia plenaria, in forma Iubiler; & ita possent Nōuitiæ aliorum Ordinum per communicationem Priuileg. ibidem. fol. 5. D.
- Monialibus S. Claræ Tertiæ Regulæ prohibetur vsus Bullæ Cruc. seu aliarum consimilium. par. pr. fol. 15. §. 22.
- Monialibus S. Claræ, & S. Dominici communicatio Priuilegiorum. par. pr. fol. 184. §. 2. 5. & 6. & par. 2. fol. 218. §. 4.
- Monialibus Conceptionis, Priuileg. communic. p. p. fol. 188. §. 18.
- Monialibus infirmis, Concessiones. par. 2. fol. 83. §. 4. & 7.
- Moniales Ordinario subiectæ non posse sibi eligere alium confessorem uirtute Bullæ Cruc. prater illum ab Ordin. eis concessū. p. p. f. 259. A.
- Monialium S. Claræ, Ordinis Prædic. & omnium aliorum Ord. amplissima Exemptiones, circa Decimarum solutionem, habentur supra, in uerbo Decimæ. fol. 269. & 271.
- Nonnulla alia Priuilegia, & dispensationes cōcessæ Monialibus primæ, et secūda reg. S. Claræ, vide hic in p. 2. in uer. Moniales. f. 216. cū sequē.
- Moniales, & Tertiaria non tenentur, nisi ad illa Ieiunia, ad quæ tenentur Fratres Miores, quibus sunt subiectæ, ibidem. fol. 218. §. 5.
- Moniales recipere Nōuitias ad Religionem, uel professionem minimè possunt, nisi de expressa licentia Generalis, uel Visitatoris. §. 10.
- Moniales posse tangere, & lauare Corporalia, & Purificatoria, §. 14.
- Moniales non incurrere simoniam, nisi in duobus casibus, §. 15. & 31.
- Prohibitio sub excom. latæ sent. nē Monialium cura à Fratribus Minoribus obser. recipiatur, & quomodo sit intelligenda. fol. 220. §. 20.
- Moniales, S. Claræ, collectaneæ, S. Damiani, uel pauperes Domine sunt idem, & aliæ Moniales nūcietes secundum Regulam Urbani, etiam S. Claræ nuncupantur. fol. 116. E. & 124. E.
- Moniales, an teneantur dicere officii diuini in Choro, & ad faciendū

## I N D E X.

celebrari Missam Cōuentualē, vt nos Fratres Min. facimus, fol. 225. C.  
 Moniales in cōmuni uiuere debēt, & de proprietate estirpada, fol. 228. A  
 An Generalis Ordinis Minor. de Obseru possit transferre aliquā Mo-  
 nialem ex vno Monast. in aliud, aliqua legitima causa? fol. 228. C.  
 & vide supra in verbo Clausura Monial. fol. 161. 168. & 170.  
 Mantellatas, seu Bizocharas recipiendi amplissima facultates concessę.  
 Augustinensibus, & Carmelitanis, eorumque Priuilegia, fol. 229.

N

**N**otorium duplex, Iuris, & facti: & quando quid dicatur Notoriū  
 par. pr. verbo Excommunicatio, fol. 347. D.

### Nouitius.

**N**ouitię Monialium Regulę S. Dominici possunt emittere professio-  
 nem in articulo mortis, ant finem anni probationis, p. p. f. 5. D.  
 Nouitię in articulo mortis possunt absolui ab omnibus Sedi Apostolicę  
 reservatis, & Indulgentiam plen. consequi. p. p. fol. 33. §. 2. E.  
 Nouitię possunt lucrari Indulgent. Urbis Romę, par. 2. fol. 16. §. 8.  
 Circa Nouitiorum receptionem ad habitum.

**N**ouitius non admittatur ad professionem in Ordine Minorum, & Prę-  
 dicat. nisi per annum in probatione fuerit. In hac. 2. par. verbo No-  
 uitijs, §. 1. 4. & 5. fol. 232. Et ne recipiatur à Pręlatis Ordinis Min.  
 ille, qui Voto, aut Iuramento Ordini Prędicatorum, & è contra  
 reperiretur obligatus, §. 2. 3. 7. & 11.

**M**odus obseruandus in receptione Nouitiorum in Regula Fratrum Mi-  
 norum præscriptus. ibidē. f. 240. D. Et Modus secundū Six. V. 241. C  
 Quibus competat Nouitios recipere. ibidem. E.

**I**mpedimenta Nouitiorum, ut non possint recipi, enarrantur, fol.

**N**ouitię, vt nō reciperētur, nisi in Capitulo, ordinatū à Six. V. & quomo-  
 do nobis Capuccinis, à Greg. 14. postea fuit in hoc dispēsatiū, f. 242. A

**N**ouitię, de quibus sint examinandi, ex vi Reg. P. nostri Franc. f. 242. C.  
 Facultas recipiendi ad Ordinem, cur Ministris sit commissā, ibidem. E.

**C**onditiones requisite in receptione Nouitiorum, ex vi Regulę, & de  
 Iure communi, & ex constitutionibus, enarrantur, fol. 242. & 243.  
 & illę declarantur, f. 244. E.

**N**ouitię nouiter conuersi ad fidem, uel descēdentes ex parentibus Iudeis  
 Hęreticis, uel Mahumetanis, possunt recipi, fol. 244. E.

Circa Nouitiorum professionis emissionem.

**N**ouitiorum Aetas ad professionem requisita, secundū Ius antiquū, &  
 secundū Conc. Trid. Ac secundū dispositionem Pij, & Six. V. f. 246.  
 Partes inerruptę anni probationis, an possint coniungi? fol. 247.

Religiosi

# I N D E X.

- Religiosi, professi alterius Religionis, uenientes legitimè in Religionem Fratrum minor. an debeant stare per annum in probatione, f. 248  
 Et quid de uenientibus inter nos Capuccinos? & inter Reformatos de obseruantia, fol. 247.  
 Professio facta ante finem anni probationis ad quid obliget? f. 248.  
 Professio tacita quid operetur? fol. 248.  
 Professio an indicantur per susceptionem ordinis Sacri in nouitiatu? 249  
 Professio facta ante etatem legitimam, an valeat? 249.  
 Nouitius ad seculum rediens, quando peccet? 249.  
 Annus probationis, an possit prolongari. 249.  
 De remedio illius, qui prætenderet suam professionem esse inuolidam. 249.  
 Sixti V. prohibitio, nè reciperentur criminosi, & c. 251.  
 Aliorumque Pontificum prohibitiones circa receptionem Religiosorum aliarum Religionum, fol. 251.  
 Nouiti<sup>o</sup>, tacet habere aliquod morbum incurabilem, an valeat ei<sup>o</sup> p<sup>o</sup>ses. 251  
 Illegitimi, quando, & quomodo possunt recipi, fol. 252.  
 Et quomodo per ingressum Religionis, non censeantur ad Officia Ordinis habilitati, nisi specialiter cum illis in hoc fuerit dispensatum. Vide supra in Verbo Dispensatio, par. p. fol. 299. E.  
 An, propter inopiam parentum, liceat alicui professo Religionem exire. 252  
 Recipere ad p<sup>o</sup>sessionem, q<sup>o</sup>s pot<sup>o</sup>, & an Guard. & Custodes possint? f. 255. B  
 Modum obseruandum in professionis emissionem uide in fine huius Compendij, post Bullas, fol. 25.  
 Circa Nouitiorum absolutionem, & dispensationem.  
 Cum Nouitijs habentibus aliquem casum Sedi Apost. reseruatū, quid sit nunc obseruandum, iuxta S. D. N. Clem. 8. dispositionem, fol. 252.  
 Nouiti<sup>o</sup> absolut<sup>o</sup> ab aliqua cens. reser. si postea exierit an reicidat, f. 252  
 Prælatus an possit agnoscere de crimine Nouitij, requirente de gradationem, vel depositionem, fol. 253. C.  
 Latissima facultas pro absolutione Nouitiorum, ex Priuilegijs Camaldulens. Mon. is oliueti, S. August. & Caribusiens. ibidem. D.  
 Nouitij, licet uouisset alium Ord. ingredi et strictiorè, possunt recipi, ibidè.  
 Nouitij an possint absolui à Casibus reseruat<sup>is</sup> in Religione, virtute Bullæ Cruc. vel ex Iure coi. Vide in verbo Cruciata, p. p. f. 259. E.  
 Circa dispositionem Bonorum ipsorum.  
 Renuntiatio bonorum, quādo, & quomodo à Nouitio sit faciēda, f. 254. B.  
 Dispositio nostræ Regule, ut dicatur eis, ut vadant, & c. quando, & quomodo sit Ministris obligatoria, ibidem. C.  
 Dispositio Cōc. Tr. circa talē bonorum renūtiationē a Nouitio faciēdā, ibidè  
 Renūt. faciēda intra duos mēses ante possess. quomodo intelligatur Ibidè. E

## I N D E X.

Nouitio moriēte, bona eius Monast. relicta, cui tribuēda erūt, ibidē. E.  
Nouitiū clerici, an teneantur ad persolūendū Diuinū Officiū, & alia in  
Breniario Pij V. ordinata, vt tenētur p̄fessi, et dicitur q̄, nō. f. 255. E  
De Puellarum, seu uirginum Nouitiatu, ac Religionis ingressu. Vide su-  
pra, in par. pr. verbo *Abbatissa*.

O

- O**blatis fratrum S. Augustini, & Ordinis fratrum Minorum Pri-  
uilegia communicata, fol. 257. §. 3.  
Octaua Conceptionis, & S. Bonau. solenniter debent celebrari, & In  
Octaua S. P. nostri Franc. dicatur Credo, fol. 269. §. 1. 2. & 5.  
Occulum quando aliquid dicatur, p̄ p̄. f. 70. D. & quotuplex sit. f. 71. A  
& differentia inter occultum publicum, manifestum, & famosū. ibi  
dem, & hęc declaratio ualde deserniet, quando in Bullis datur fa-  
cultas absolūendi, seu dispensandi si per occultis, ibidem. fol. 70. E.  
Officijs, & dignitatibus Ordinis sunt priuati Fratres Minores trāsēntes  
ad alios ordines quoscunq; etiā cum licentia Superiorum; f. 260. §. 1.  
Officiorū trium Ordinum S. Franc. durationis Statuta antiqua recensen-  
tur, f. 261. §. 2. quę iam uel nō sunt in usu, uel sunt abrogata, ut ibidē  
Officia diuina, Ordinibus deputata, uel non deputata, quę sint? Vide In  
uerbo *Ingrēdi Monast. monial.* p. 2. fol. 142. D.  
Officium diuinum dimittere, quando liceat infirmis, par. 2. fol. 83. §. 6.  
Officium diuinum dicere, an teneantur Nouitiū, i. t. tenentur Professi  
fol. 155. E.

### Officium Diuinum.

- O**fficium diuinum uarijs modis posse dicere fuit fratribus cōcessū,  
ut habetur. fol. 263. sed modo non sunt in usu.  
Pro scrupulosis fratribus fuerunt datę multę Concessionēs ad sup-  
plendum defectus, uel negligentias in persolūtionē Diuini Officiū.  
occurfas in Choro, uel extra: Et ut posset dici sub silentio, &  
mentaliter, absque uerborum prolotione, & c. Quando ab infir-  
mis possit licitē dimitti, habetur, fol. 163. & 264. et de ante po-  
sitione, seu postpositione horarum ad horā debitā, habetur fol. 265.  
§. 14. & fol. 271. B.  
Clerici ordinis *Monachorum S. Benedicti*, in sacris non constituti,  
etiā si sint professi, ad Canonicas horas recitandas non tenentur ex  
debito, fol. 265. §. 17. Sed hoc nō proficit Fratribus Minoribus, benē  
tamen posset prodesse alijs Mendicantibus, ut ibidem ait Collector.  
Idem est concessum Societati Iesu, ut fol. 271. C.  
Fratribus S. Hieron. Hispan. nonnullę reperiuntur factę Concessionēs  
circa

## INDEX.

- circa persolutionem Diuini Officij, quæ habentur, fol. 266.
- Indulgentia concessa pro suppletione defectuum Diuini Officij, dicendo illam orationem Sacrosanctæ, ac indiuiduæ Trinitati, &c fol. 263 s. 1. & 5.
- Aliæ Indulgentiæ concessæ recitantibus Diuini Officij horas, habentur fol. 269.
- Officium diuinum persoluendum esse modò secundùm rubricas Breuarij noui, à Pio V. editi, demonstratur, fol. 270. D.
- Nõnullæ cõcessiones factæ diuersis Ordinibus. Videlicet, Cõgreg. S. Iustini & Camaldulens. Montis Oliueti, Minoribus. Societ. Iesu, & S. Siluestri, siue Theatin recensentur, in fol. 270. & 271.
- Patres Societatis Iesu, de licentia Generalis, aut alterius ab ipso substituti, possunt iussis de causis Missæ postponere Officium Diuinum, ut habetur ibidem. E.
- Officium paruum B. M. Defunctorum, & 7. Psal. an sint à Fratribus recitandi in Choro, uel extra, sub pœna peccati mortalis? resolutur, fol. 271. E.

### Oracula Viuæ Vocis.

- O** Raculorum viuæ uocis ualor quantus sit, habetur, fol. 272. s. 2.
- Oracula viuæ uocis, quomodo, & quando possint suspendi in Capitulis generalibus, uel prouinc. habetur, ibidem. s. 3.
- Operis huius Compendij Approbatio, cum licentia Reuerendissimi P. Generalis habetur in fine huius compendij, post Bullas, fol. 55.
- Oraculum viuæ uocis datum R. P. F. Angelo de Angul' ara pro dispensatione cum incestuosis, & cum illis, qui, factò voto c. stitatis, matrimonio contraxerunt, ut possint petere debitum, par. p. fol. 78. B.
- Oracula viuæ uocis, seu Priuilegia, an possint in nostris Capitulis generalibus suspendi, uel coarctari, & quando, p. p. fol. 24. E.
- Ordines Mendicantium, ac eorum priuilegiorum participantes quinam dicantur, & illorum originis, atq; foundationis breuis enarratio habetur in principio huius Compendij.
- Ordo, seu modus ad inducendum Nouitium, & Nouitiam, habetur in fine huius compendij, post Bullas, fol. 25. 28. & 30.
- Ordo ad inducendũ Fratres, & Sorores Tertij ordinis, S. Frac. ibidẽ. f. 48
- Ordo ad inducendum Puerum, uel Puellam, pro aliquo voto, & etiam ad exuendum, ibidem. fol. 49.
- Ordini S. Ioannis Hierosolimitani Priuilegium, circa Interdicti obseruantiam, fol. 159. ac alia eorum Priuilegia, uide in hoc Indice in uerbo Fratres, & alibi.

## Ordines Sacri.

**O**rdinis Sacri susceptio in Ordine Augustinensium, professionis loco habetur, par. p. fol. 123. §. 28. & vide id quod ait Corduba, ibidem fol. 125. C.

Quoad ordines Sacros suscipiendos fuerunt nonnulla Privilegia Cōcessa Ordinibus Min. Monachorū S. Bened. ac Fratrum S. Hier. quæ recēsetur f. 273. 274. & 275. verū aliter nūc ē obseruātū s̄m Cōc. Tr. ut infra.

Concilij Trid. decreta, circa ordinandorū etatē, & qualitātē, f. 275. D. Ordines minores, siue primā Tonsurā, quibus, & quādo, et vbi Abbates conferre possunt, ac literas dimissorias dare, ibidem, & fol. 284. B.

Motus proprius Six. V. cōtra Clericos male promotos, adducitur, f. 276. B. Declarantur nonnulla dubia occurrentia, tūm in Decretis, Cōc. Trid. hāc materiā tangentibus, cūm etiā in Motu supradictō Six. V. f. 277. B.

Et primò declaratur, si id, quod à Sacr. Conc. Trid. de interstitijs dicitur, debeat, ita de Religiosis, ac de secularibus intelligi, fol. 277. D.

Secundò cui conueniat in interstitijs illis dispensare, Prælatis, videlicet, Ordinū cum suis subditis, an Episcopis? Et si Episcopis, Diocēsano, vbi Ordinandī morantur, vel Episcopo, qui eos ordinare habetur, ibidē. E.

Tertiò Quānā poterit esse causa pro tali dispensatione sufficiens, f. 279. C.

Quartò si Interstitia omnia, tam minorū, quā maiorū ordinū, de rigore obseruari debeāt, nec ne? f. 280. D. quæ 4. capita ibi exactē discutiuntur. Duo sacri ordines eodē die non possunt dari eidem, f. 279. E. Et an quatuor minores cū vno Sacro possint simul eidem dari, f. 280. A. & D.

Vtilitas, et necessitas Ecclesiæ dispēsādi in interstitijs, quānā erit? ibidē. B. Ordinati sine licentia, vel ante etatem, sunt ipso iure suspensi, & celebrātes, incurrunt Irregularitatem. f. 281. E. Et cum istis potest Prælati dispensare, sed non cum ordinatis ante etatem, f. 282. D.

Accipiens Presbyteratum ante legitimam etatem, etiam quòd non celebret fit irregularis, f. 282. C.

Clerici idiotæ an possint in ordine assumpto ministrare, absque dispensatione Pontificis, ibidem. E.

Episcopus ordinans, habens epistolas dimissorias, seu testimoniales, alterius Episcopi mittentis, an teneatur aliam facere diligentiam requisitam, vt possit tutē stare illius approbationi? fol. 283. B.

Annus in interstitijs seruandus, an debeat per 12. Menses compleri, vel sufficit lapsa esse. 4. Interstitia. ibidem. D.

Clerici Regulares, ante professionem ordinati, sunt ipso iure suspensi; illosque ordines exercendo sunt irregulares, f. 282. E. Sed Clerici o-tiet. Iesu in hoc non comprehenduntur, vt ibidem.

# I N D E X.

*Ordinari non posse, nisi à proprio Episcopo, non intelligitur de Regularibus, f. 284. A.*

*Ornamēta Ecclesiastica in Ordine Minorū debēt esse sine supfluitate, & pretiositate, f. 285. §. 1. Sed quomodo, & quādo liceat ea habere p̄tiosa, ac Cellas, & loca aliquāliter sūptuosa, vide Annot. Cord. f. 286. E. Vestes, & pannos prophanos, posse in paramēta, & alios vsus Ecclesiasticos conuertere est concessum, fol. 286. §. 6.*

## P

**P***aschali tempore, vbi quis reperitur, ibi intelligitur adeptus esse in colatum, vt ibi confiteri, & communicari valeat p. p. fol. 45. §. 5.*

*Pauli Puschii Episcopi Sarnensis doctrina, circa Episcopos incarcerantes Regulares exemptos, quōd sint excommunicati, par. p. f. 232. E.*

*Penitentiariorum minorum, & summorum facultas, quanta sit, declaratur, par. p. fol. 19. §. 37. C.*

*Penitentia solennis pro quibus casibus sit imponenda, p. p. f. 61. D.*

*Pœna priuationis officiorum, & c. quæ officia comprehendat, par. 2. fol. 142. B.*

*Pœna apposita, ipso factō incurrenda, quando sit exequenda, absque alia Iudicis sententia, uel declaratione, par. 2. fol. 143. C.*

*Percussores Regulares, manu violenta Clericum secularem, vel se inuicem percutientes à quo debent absolui? vide infra in hoc Indice, in verbo Religioso, qui manus, & p. p. f. 9. §. 8. E. & f. 28. & 29. D. & C.*

*Percutientes Clericum, an sint, vt excommunicati euitandi: uel sint citandi, aut debeat sententia declaratoria interuenire. Vide par. p. verbo Excommunicatio. fol. 347. A. & 348. A.*

*Proprietas extirpanda, & de pœna proprietarij, à Conc. Trid. taxata, par. 2. fol. 228. B.*

*Puella an possint intrare Monast. Monialium causa educationis, & quæ conditiones debent obseruari in tali ingressu. uide supra in Verbo Ingedi Monast. Monial fol. 135. B.*

## Pralati.

**P***relatis Ordinis Min. ac Carmelitarū, qui aliter quā per electionē in stituuntur, cōceditur cura animarū Fratrum sibi subditorū, p. p. f. 6. E.*

*Pralati possunt à suis Fratribus, quos in confessores sibi elegerint, à censuris absolui, & dispensationis beneficio potiri, p. p. f. 8. B.*

*Pralatus, siue Episcopus concedens suo subdito, ut possit sibi eligere confessorem idoneum, non intelligitur promde ei concedere casus sibi reseruatos, p. p. f. 9. §. 9. E. & hoc declaratur, fol. 29. E.*

*Pralati Ordinis Minorum possunt percutere delinquētes Fratres, causa*  
corre-



## I N D E X.

- correctionis per se, vel per alium, par. p. fol. 14. §. 20. & 27.
- P**relati Ordinis Minor. non tenentur proferre sententiam excommunicationis in scriptis p. p. fol. 16. §. 26.
- P**relati Ord. Minorum magnam habent auctoritatem, sicut & Diæce-  
sanu habent: immo & maiorem, circa aliqua, p. p. fol. 23. D.
- P**relati, vt sunt Priores, Guardiani, & c. quando reperiuntur hospites  
in aliquo lo. o. possunt se confiteri absque licentia Prelati illius loci,  
p. p. fol. 30. B. Sed non possunt hoc facere subditi, vt ibidem, fol. 28. A.  
Et quodd, vt possint Prelati supradicto beneficio gaudere, tres debent  
habere conditiones, fol. 100. E. & 105. D. Sed, an talis facultas Pre-  
latis concessa, possit tolli per Capitulum, vel per Statuta Ordinis.  
Ibidem, fol. 28. C. & fol. 106. D. & plenius in par. 2. in verbo Priui-  
legia, in nostra annotatione; vbi queritur, an statuentes possent rece-  
dere à statuto confirmato à sede Apostolica.
- P**relatorum auctoritas absoluendi suos subditos, quanta sit, p. p. f. 65. D.
- P**relatorum auctoritas absoluendi, ac dispensandi, & c. In quibus Prela-  
tatis esse dicatur, & an sit ordinaria, vel delegata, & an illam possint  
alijs delegare, p. p. fol. 72. E.
- P**relati facultatē habēt: licētia alios ad ingredi Ord. Monast. Mon.  
An possint licētiare se ipsos, par. p. f. 97. D. & f. 104. C. Et quāā Pre-  
lati hanc habeāt facultatē, & ad quæ Monasteria. Vide p. p. f. 96. A.
- P**relatus, an ea, quæ potest facere erga suos subditos, poterit etiam face-  
re erga, & c. par. p. fol. 97. E.
- P**relati Minorum Ordinis, vt sunt Generalis, Prouinciales, & alij  
Superiores, & antiquior eorum Socius, celebrando, feria 2. & 4. pro  
Defunctis, consequuntur omnes indulgentias, quas consequerentur, si  
celebrarent in Altaribus Priuilegiatis, par. 2. fol. 9. C.
- P**relatorum appellatione, qui veniant, par. p. fol. 378. C.

### Presentatio Confessorum.

- P**resentatio Confessorum, an sufficiat semel fieri pro semper, & an  
valeat pro omnibus Episcopatibus; Et quæ sint in tali presentatio-  
ne obseruanda, & multa alia circa talem presentationem, vide in  
par. p. f. 47. §. 15. & 16. & fol. 54. & fol. 82. A.
- P**resentati Confessores, nolente eos Episcopo sine causa admittere, pos-  
sent ea omnia facere, ac si essent admissi, ibidem, fol. 54. E.

### Priuilegia Fratrum.

- P**riuilegia, vel vniuersa uocis Oracula, an possint in nostris Capitulis ge-  
neralibus suspendi, vel coarctari, par. p. fol. 24. E.

# I N D E X.

**Privilegia amplissima**, concessa illis, qui *Ministri infirmorum* appellantur, ponuntur p.p. fol. 27. C.

**Ex Privilegiorum confirmatione**, quae sunt in usu, an tollantur ex hoc illa, quae non sunt in usu. par. pr. fol. 74. A.

**Privilegium**, an & quando perdat per non usum vel per unam, vel duas contraventiones, p.p. fol. 52.

**Privilegiorum confirmatio facta** viuae vocis oraculo, R. P. Francisco, de Lichetto, à Leone X. p.p. fol. 76. B.

**Privilegia posita in corpore iuris**, nunquam videntur suspendi, nisi specificè de eis fiat mentio, ibidem fol. 79. & 80. C.

**Privilegia Religiosorū suspenduntur in Bulla Cruciatæ**, inquantū respiciunt personā seculariū, & nō Religiosorū, p.p. fol. 79. D. & 258. E.

**Privileg. Confr. viuae vocis oraculo facta**, à Pio V. P. Aloysio de Puteo, ut valeāt in foro interiori, et q. sint cōtra Cōc. Trid. p.p. 85. D. Et q. talis cōcess. nō fuerit p. Greg. 14. reuocata, ostēditur. p.p. f. 86. A. C.

**In Privileg. cōcōtatione**, an intelligatur cōmunicari usus, vel nō usus illorū. p.p. f. 73. E. f. 52. A. Et quidē clausula illa, quae nūc solet opponi in Privilegiorū confirmatione, scilicet, Dūmodo sint in usu, & Sacris Canonibus, Decretis, Conc. Trid. non contraria, ibidem. fol. 73. & In hoc verbo Privilegia, in annotatione nostra, fol. 329.

**Privilegia participantes**, an possint eis uti contra illos, quorum contemplatione participant. par. p. fol. 198. D.

**Quae sequuntur**, pertinent ad priorem partem, sed quoniam in superiori Indice omisimus, hic disponuntur.

In verbo professio Fratrum.

**Professio fratrū faciēda**. Vide supra in hoc indice in verbo Nouitius.

In Verbo Protector.

**Protectoris facultas in concedēdo Monialibus licentiam pro egressione a clausura**, parte 2. fol. 158. E.

In verbo Prouincias.

**Prouincias nouas**, & loca noua possunt Capuccini recipere absque alia Summi Pontificis licentia, part. pr. Verbo; Aedificare, fol. 316. C.

In verbo Prouinciales.

**Prouinciales. Ordinis Prædicatorum**, & etiam participantes, totam illam habent auctoritatem cum suis subditis in foro conscientie, quā habent Episcopi cum suis, a Conc. Trid. parte, p. f. 65. E. & f. 66. E.

**An illa auctoritas sit annullata per s. Caterū Bullæ Cane Six V.** quatenus reseruat sibi absolutionem illarum excommunicationum: non obstantibus quibuscunque Conciliis, Ibidem.

**Et possint ipsi Prouinciales absoluere a casibus ipsius Bullæ c. n. s. f. 70. C.**

Prouin-

# I N D E X.

*Prouinciales in eorum Visitis possunt concedere Indulgentiam. pl. visita-  
ris tam Fratribus, quàm Monialibus, & Tertiariis parte 2. f. 4. §. 16*

R

**R**egula prima, & secunda Tertiariorum, S. P. Nostri Francisci  
habentur in fine huius Compendij, post Bullas fol. 35.

Reseruare sibi casus inter Regulares, ad quos nunc spectet. Vide sup. in  
Indice, pr. part. in Verbo Casus reseruati à S. D. N. Clem.

In verbo Recipere.

Recipere Fratres Minores fuit prohibitū Fratribus Minimis a Iulio II.  
sub excom. lat. & sentent. par. pri. fol. 123. §. 29.

Recipiendi forma ad peffionē, habetur in fine huius cōpēdij post Bullas. f. 35

In verbo Religiosis.

Religiosus manus violentas in Clericum secularē iniiciens, a quo sit ab-  
soluendus, p. p. f. 9. §. 8. E. & declaratur f. 28. & 29. D. C. & ibidē etiā  
deklaratur, quādo percuteret, Religiosū alteri<sup>o</sup> Religiosis, an deberet  
absolui a Prælo percussis. Et quid, si percussus esset excoicatus, an per-  
cutiēs incideret in excom. & quid si Superior aliquis percuteret sub  
ditum suū, an possit ipse a subdito illo absolui, & qd, si inuicē percu-  
terent, an possint ab inuicē absolui, ibidem fol. 28. & 29. E. A.

Religiosus exempus percutiens Clericum secularē, an possit ab Epi-  
scopo denunciari pro excoimunicato. Vide in pri. par. Verbo Exēptio.

Religiosus an debeat sibi eligere Confessorem approbatum ab Ordina-  
rio, quando in aliqua Bulla datur talis electio, par. pr. fol. 91.

Religiosus, qui corā maiori parte Cōensus Clericū in aliqua expulit, pro  
publico excommunicato est censendus, in verbo Excom. p. p. f. 347. E.

S

**S**eruitricibus Monialium quando, & quomodo possint a confessore  
Monialium sacramenta ministrari, Vide fol. 30. D.

Societatis Iesu origo demōstrat in principio huius compendij, pag. 7.

Societati Iesu amplissima facultates in absoluendo, & prædicando con-  
cessæ. Vide sup. in uerbo. Absoluendi, & Prædicandi.

Societas Iesu potest absolueri a casibus Ordinario reseruantis, fol. 81. D.

Statutis generalibus quādo sit standū, & nō Papalibus, p. p. f. 104. 6. &  
an Statuta possēt limitare Priuil. cōcessa Guard. & alijs, p. p. f. 24. E.

Societati Iesu Indulgentiæ stationum Urbis concessæ, par. 2. fol. 9. 6.

Socius antiquior Generalis, & Prouincialium, singulis, 2. & 4. ferijs pro  
animabus defunctorum celebrans. consequitur omnes illas indul-  
gentias, quas lucraretur celebrando in altaribus priuilegiatis intus  
& extra Urbem, par. 2. fol. 9. C.

Seruitoribus, & famulis fratrum multa conceduntur, quæ recensentur  
par. 2.

# I N D E X.

- part. 2. fol. 70. D. & in Verbo, Seruitores.  
 Seruorum B. M. initium describitur in principio huius cōpendij, pag. 6.  
 Societatis Iesu amplum Priuilegium, contra eorum Astopatas, et de ingressu eorum ad alias Religiones, par. pr. fol. 128. D.  
 Summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij; quid importent ista uerba, par. pr. fol. 230. A.  
 Seruitrices Monialium an possint eorum monasteria intrare. Vide in part. 2. Verbo. Ingressi Monasteria Mon. fol. 135. A.  
 Suspendio a Diuinis, que comprehendat, Vide sup. in Verbo. Ingressi Monaster. mon. fol. 142.  
 Et an comprehendat Depositionem, Priuationem, Inhabilitationem, et Degradationem ibidem. fol. 145. E.  
 Stolum deferre debet Sacerdos, quando priuatim uult Sāctiss. Eucharistiam sumere. Vide supra, in pr. par. Verbo. Eucharistia.  
 Superfluitates, & curiositates quando, etiam ad Diuinū cultū, sunt prohibita, & cuius iudicio superflua ista iudicare sit stādū. p. p. f. 375. D.  
 Scoppetinorum ordo cur sic uocetur habetur in primo folio huius cōpendij, pag. 7.  
 Statuentes an possint recedere a statuto cōfirmato per Sedē Apostolicā Vide sup. in uerbo. Priuilegia Fratrum in nostra anotatione circa finē.

## T

- T**ertiarie quando, & quomodo teneantur seruare clausuram, et de nonnullis alijs notabilibus circa hoc. Vide par. pr. fol. 165. B.  
 Tertiarie inclusa, an ueniant appellatione Monialium, par. 2. fol. 90. D.  
 Tertiarj quando possint admitti ad communicationem nostrorum Priuilegiorum. Vide. in par. pr. Verbo Excommunicatio. fol. 346. A.  
 Tertiariorum S. P. Francisci Regula prima, & secunda habentur in fine huius Cōpendij post Bullas, fol. 35.

## V

- V**ota omnia commutare possum confessores Mendicantes, exceptis quinque illis Papæ reseruatis, fol. 77. D.  
 Vicarij nomen apud Prædicatores idem est, ac Præsidentis nostrorum Conuentuum, par. pr. fol. 198. B.  
 Veli, & Abbatissæ benedictio habetur in fine cōpendij, fol. 33. & 36.  
 Vellis umbrose exordium demonstratur in principio huius Cōpendij, pag. 8.  
 Admonitos uolo huius Cōpendij lectores, quòd cū alibi impressæ sint aliquot Bullæ Summorū Pontificum, cum quibusdā alijs spectantibus ad Fratres, Sorores, & Tertiarios; nulla que in Regesto secundę partis de illis sit facta mentio: apponentur in fine totius Cōpendij.

Finis Tabule.

**CASTIGATIONES ERRORVM,**  
*Qui incuria contigerunt in secunda*  
**Parte Compendij.**

Fol.	Linea	Errata	Correctio
2	L. 14	Lefi	Leo
3	21	Mooialibus	monialibus.
16	22	intentione	intentione
21	32	quoad §. 14	quoad §. 15.
25	23	Copilato	compilato
41	7	partiopandum	participandum
42	6	participatone	participatione
42	10	Sacrament	Sacramenti
42	13	Piccardus	Riccardus
42	11	Oomunia	Communia
44	5	pro paelatum	per prelatum
49	4	zona	zonam
49	11	seculares	secularis
56	1	impositę pe	i i positę per
56	7	Tutcremate	Tutcremata
59	26	possunt	possum
60	30	predicatione	dedicatione
70	8	eisdem	eisdem
70	16	sed seruiant	sed si seruiunt
71	In postil.	Cōuetualiū	Conuetutum
79	3	solum	totum.
87	39	loquantur	loquatur
96	11	monasterium	monasteriorum
96	17	quo datur	quando datur
96	20	lo quatorum	loquatorum
105	34	monasterium	monasteriorum
106	27	clemena	clementina
107	8	Sixt. 3.	Six. 4.
108	5	quia	quam
109	6	quorumlibet	quarumlibet
109	34	familiaritate	familiaritate n
111	2	on Machæ	Monachæ
127	24	esse tibi	esse tibi
134	39	mentionum	mentionem
152	15	coacessione	concessione
176	34	& quod iam	etiā quod iam
175	5	largitione	largitionem
377	10	cōnaria modo	quonam modo
377	36	simili modi	simili modo
189	34	scicet	sed

Fol.	Linea	Errata	Correctio
212	8	fratus	fratres
224	10	existat	existent
227	10	infrater	infra
228	40	174	170
231	13	proprio sacer.	à proprio sac.
221	22	inconcilium	in concilio
234	10	vestres	vestes:
253	31	uoluissent	uouissent

**ERRATA IN BULLIS POSI-**  
*tis in fine huius Compendij.*

Fol.	Linea	Errata	Correctio
3	8	pascat	patcat
3	10	videlicet	vt.
5	35	contraditione	contraditione
11	34	miseratione	miseratione
18	2	supplicatioui s	supplicationi
14	7	cōmutadi sunt.	superflui (sunt)
15	2	gradibus	grandibus
15	6	amissa	emissa
22	2	Nonasteriorū	Monasteriorū

**ALIA ERRATA IN**  
*Prima Parte.*

Fol.	Linea	Errata	Correctio
28	33	23. d. 5.	23. q. 5.
32	32	aliquam	aliquem
275	5	largitione	largitionem
350	24	curandus est	curandum est
363	6	ex,	exemplum.
363	11	votum	vocum
393	21	Tolera is	Tolerati
261	27	guardianis	guardianus
272	9	Toti	Soti
278	21	alicui	alicuius
279	7	ordinantes	deficit pertinere
284	6	ordinari	ordinari

# A COMPENDII

## PARS SECVNDA.

### INDVLGENTIAE.

*Distinctio materiae Indulgentiarum.*



**B**IRCA materiam Indulgentiarum, Ordini Minorum, & alijs Ordinibus Mendicantium concessarum, sic proceditur. Collector.  
Primò eaim ponuntur Indulgentiæ, tam Plenariæ, quàm aliæ, quæ solùm attingunt ad personas Fratrum Minorum, nec non ad aliàs personas, quæ eorundem Privilegijs vniuersaliter gaudere possunt. Deinde subiunguntur aliæ, quæ pertinent ad seculares deuotos Ordinis, tam Ecclesias eorundem Fratrum visitantes, quàm aliqua alia, respectu ipsorum Fratrum, & suorum Monasteriorum facientes, ac etiam multæ aliæ Indulgentiæ, prout infra patebit.

### INDVLGENTIAE, QVOAD FRATRES.

*Distinctio materiae Indulgentiarum quoad Fratres.*

**D**CIRCA Indulgentias pertinentes solùm ad Fratres, sic proceditur. Primò, ponuntur omnes Plenariæ ¶ Secundò, adduntur aliæ Indulgentiæ non Plenariæ. ¶ Tertiò superadduntur Indulgentiæ Stationum Urbis Romæ, ac Hierusalem, & S. Iacobi. Collector.

### INDVLGENTIAE PLENARIAE QVOAD FRATRES.

**M**ARTINVS. 5. Eugenius. 4. Nicolaus. 5. Calixtus. 3. Pius 2. ac Sixtus. 4. concesserunt omnibus Fratribus Minore de Obseruantia, quòd possunt eligere Confessorem, Pro articulo mortis.  
**E** qui ipsis possit concedere Indulgentiam Plenariam, in articulo mortis. Et quòd si occurrerit casus, quòd non possint Confessorem eligere, seu habere; tunc etiam consequantur prædictam Indulgentiam, si sunt in statu gratiæ, b. ffo. 71. conce. 185.

**S**IXTUS. 4. concessit, quòd in receptione Habitus cuiuslibet Fratrum Ordinum sancti Francisci, sit Indulgentia Plenaria recipienti. Et similiter, in die obitus. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 104. Et ffo. 95. conce. 320. Pro receptione habitus.

● INDVLGENTIAE PLENARIAE

9 **IDEM** Sixtus, concessit verè pœnitentibus, & confessis, **A**  
 Pro festis **visitantibus Ecclesiam sanctæ Mariæ de Populo, Urbis Romæ,**  
 Dominico **in festiuitatibus præcipuis Dominæ nostræ, scilicet, Conceptionis,**  
 fra. **Natiuitatis, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, &**  
 Ex Priuile. **Assumptionis, à primis Vesperis, vsque ad secundas Vesperas,**  
 Augustinè- **Plenariam omnium peccatorum remissionem, & veniam. B. ffo.**  
 sum. **77. concessione . 233.**

Collector. ¶ **Hac concessione gaudere possunt Fratres, ratione generalis**  
**Concessionis Indulgentiarum Urbis Romæ, necnon & alterius** **B**  
**specialis Concessionis, quæ habetur hic infra. §. vltimo.**

1 **IDEM** Sixtus concessit omnibus verè pœnitentibus, & cõ-  
 Pro Sabbatis **cessis, qui prædictam Ecclesiam sanctæ Mariæ de Populo visita-**  
 tis quadra- **uerint qualibet die Sabbati singularum hebdomadarum qua-**  
 gesimæ. **dragesimæ, omnium peccatorum suorum remissionem, & ve-**  
**niam. B. ffo. 78. concessione . 234.**

Collector. ¶ **Huiusmodi concessione, possunt etiam gaudere Fratres extra**  
**Urbem Romanam, propter generalem Concessionem Indulgentiarum prædictæ Urbis, eis plenissimè factam. Non tamen po-** **C**  
**terant gaudere huiusmodi Indulgentijs, personæ seculares, quæ**  
**visitauerint Ecclesias huiusmodi Fratrum extra dictam Urbem,**  
**prout aliqui Fratres asserere nisi sunt. Quapropter, Leo. 10. fecit**  
**super hoc quandam Declarationem, & Concessionem, quæ ponitur**  
**infra. §. vltimo.**

5 **INNOCENTIVS. 8. concessit, vt Fratres Minor. Sacerdotes,** **D**  
 Communi **celebrantes in diebus Dominicis, & solemnitatibus Domini,**  
 sacre. **& Beatæ Mariæ, & Sanctorum nostri Ordinis, habeant Indulgentiam Plenariam, & Fratres Laici quando communicant. o.**  
**ffo. 69. conce. 148. Et ffo. 99. conce. 361.**

6 **IDEM** Innocentius concessit, vt **Moniales communicantes**  
 Cõicare. **habeant Indulgentiam plenariam. o. ffo. 69. conce. 150.**

7 **VLIVS. 2. concessit, quòd Fratres Mino. Observantes, to-**  
 De Corona **ties, quoties Coronam Virginis Mariæ, quæ continet 72.**  
 Domine **Aue Maria, & octo Pater noster ( præmittendo ante quilibet,** **E**  
 nostre. **decem Aue Maria, vnum Pater noster ) dixerint; lucrentur Indulgentiam Plenariam, addendo tamen, vnum Aue Maria pro ipso Domino Papa. o. ffo. 92. conce. 273.**

Collector. ¶ **Vide infra. §. 11. cum additionibus sequentibus.**

8 **IDEM** Iulius concessit, quòd prædicti Fratres, dicendo **Coronam Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ continet. 33. Pater**  
 De Corona **noster, & totidem Aue Maria, in memoriã annorum vitæ Chri-**  
 Domini no **sti,**  
 stri. **sti,**

**A** sti, lucrentur Confirmilem Indulgentiam Plenariam, sicut pro Corona Beatae Virginis. o. ffo. 92. conce. 274.

¶ Vide circa hoc infra. §. 11. cum ibidem additis.

**L** Eo. 10. concessit, quod Sorores sanctae Clarae, & Tertij Ordinis, de penitentia nuncupatae, in congregatione comorantes, & sub cura Fratrum Minorum Obser. viuentes, toties quoties Coronam Virginis Mariae dixerint, lucrentur Plenariam Indulgentiam, o. ffo. 62. conce. 272.

**B** ¶ De huiusmodi Coronis, ponitur infra alia Concessio melior. §. 11.

**I** D E M Leo concessit supradictis Monialibus, vt quoties sacram sumunt Communionem, ea die, Plenariam Indulgentiam consequantur. B. ffo. 42. conce. 133.

**I** D E M Lefi, concessit Sororibus, seu Ancillis Ordinis Beatae Mariae, vt dicendo Coronas Domini Iesu, & Beatae Mariae Virginis, consequantur Plenariam Indulgentiam suorum peccatorum. Et declarauit, quod hoc idem (licet forte minus clare) concesserat ipsemet Leo Monialibus sanctae Clarae. B. ffo. 43. conce. 134.

¶ Ex hac Concessione, & ex alijs superscriptis colligitur, bis concessum esse Fratribus Mino. & Mooialibus sanctae Clarae, vt dicendo Coronas Domini nostri, & Dominae nostrae, consequantur Indulgentiam Plenariam, licet clarius in Oraculis viuz vobis supra positis, scilicet, §. 7. & 9.

**D** ¶ Notandum est autem, quod Corona Domini nostri Iesu Christi continet. 33. Pater noster, & totidem Ave Maria, in honorem annorum vitae eiusdem Christi. Corona vero Beatae Virginis, dicitur ab aliquibus continere. 63. Ave Maria, & de decem in decem, vnum Pater noster. Et sic habetur in litteris Leonis superius allegatis. Sed, vt alij dicunt, & melius, continet. 72. Ave Maria, in memoriam. 72. annorum, quos Beata Virgo in hoc seculo creditur vixisse. Et ita ponitur in alijs litteris eiusdem Leonis. B. ffo. 63. conce. 204.

**I** D E M Leo concessit, supradictis Ancillis Beatae Mariae, & Monialibus sanctae Clarae, vt quoties sacram sumpserint Communionem, ea die Plenariam consequi valeant Indulgentiam. Et quod possit eis impedi Benedicatio Papalis. B. ffo. 43. coc. 127

**I** D E M Leo concessit, quod Fratres infirmi, ac senes in decrepita aetate constituti, dicendo vnum Psalm. vel hymnum Virginis, vel Domini nostri, lucrentur Indulgentias concessas, di-

Collector.  
9

De Corona  
B. Virginis

Collector.

10

Pro Monialibus in  
communiene.

11

De Coronis.

Collector.

Corona  
Christi continet 33. Pa-  
ter.  
Corona B.  
Virg. conti-  
net, vel 63.  
vel 72.

12

Communi-  
care.  
Nota.

13

Pro infir-  
mis.



4 INDULGENTIAE NON PLENARIAE

centibus Coronas Iesu Christi Domini nostri, & Matris suae A  
quod huiusmodi personae non possunt semper tot dicere. O. ffo.  
60. conce. 181.

14 **Liberatio animarum à Purgatorio**  
IDEM Leo concessit, quòd in Sabbato Ramispalmarum & in die sancti Ioannis Euangelistae, ac in festo eiusdem, quod dicitur ante Portam Latinam, quilibet Fratrum Mino. regularis Obser. dicendo Psal. penitenciales, vel quinquies Pater noster, cum totidem Aue Maria, ante Sacramentum altaris, possit liberare vnam Animam à Purgatorij penis. Voluit tamen praefatus Pontifex, quòd Fratres praedicti in perpetuum, die qua praedicta gratia vtentur, dicant pro Sanctitate sua vnam Coronam Beatae Virginis Mariae. O. ffo. 61. conce. 184. B

**Collector. Nota.** ¶ Solum tres praefatae Concessiones pro liberandis animabus Purgatorij, inueniuntur autenticè. Aliae autem, quae ponuntur, ubi explicantur Indulgentiae per singulas ferias Quadragesimae, reperiuntur in multis summarijs Romae impressis. Et idè non debent contemni, quamuis de ipsis nulla habeatur certitudo, nec practicentur Romae. Valeant tamen, prout valere possunt. C

15 **De officio Defunctorum. De Psalm. peniten.**  
IDEM Leo concessit, quòd Fratres Minores dicentes, vel recitantes officium defunctorum pro animabus existentibus in Purgatorio, vel Septem Psalm. Penitenciales, easdem consequantur Indulgentias, quas consequuntur dicentes Coronam Beatae Virginis Mariae, scilicet, Indulgentiam Plenariam, toties quoties dixerint. O. ffo. 61. conce. 187.

16 **De visita. Conuentuum quae fit à Prouincialibus.**  
IDEM Leo concessit, quòd omnes Prouinciales Fratrum Minor. Obseruant. acta visitatione ordinaria in Conuentibus suae Prouinciae, habeant facultatem concedendi Indulgentiam Plenariam, omnibus Fratribus cuiuslibet Conuentus sic visitati. Et idem de Monialibus sanctae Clarae, & Tertiarijs in Congregatione viuentibus. O. ffo. 93. concessione. 285. Idem concessit Greg. 13. Societati Iesu, vt in eorum Compend. Priuilegiorum, verbo Visitatores. D

17 **Pro dicen. Missam Cõcept.**  
IDEM Leo concessit, quòd toties, quoties Fratres Minor. de Obseruant. dicunt Missam Conceptionis Virginis Mariae, ac intendunt orare pro sua Sanctitate, & vniuersali Ecclesiae, habeant Indulgentiam Plenariam. O. E

**Collector.** ¶ Praedicta Concessio non est aliàs impressa, quod post impressionem Librorum Priuilegiorum fuit obtenta, seu ad partes Hispaniae adducta. Nihilominus tamen, pro indubitata haberi potest, cum habeatur in Registro Commissariorum Curiae Romanae ac exinde sit fideliter extracta. IDEM

- A** ¶ **I**DEM Leo ampliauit supradictā Indulgentiam, pro fratribus eiusdem Ordinis, audientibus præfatam Missam Conceptionis, ac etiam pro Monialibus S. Claræ in cōgregatione viuentibus, similiter audientibus prædictam Missam. o. 18  
Pro audientibus missam! Conceptionis. Collector.
- ¶ hæc Concessio non est aliā impressa, propter causam supradictam in fine concessionis præcedentis. 19  
De cantico graduum. Collector.
- ¶ **I**DEM Leo concessit Monialibus sanctæ Claræ, sub cura fratrum Minor. Obser. existentibus; ac per consequens eisdem fratribus, quòd dicendo Canticum graduum, lucrentur Indulgentiam, quam lucrantur dicendo Coronam Virginis Mariæ, scilicet, Indulgentiam plenariam. o. 20  
De decem Psal. Passio nis Christi. Collector.
- ¶ Ista Concessio non est impressa, propter causam suprascriptam in calce. §. 17. 21  
Collector.
- ¶ **I**DEM Leo concessit præfatis religiosis, quòd; dicendo decem Psal. Passionis Christi, scilicet, Deus deus meus respice in me, &c. vsque ad Psal. In te Domine speravi inclusiue, lucrentur id, quod lucrantur dicendo Coronam Domini nostri Iesu Christi, scilicet, Indulgentiam Plenariam. o. 22  
Collector.
- ¶ Præfata Concessio, non est alibi impressa, propter causam supradictam: §. 17. 23  
Collector.
- ¶ Aduertendum est circa hanc vltimam concessionem, quòd decem Psalmi de quibus in ea fit mentio, quinque, sunt primi Septem Psalmi, qui habentur in principio Primæ Dominicalis. Reliqui vero quinque, sunt etiam primi existentes in principio ferix secundæ. Appellantur autem Psalm. Passionis Christi, quia creditur, quòd ipse Redemptor noster, pendens in Cruce dixit illos. Nam primum verbum, quod dixit in Cruce, scilicet, Heloi, &c. est in Hebreo principium primi Psal. prædictorum. Et vltimum verbum, quòd ibidem protulit, scilicet, In manus tuas, &c. habetur in vltimo Psalmo præfatorum decem. 24  
Collector.
- ¶ Sciendum, quòd vltra supradictas Indulgentias Plenarias fratribus Minoribus concessas, sunt etiam eisdem fratribus concessæ multæ Absolutiones Plenariæ, in varijs Festiuitatibus, alijsq; diebus, & temporibus anni, quarum nonnullæ habent in simul Indulgentias plenarias. Sed quia huiusmodi Concessiones positæ sunt in dictione, Absolutio extraordinaria quòdā fratres, ideò hic non ponuntur. 25  
Collector.

gentia Plenaria concessa directe alijs Fratribus Ordinum Mendicantium.

21  
Pro festo  
sancti Do-  
minici.  
Particula-  
ris pro Re-  
gnis Castell  
lx. & legio-  
nis.

**S**IXTVS. 4. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorū,  
& Monialibus eorundem de Observantia, ac Tertiarijs eiusdem Ordinis, in regnis Castellæ & Legionis consistentibus, verè pænitentibus, & confessis, ut anno quolibet in festo sancti Dominici, & semel in mortis articulo, Plenariam Indulgentiam omnium peccatorum suorum consequantur. Ac etiam omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones, quas certis anni temporibus (almæ Urbis Stationes nuncupatas) visitantes consequuntur, valeant consequi, prout fratribus Min. concessum est. b. fo. 55. Et ffo. 73. conce. 191. & ffo. 119. conce. 540.

Collector. ¶ Huiusmodi Concessione Indulgentiæ Plenariæ, nequeunt uti Fratres Min. nisi illi, qui sunt in Prouincijs dictorum Regnorum, quia ipsi habent ad hoc specialem concessionem. Dico autem, quod possunt hac Concessione uti, non in die sancti Dominici, ut littera dicit, sed in die sancti Francisci, prout declaratum est per Iulium 2. & positum est, supra in dictione, Communicatio Priuilegiorum, §. 12. & 13.

22  
Pro die Natiuitatis Domini nostri  
Particula-  
ris pro Hispania.

**I**NNOCENTIUS. 8. concessit fratribus Augustinensibus Observantibus, Congregationis Hispaniæ, & Monialibus, ut Priores dictæ Congregationis, & Confessores ab eis deputari, eisdem personis dictæ Cōgregationis verè pænitentibus, & confessis, quādiū sub Observantia regulari dicti Ordinis vixerint, ac in sinceritate fidei, & vnitate sanctæ Matris Ecclesiæ, & obedientia sedis Apostolicæ permanserint, semel in quolibet anno; in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & deindè in mortis articulo, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, Plenariam Indulgentiam impendere valeant. b. fd. 131. Et ffo. 264. conce. 683.

23  
Pro semel  
in vita &  
in mortis  
articulo.

**I**VLIVS. 2. concessit fratribus Augustinensibus, ut Confessores idonei, & regulares, quos ipsi, de licetia suorum Superiorum, duxerint eligendos, possint eos absoluerè ab omnibus excessibus, & delictis, ac semel in vita, & in mortis articulo, omnium peccatorum suorum remissionem elargiri. B. ffo. 66. conc. 207.

**A** Pro omnibus fratribus Mendicantibus, ac eorum Tertiarijs,  
& familiaribus eorundem.

**L**EO 10. concessit, quod vniuersi, & singuli Ordinum Mendicantium Fratres, & Moniales, Tertijq; ordinis vtriusq; sexus, & familiares eorum duntaxat, possint gaudere omnibus, & singulis Indulgentijs, & gratijs, per prædecessores suos, & per ipsum, domui Beatæ Mariæ de Populo de vrbe concessis, & concedendis, perinde ac si ipsi prædictam domum de Populo personally

De Indulgentijs sanctæ Mariæ de Populo.

**B** naliter visitarent, illis diebus etiam, & festiuitatibus, quibus Indulgentiæ huiusmodi concessæ sunt, aut fuerint. B. ff. 56. conc. 157. ¶ Quæ autem sint huiusmodi Indulg. dictum est supra. §. 4. & 5.

¶ Sciendum est circa prædicta, quia idem Leo fuit informatus, quod aliqui assererant, quod præfatis Indulgentijs poterant gaudere seculares, visitantes Ecclesias fratrum prædictorum, fecit quandam inhibitionem post concessionem supra scriptam, subsequenter verbis.

Collector.

**C** ¶ **I**NHIBEMVS in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso per contrafacientes incurrenda, omnibus, & singulis fratribus cuiuscunq; Ordinis, & quibuslibet alijs personis, ne prædicent, aut publicè, vel priuatè nuncient, quod Indulgentiæ, & gratiæ huiusmodi sanctæ Mariæ de Populo, ad personas seculares extendantur. Non obstantibus quibuscunq; in contrarium facientibus, quæ, quo ad præmissa, reuocamus, & annullamus. B. ff. 56. cõce. 157. In fine.

Excommunicatio.

**D** ¶ Vide circa hoc, supra in dictione Communicatio Priuilegiorum. post. §. 23.

Collector.

ANNOTATIO CORDVBAE.

**Q**VOD §. 11. circa id quod ibi Collector dicit, quod scilicet, alij dicunt, & melius, quod Corona Domina nost. continet 72. Aue Maria, &c. Notand. quod ly melius, nulla ratione probatur; nam ad vtrinq; partem sunt diuersæ opinio

Corona B. Mariæ quot continet, Aue Maria

**E** nes; in tota autem Italia (vt refert quidam pater fide dignus) tam Fratres, quàm seculares communiter dicunt Coronam 63. Aue Maria, vt hic primò expresserat Leo 10. Sicq; (vt ait idem Pater) diuersæ sunt Concessiones, & pro vtrinq; Corona concessa est nobis Indulgentia Plenaria. Pro Corona 62. Aue Maria, est in tota Italia cõmunis opinio apud fratres nostros, concessisse nobis Six. 4. Indulgentiam præfatham, & de hac assertionem loquitur Leo 10. in hoc §. 11. & habetur ff. 43. in principio. Pro Corona autem 72. Aue Maria sunt factæ prædictæ Concessio

nes contenta in eod. Compen. Paulo superius. s. 7. per Iulium 2. etiam, **A**  
 & ut hic annotatur per Colletorē etiā esse cōcessum per Leo. 10. fff. 63.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.

Ex Priuile.  
Cartusienf.

**Q**uilibet frater Ordinis fratrum S. Hieronymi Hispania, potest  
 in die Natiuitatis gloriose Virginis Mariæ, unum, ex expo-  
 sitis per Priorem, Confessorem sibi eligere, qui cum ab omni-  
 bus suis peccatis, & excessibus, etiā Sedi Apostolicæ refer-  
 uatis, absoluat, Plenariamq; remissionem concedat. Ita concessit Six. 4. **B**  
 Carthusiensibus, & refertur in Compendio Cisteriens. Hispan. verbo  
 Indulgentia. s. 5.

Canonicis  
Lateranēf.  
de Vrbe.

Fratres dicentes unum Miserere, Indulgentiam plenariam conse-  
 quuntur; ita concessum est à Six. 4. Canonicis Lateranensis Ecclesiæ de  
 Vrbe, & habetur in manu scripto, fol. 50. pag. 2. in fine. Dicentes autem  
 unum Miserere, in quolibet altare sue Ecclesiæ, consequuntur Indul-  
 gentias Urbis, illius diei. Idem Sixt. 4. eisdem, ut refertur in Com-  
 pendio Societatis Iesu. verbo Indulgentia. s. 13. **C**

Cōgregat.  
Casinenf.

Quicumq; Confessor, quēlibet Ordinis religiosum, in Articulo mortis,  
 ab omnibus Casibus (nullo excepto) cū omnimoda auctoritate, ac si in il-  
 lo actu esset Summus Pontifex, absolueret potest; & eadem auctoritate ei  
 Indulgentiam plenariam concedere. Ita concessum est per Innocent. 8.  
 Monachis Congreg. Casin. Ordinis S. Benedicti. Et refertur in lib. Pri-  
 uileg. & Constitut. eiusdem Congregationis fol. 47. s. 1. & fol. 48. s. 2.

Not. Em-  
phasim ver-  
borum.  
Innoc. 8.  
Congrega.  
Lateran.

Quicumq; ex fratribus, Psalm. Miserere mei, in Ecclesia dixerit sin-  
 gulis diebus in perpetuum, cum oratione pro Pontifice, scilicet, Deus  
 omnium fidelium Pastor, & c. vel Omnipotens sempiterna Deus, lucrantur  
 omnes, & singulas Indulgentias, quæ sunt concessæ Ecclesijs, & locis  
 totius orbis. Hoc concessum est perpetuo per Iulium 2. personis Con-  
 gregat. Lateranen. anno 1506. ut in manu scripto fol. 50. & refertur in  
 Compend. Societ. Iesu, Verbo Indulg. s. 17. & in Compendio fratrum  
 S. Hieron. Hispan. fol. 124. s. 2. **D**

Iulius 2.

Congrega.  
S. Iustinae.

Leo X. cōcessit Sacerdotibus Cōgreg. S. Iustinae, Ordinis S. Benedicti,  
 ut dicentes tres Missas, pro anima alicuius defuncti consanguinei, intra  
 3. gradus, super vno altare, per Priorem in propria Ecclesia assignati, li-  
 beret illius animam, à pœnis Purgatori, ac si celebrassent, super altare  
 S. Gregorij, aut S. Sebastiani Romæ; ita refertur in Cōpend. Priuileg. Ca-  
 nonic. S. Saluatoris in Lauro de Vrbe fol. 30. qui eisdem gratijs, & Indul-  
 gentijs gaudent: & in Compend. Fratrum S. Hieron. Hispan. fol. 36. **E**

Eidem Cō-  
greg. S. Iu-  
stinae & Mō-  
tis Oliueti.

Septem Psalm. quos dicere tenentur ad lucrandam Indulgentiam  
 plenariam semel in vita, & in mortis articulo, quoad tempus abbrevia-  
 ri po-

- A**ri potest, ita ut satisfactum sit Priuileg. si toties prædictos Psalm. dicamus, quot sunt in anno Hebdomadæ, etiam si in simul eos dicamus: ita concessit Pius 2. Congreg. S. Iustinæ, & Iulius 2. Congregat. Montis Olineti, ut refertur in Compend. S. Hieron. Pius 2.  
Iulius 2.
- Q**uilibet Religiosus, illius Ordinis, in quarta Dominica Quadragesimæ, cōfessus ore, & contritus corde, Indulgentiā plenariam, & remissionem omnium peccatorum, à culpa, & pœna, in forma amplissima, Iubiler, consequitur. Ita concessit Pius V. anno Domini 1571. Fratribus Eremitis S. Hieron. alias de Pisis.
- B**us Eremitis S. Hieron. alijs beati Petri de Pisis. Et refertur in Compendio Priuileg. S. Hieron. Hispan. fol. 121. §. 15. Pius V.
- P**ossunt Patres Societatis Iesu Indulgentias omnium Stationum, Urbis, eisdem diebus, in propria Ecclesia, vel domo consequi, dummodo visitent, quinque altaria, vel in vno, quinque psalm. aut si nesciant legere alias orationes dicant; Pius V. viua vocis Orac. Refertur in Compend. Priuileg. ipsorum Patrum, in verbo, Indulgentia, §. 14. Societati Iesu.  
Pius V.
- G**eneralis Ordinis Minorum, Prouinciales, & alij Superiores, ac vnusquisque eorum, antiquior Socius secundum Religionis ingressum, quocumq; se ex obedientia transferre contingerit. Singulis secundis, & quaris ferijs, pro animabus defunctorum celebrantes, easdem indulgentias pro defunctis consequuntur, ac si in Altaribus Romæ priuilegiatis, tam intra, quàm extra muros celebrarent; in quibus qui celebrant, singulas animas, per singulas Missas, à penis Purgatorijs liberant. Clemens VII. Minoribus concessit, ut in Priuilegio manu scripto fol. 63. & refertur in Compend. Priuileg. Patrum Societatis Iesu, §. 36. Fratribus Minoribus  
Liberatio animarū à Purgatorio  
Clemens VII.
- I**tem multis Confraternitatibus, à Gregorio XIII. fuerunt concessæ Indulgentiæ plenariæ, ut puta, Confraternitati Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe, pœnitentibus, & contritis, qui nomen Iesus in mortis articulo nominauerit, eorumq; Ecclesias visitantibus in die Sanctissimæ Trinitatis, & Natiuitatis, Assumptionis, Purificationis, & Visitationis B. Mariæ. Et Archiconfraternitati Corporis Christi de Vrbe in Damaso, visitantibus altare, vbi fuerit Sacramentum Eucharistiæ, in festo Corporis Christi, vel infra eius octauam, & inibi deuotè pro statu Ecclesie orantibus. Confraternitatibus.  
Sancissimæ Trinitati de Vrbe.  
Corporis Christi in Damaso.
- A**c Confraternitati Corporis Christi supra Mineruam, omnibus Religiosis, consentientibus peccata sua, in festo, vel infra octauam Corporis Christi, & Sacramentum Eucharistiæ deuotè suscipientibus, aut celebrantibus. Corporis Christi supra Mineruam.
- A**c Confraternitati Consalonis Urbis, omnibus pœnitentibus, & confessis celebrantibus, vel Sacramentum Eucharistiæ deuotè suscipienti-

pienibus, singulis, tam Domini nostri Iesu Christi, quam eiusdem Matris B. Mariæ festiuitatibus; necnon S. Luciae, S. Alberti, SS. Quadraginta Martyrum, S. Mariæ Magdalene, SS. Petri, & Pauli festiuitatibus. Ut videre est in eorum Bullis, & narrantur in Compendio priuilegiolorum Fratrum S. Hieron. Hispan. collecto à Patre Garsia anno 1591. fol. 121.

## Pro Fratribus Camaldulensibus.

**E**st notandum, q̄ Clemens VII. anno Domini 1529. concessit viuae uocis Oraculo omnibus Fratribus Camaldulensibus, oblati, & Nouitijs, qui uisitauerint, ad hunc, vel alium effectum, quamlibet Ecclesiam, aut Oratoriū Heremitorij, vel alterius loci, ipsis Fratribus, tunc, vel in futurum subiecti; recitando semel Psalm. Exaudiat te Dominus; vel ter Pater noster, & ter Aue Maria, rogando pro felicitate status suæ Sanctitatis, dum uiueret, & post mortem, pro suæ animæ salute; omnes Indulgentias, quæ à Sede Apostolica in generali, aut particulari, aut quouis alio modo, ad illud usque tempus erant concessæ, & quæ in posterum essent concedendæ, sub quouis forma uerborum, tam Ecclesijs intra Romam consistentibus, quam extra, & in omnibus Mundi partibus fabricatis, ita, & eo modo, ac si in specie prædicti Heremite, in propria persona, statutis temporibus, Ecclesias, & loca illa uisitasent, ac ea, quæ pro illis consequendis essent necessaria, fecissent. Insuper si quis eorum, legitimo impedimento impeditus, ut prædictas eorum Ecclesias, aut Oratoria, uisitare non possent, tunc sufficiat, ut dicant dictum psalmum, Exaudiat, vel ter Pater noster, & Aue Maria, quocumq; in loco se inuenerint: & si quis omnino ea dicere non posset, sufficiat illud dicere, sola mente, vel intentione. Et insuper consequantur omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones, quas consequerentur, si Rosarium, vel Coronam Domine nostræ, secundum Ordinem dicendi Rosarium pro consequendis Indulgentijs dicto Rosario, à B. Dominico instituto, concessis. Cuius uiuæ uocis Oraculi confessionis, authenticum testimonium datur à Laurentio Episcopo Prænestinense, ac S. R. E. Cardinale, & ipsorum Camaldulensium tunc protoprotore, & ego eam uidi Romæ in nostro Monasterio Capuccinorum, vulgari sermone impressam.

Huius indulgentiæ testimonium.

Et notandum etiam, quod hæc est copiosissima Indulgentia, eamque nos Capuccini specialiter participamus, per communicationem Priuilegiolorum, gratularum, & Indulgentiarum omnium Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium nobis factam per Pium III. Anno Domini 1560. & etiam omnes alij Mendicantes, & participantes, ratione communicationis factæ à Sixto V. Anno 1588.

**A INDVLGENTIÆ NON PLENARIÆ**

*quodam Fratres.*

**A**LEXANDER III. concessit Indulgentiam vnus anni, & quadraginta dierum, Fratribus euntibus per obedientiam ad Capitulum Generale. Euntibus autem ad Capitulum Prouinciale, ceterum dierum Indulgentiã. b.

Pro itin-  
rantibus.

Hanc concessionem reperi in quadam tabula Priuilegiorum antiqua, facta per quendam Commissarium Romanum.

Collector.

**E**UGENIUS III. concessit, quod toties, quoties, Fratres Minores dixerint orationem, Deus omnium, pro vero Papa, habeant centum dies Indulgentiã. o. fol. 101. concessio-  
ne 402.

Aduerte, quod supradictum videtur debere intelligi pro tempore schismatis solum.

Collector.

**A**LXANDER VI. concessit omnibus dicentibus in officio Beatæ Virginis, in Hymnis: Quem terra ponthus: & O gloriosa Domina: Versum, Maria Mater gratiã, &c. decem annos Indulgentiarum pro qualibet vice. o. fol. 66. Et fol. 70. concessio-  
ne 170. Et fol. 100. concess. 378.

Pro Verf.  
Maria Ma-  
ter gratiã,  
&c.

**L**EONARDUS X. concessit Ancillis Beatæ Virginis, & Monialibus S. Claræ, ac Sororibus Tertij Ordinis, in congregatione viuentibus; necnon Fratribus Min. de Obseruantia, vt dicendo qualibet die quindecim Pater noster, & totidem Ave Maria, in

Pro vulne-  
ribus Chri-  
sti.

commemorationem omnium vulnerum, quæ Saluator noster Iesus Christus in suo Sacratissimo Corpore, passionis tempore, pro humani generis salute pertulit, consequantur quindecim millia annorum de vera Indulgentia, & remissionem peccatorum suorum. B. fol. 43 concess. 135.

**I**DEM Leo concessit Fratribus Min. Obseru. vt Indulgentias, quæ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices, possint prædici Fratres, omnes huiusmodi Indulgentias, etiam plenarias, promereri, dicendo quinquies Pater noster, & Ave Mariã, pro felici statu Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et hoc in eisdem locis, vbi sunt concessæ, aut in Ecclesijs suis.

Pro indul-  
gentijs etiã  
plenarijs.

O. fol. 59. concess. 173.

**I**DEM Leo concessit, quod omnes dicentes infra scriptos quinque Psalmos cum Antiphona, Versu, & Oratione, eandem Indulgentiam habeant, quam habent dicentes orationes Pietatis, seu Sancti Gregorij. Antiphona. In nomine Iesu. Psalmus,

Pro nomi-  
ne Iesu.

Iubilate



131 INDULGENTIAE NON PLENARIAE

Iubilate Deo omnis terra, &c. Exaudiat te Dominus. Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus. Usquequo Domine obliuisceris me, &c. Saepe expugnauerunt me. Antiphona. In nomine Iesu omne genu flectatur Caelestium, Terrestrialium, & Infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria Dei Patris est. Sit nomen Domini benedictum in secula. B. Ante Solem permanet nomen eius. Oratio.

Omnipotens sempiternae Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem Christum Dominum nostrum. o. fol. 92. concess. 270.

7 ID E M. Leo concessit Fratribus Minorum Obseruant. ut Indulgentia coram imagine Pietatis a sancto Gregorio concessa, possint etiam pro animabus defunctorum lucrari. o. fol. 92. concessione 383.

Collector. Ampliatio huius concessionis ponitur immediate infra.

8 ID E M. Leo concessit, ut Indulgentias a sanctitate sua concessas pro uiuis. s. de Corona Domini, & Beatae Mariae Virginis, ac de orationibus sancti Gregorij ad Pietatem, & de Psalmis nominis Iesu, & alias similes, etiam ab alijs sanctitatis suae praedecessoribus datas, possint Fratres Min. Obseruatia ad animas defunctorum extendere, ac pro illarum redemptione, sicut pro uiuis lucrari. Et hoc per modum suffragij. o. fol. 94. concessione 302.

9 ID E M. Leo concessit, quod omnes, tam Fratres, quam Seculares, dicentes quindecim Pater noster, & totidem Aue Maria, pro existentibus in peccato mortali, in qualibet vice consequantur remissionem tertiae partis suorum peccatorum, cum hoc sit opus maximae charitatis. o. fol. 94. concess. 300.

10 ID E M. Leo concessit, quod Religiosi Ordinis Min. qui officium diuinum soluerint per librum, consequantur dimidiae partis peccatorum commissorum in illa die, qua praedictum soluerint officium. o. fol. 94. concess. 298.

11 ID E M. Leo concessit, quod Fratres Trium Ordinum Sancti Francisci, dicentes semel Pater noster, & ter nomen Iesus, semel in die, lucrentur tria millia annorum de Indulgentia. o.

Collector. Huius Concessionis non ponitur hic quotatio, propter causam superius dictam.

**A** *Ex Privilegijs Monachorum S. Benedicti.* 12

**B**ENEDICTVS XIII. concessit Monachis Sancti Benedicti, quadraginta dies Indulgentiæ pro ceremonijs Ordinis, pro qualibet die. o. Pro ceremonijs.

**E**VGENIVS IIII. concessit, quòd omnes, & singuli Monachi supradicti, Professi, Conuersi, Fratres, & Nouitij cum fuerint debiles, infirmi, aut occupati, obtineant, perpetuis temporibus, quasunque Indulgentias, à Sanctitate sua, & alijs Romanis Pontificibus; existentibus in diuinis officijs, in Festo Corporis Christi, per eiusq; octauas; necnon in processione, ac veneratione eiusdem, quomodolibet concessas, ac si præsentibus illo tunc ibidem essent, & cetera alia in venerationem eiusdem Dominici Corporis peregrissent. O. Pro festo Corporis Christi.

**C** *Ex Privilegijs Monachorum Cartusiensum.* 14

**B**ENEDICTVS XIII. Cartusiensibus, qui in Matutino officio, dum in Hymno, Te Deum laudamus, ille magnæ deuotionis Versus. Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti, cantatur, genibus flexis steterit, tres quadragenas de pœnitentijs iniunctis relaxauit. O. Te ergo quæsumus, &c.

**I**DEM Benedictus, Cartusiensibus, quotiescunq; in Præfatione Missæ, hæc verba, videlicet, Gratias agamus domino Deo nostro, audientes genuflexerit, & Presbyteri sic celebrantes, ca- Pro Vers. Gratias agamus.  
**D**put reuerenter inclinauerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs relaxauit. O.

*Ex Privilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.* 16

**M**ARTINVS V. concessit, quòd Fratres Ordinis Sancti Hieronymi, pro qualibet horarum, Matutino, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Missa, Vesperis, & Completorio, cum eas dixerint in Choro cum alijs, lucrentur centum dies Indulgentiæ. o. Pro singulis Horis Canonicis

**I**DEM Martinus concessit, quòd Fratres Clerici, vel Lai- ci Ordinis S. Hieronymi, dum in Ecclesia, vel in Cappellis Ecclesiæ contigujs, interfuerint Missis, & horis diuinis, vel steterint intra Monasteria de mandato Prioris, vel Vicarij in Prioris absentia, lucrentur, & obtineant omnes, & singulas gratias, & in-

14 INDVLTENTIAE STATIONVM

& Indulgentias concessas Fratribus Clericis, qui huiusmodi Missis, & horis interfuerint. o.

18  
Pro festo  
Corporis  
Christi.

IDEM Martinus concessit, q̄ Fratres occupati per obedientiam in Monasterio vel extra, ita quòd non possint interese, se horis; gaudeant indulgentijs concessis ininteressentibus Missis, & horis in Festo Corporis Christi, & in eius octauis: vt continentur in Clementina, Si dominum, de reli. & ven. sanctorum, & in aliis Bullis Apostolicis. o.

19  
Nota.

EVGENIVS IIII. concessit, quòd Prior, & Fratres praefati, Ecclesiam suam visitantes, Indulgentijs gaudeant, licet manus non porrigant ad iutrices. o.

INDVLTENTIAE STATIONVM,  
quòd Fratres.

1  
Pro Fratribus  
Min.  
Obseru.



IVS II. concessit Fratribus Min. Regularis Observant, vt ipsi certas Cappellas, & loca deuota, in suis Ecclesijs, & Oratorijs contenta, visitando illas, & easdem Indulgentias promereri valeant, quas personaliter visitando Ecclesias, Oratoria, Cappellas, & Altaria in alma Vrbe consistentia (etiam in diebus orationum) promereri possent. Et hanc

Pro Monialibus  
S. Clarae.

candem concessionem extendit ad Moniales Sanctae Clarae, in obedientia Regulari viuentes, sub obedientia Generalis obseruantiae, Fratrum Minorum. Ita ramen, q̄ septem Psalmos Poenitentiales, cum Latania dicant, visitando loca praedicta, per Praelatos deputanda, seu deputata. o. fol. 52. Et fol. 66. concess. 93.

Collector.

Vide super hoc latiore Concessionem infra §. 7. & 11. ac. 15.

2  
Pro Fratribus  
Laicis.

IDEM Pius postea confirmavit praedictam Concessionem, declarando, quòd Fratres Laici dicere possint loco septem Psalmorum, Pater noster, secundum discretionem suorum Praelatorum. ¶ Et circa hoc fuit determinatum per Generalem, qui tunc temporis erat, quòd quilibet Frater Laicus, pro huiusmodi Indulgentijs dicat viginti Pater noster, & totidem Aue Maria. o. fol. 66. concess. 93.

3  
Pro Fratribus  
Mino.  
& Mon. S.  
Clarae, &  
Tertiarijs.

SIXTVS IIII. concessit Fratribus Min. Obseru. & Monialibus sanctae Clarae, atq; Tertiarijs vtriusq; sexus, & Seruitoribus Fratrum, & Seruitricibus Monialium, & Sororibus, in Ecclesia exteriori, vel vbi questuando steterint, Indulgentiam san

**A** *Acta* Mariæ de Angelis, atq; omnes alias Indulgentias generales, tam plenarias, quam non plenarias Alme Urbis, dicendo quinque Pater noster, cum totidem Ave Maria, in suis Ecclesijs, ac si visitarent loca personaliter ubi sunt istę indulgētię diebus suis. o. fol. 64. Et fol. 68. concess. 136. Et fol. 67. concess. 123. Et fol. 96. concess. 333.

Vide Ampliationem huius concessionis infra §. 7. & 11. Collector. 20 15.

**B** IDEM Sixtus concessit iterum, quod omnes Indulgentias Stationum Romę, & Portiuncule concessas Fratribus in locis suis, habeant Moniales, siue Sorores in earum Ecclesijs ab intra, eo modo, & forma, quo Fratres, videlicet, cum quinque Pater noster, & totidem Ave Maria, cum Gloria patri. Et q̄ earum Seruitrices in Ecclesia exteriori, similiter habeant eandem Indulgentias. o. fol. 67. concessione 114. Et fol. 96. concess. 327.

4  
Pro Monialibus S. Clarę, & Seruitricibus earum.

IDEM Sixtus concessit, quod Confessores Monialium, & Socii eorum, habeant omnes Indulgentias, ubi adesse eos contigerit, quas habent in Ecclesijs suis. Et similiter Fratres, maxime Prædicatores, & Socii eorum. o. fol. 67. concess. 122. Et fol. 96. concessione 332. & 333.

5  
Pro Fratribus extra Cōuentus.

IDEM Sixtus concessit, quod omnes Fratres exeuntes, & Seruitrices Monialium pro quæstu cuntes, habeant omnes Indulgentias, quas lucrari poterant modo supradicto in Ecclesijs, ubi adesse contigerit, sicut in Ecclesijs suis. o. fol. 64. Et fol. 68.

6  
Pro Fratribus itin. & seruit. Mo.

**D** concess. 139. Et fol. 96. concess. 333.

IDEM Sixtus concessit, quod omnes Indulgentiæ plenarię, & non plenarię, quę sunt Romę in singulis Ecclesijs, quocunque tempore, & die, eodem tempore, & die sint in Ecclesijs Fratrum Min. pro ipsis tantum. Et dixit, quod per nullam aliam Bullam factam, vel fiendam, intendit sua Sanctitas tali Indulgentiæ derogare, quę non præiudicat Cruciatę. o. fol. 67. concessione 351.

7  
Stationes; & indulg. plenar. pro Fratribus Min.

**E** Notandum est hic, tam pro ista Concessione, quam pro ceteris alijs, quod (cum par in parem non habeat Imperium) non est dubitandum, quin Successor, si voluerit, possit a Prædecessore concessa derogare, ac similiter, & idem Pontifex ea, quę ipse concessit, si mutauerit intentionem. Ac propterea, non obstantibus quibuscunq; clausulis, etiam si dicatur in prima Bulla, seu Concessione, quod nisi de verbo ad verbum fiat de illa mentio, non possit reuocari, vel alia insolite clausula ponantur, reuocabitur

Collector. Nota.

uocabitur per sequentem, si ponantur iste clausula. Non obstan- **A**  
 tibus quibuscunq; Priuilegijs, etiam si de illis deberet fieri men-  
 tio de verbo ad verbum, vel alia similes. Nam licet super hoc  
 fuerit aliquando altercatio inter Iuristas, tamen stilus Curia  
 hoc decidit, quia sic habet in Practica, & Consuetudine, quae est  
 optima Legum interpres. Et ita determinauit Felynus in cap.  
 Nonnulli, de rescriptis, dicens, quod stylus Curia praeualet, prae-  
 fertim, quia maior pars Doctorum hoc tenet. Et ideo non deci-  
 piantur Fratres credendo, quod sua Priuilegia sint irreuocabilia. **B**

8  
 Pro Noui-  
 tijs.

**I D E M** Sixtus concessit, quod Moniales S. Clarae, quae di-  
 cuntur Collectaneae. i. primae Regulae eiusdem Sanctae, & earum  
 Nouitiae possint promereri omnes Indulgentias Almae Urbis,  
 visitando suas Ecclesias. o. fol. 261. concess. 678.

Collector.

Aduertendum, quod cum nos non habeamus alicubi expres-  
 se, quod Nouitij possint promereri Indulgentias Almae Urbis,  
 ex ista Concessione poterimus adiuuare illos.

9  
 Pro Fratri-  
 bus itine-  
 rantibus.

**I N N O C E N T I V S** VIII. concessit, quod Fratres Minores **C**  
 Praedicatorum, & alij, qui per obedientiam reperiuntur ex-  
 tra Conuentus, & loca, possint promereri Indulgentias Statio-  
 num, & alias eisdem Fratribus concessas in suis Ecclesijs, dicen-  
 do quinquies Pater noster, & Aue Maria, in quacunq; Ecclesia,  
 & loco ea dixerint pro intentione, & proposito illius Indulgen-  
 tia, prout illi, qui in praedictis suis locis dicunt. Ac etiam Infirmi  
 in suis Infirmarijs, & Cellis, & etiam in lectulis, quando com-  
 mode aliter dicere non possunt. o. fol. 65. Et fo. 69. concess. 160. **D**  
 Et fol. 100. concessione 390.

Pro infir-  
 mis.

10  
 Ex priuil.  
 Fratrum Mi-  
 niorum.

**I V L I V S** II. concessit Fratribus Ordinis Minorum, qui **E**  
 singulis Quadragesimae, & alijs cuiuslibet anni temporibus  
 Stationum, aliquam sui Ordinis Ecclesiam, vel aliam, in qua eos  
 pro tempore cum obedientiae merito fore contingeret visitauerint,  
 & inibi ante illius altare, maius quinquies orationem Domi-  
 nicam, & toties salutationem Angelicam deuote recitauerint,  
 ut omnes, & singulas Indulgentias consequantur, quas tempo-  
 ribus huiusmodi consequuntur visitantes Ecclesias Stationum **E**  
 Urbis, & alias extra ipsius muros, pro Stationibus deputatas;  
 quasq; Fratres ipsi consequerentur, & consequi possent, si Eccle-  
 sias Stationum huiusmodi, eisdem temporibus personaliter vi-  
 sitarent. B. fol. 6. concess. 17.

Collector.

Ista Concessio est solum pro Stationibus, & non pro alijs In-  
 dulgentijs Romae.

**A** **L**EO 10. concessit per quodam breue Monialibus S. Claræ, sub cura Fratrum Minor. Obseru. uiuentibus, ac etiam eisdem Fratribus, Indulgentias sanctæ Mariæ de Angelis, siuè Portiunculæ in Afsisio, secunda die Augusti, & de quinque Pater noster, cum Gloria Patri coram Sacramento Altaris recitanda, & de Psalmis Pœnitentialibus pro Stationibus Vrbs consequendis, prout dictis Fratribus antea erant concessæ. B. ffo. 42. concessione 131.

11

Pro Monialibus Sanctæ Claræ.

**B** Vide circa hoc infra §. 15. latiorē Cōcessionē eiusdē Leonis. **IDEM** Leo concessit ancillis, & Sororibus Ordinis B. Mariæ, sub cura, & regimine Fratrum Minorum degentibus, Indulgentias S. Mariæ de Angelis, & Stationum Vrbs Romæ, prout antea concesserat Monialibus sanctæ Clare, vt supra positum est. B. ffo. 42. concess. 134.

Collector.

12

Pro Monialibus Dominæ nostræ,

**IDEM** Leo concessit, q̄ Fratres Min. Obseru. possint quocunq; tempore diei, vel noctis, dicendo orationes, vel ps. prout ipsis concessum est, consequi Indulgentias, & Stationes Romæ, in domibus proprijs. O. ffo. 61. concess. 193.

13

**IDEM** Leo fecit Concessionem magnam pro liberatione animarum Purgatorij, tribus diebus anni, prout habetur supra in dictione, Indulgentiæ plenariæ. §. 14.

14

**IDEM** Leo concessit omnibus Fratribus Min. Reg. Obser. ac Monialibus sanctæ Clare, & Tertij Ordinis, q̄ dicendo quinques Pater noster, cum Aue Maria, & in fine cuiuslibet Gloria Patri, & pro Sanctitate sua, vnum Pater noster, cum Aue Maria, similiter cum Gloria Patri, lucrentur Stationes, Indulgentias, & remissiones, tam Vrbs, quàm etiam Portiunculæ, siue Hierusalem, ac S. Iacobi in Compostella. Et q̄ quacunque hora diei, vel noctis, & quocunq; loco dicant. s. Choro, Ecclesia, Claustro, Oratorio, ac Cella, lucrentur illas. O. ffo. 50. cōcess. 180. fol 60.

15

Pro Fratribus, &c.

Stationes, ac Indulgentiæ plenariæ.

Nota.

**Hæc** Concessio est melior, & latior reliquis omnibus præcedentibus in hac materia; si tamen in ipsa expecificatio facta esset de Indulgentijs plenarijs. De omnibus tamen intelligi debet, quia petens (prout ab ipso met ego accepi) de omnibus habuit intentionem. In huiusmodi autem semper voluntas concedentis, intelligitur conformari intentioni petentis.

Collector.

**C**LEMENS 7. confirmauit omnes Indulgentias, & remissiones peccatorum contentas, & annotatas in libris impressis Priuilegiorum Fratrum Min. illasq; etiã de nouo cōcessit. o.

16

Præfata Concessio facta est anno Domini 1527. Idcirco intel

Collector.

ligenda est de contentis in libris, vsq; ad illud tempus impressis. f. Monumenta Ordinis, Supplementum, & Compendium. Nec debet intelligi additis nunc in huiusmodi libello, quia de præteritis, & non de futuris loquitur superscripta Concessio. **A**

*Ex Privilegijs Monachorum Cartusienſium.*

**17** **S**IXTUS 4. concessit Cartusienſibus, vt visitando maius, & alia Altaria consistentia in ambitu Ecclesiæ domus, in qua eos pro tempore degere contingerit, & ante quodlibet Altare earundem genibus flexis psal. illum pœnitentialem, qui incipit: Misere mei Deus; seu si illiterati forent, septē Dominicas orationes, cum totidem Angelicis Salutationibus, deuotè dicendo; verè pœnitentes, & confessi, eadem prorsus Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenarias consequantur, quas consequerentur cum, vel sine adiutricum manuum porrectione, ex Apostolica, vel alia Concessione, quæ hætenus, vel pro tempore, tunc iam emanassent, si ea die, qua id fecerint Basilicas, vel aliam, seu alias, Ecclesiam, vel Ecclesias, consistentes in Vrbe, aut alia Ciuitate, Terra, Castro, Villa, seu alio loco Diocesis, in qua domus ipsa, cuius Ecclesiæ Altaria sic per eos visitata forent, existerent, visitarent, in omnibus, & per omnia; perinde ac si ipsi Fratres sic dicta Altaria visitantes, Basilicas, seu Ecclesias prædictas Urbis, Ciuitatis, Terræ, vel Castri, loci, vel Diocesis, in qua domus ipsa, cuius Ecclesiæ Altaria, pro tempore, fuerint per eos visitata, consistit, personaliter visitassent, & omnia illa fecissent, quæ ad consecutionem Indulgentiarum huiusmodi forent quomodolibet oportuna. **B**

**18** **I**DEM Sixtus concessit postea, q̄ præfati Cartusienſes litterati dicentes, & deuotè recitantes septem psalm. pœnitentiales; illiterati verò viginti quinque orationes Dominicas, totidemq; Salutationes Angelicas, in Oratorijs Cellarum, vel locorum, in quibus ex ordine persoluunt officium diuinum, consequantur illasmet Indulgentias, quæ in superscriptis litteris exprimuntur, & quas consecuti fuissent, si illa Altaria, vt præmittitur, visitassent, & psalm. Misere mei Deus, septen q; orationes Dominicas, coram ipsis Altaribus dixissent. **B**

**19** **A**LXANDER 6. concessit prædictis Cartusienſibus infirmis, & debilibus, præfatos septem ps. cum socio dicentibus, vel ipsis infirmitate impeditis, aliquem ex Confratribus illis

**A** los dicentem audientibus, necnon Prioribus, & Procuratoribus dicti Ordinis pro tempore existentibus, itinerantibus ps. huiusmodi, cum vno socio similiter dicentibus, vt eas Indulgentias in omnibus, & per omnia consequantur, quas consequerentur, si contenta in supradictis litteris plenè adimplerent. B.

**C**irca Stationes est notandum, q̄ sicut dicit S. Thomas in 4. dist. 20. & Cardinalis de Tutre cremata in c. Mensuram, de Pœnitentijs. di. prima, illas instituit B. Gregorius, & in qualibet die Stationis, septem annos remissionis concessit. Attamen in multis tabulis, & summarijs ampliores remissiones reperiuntur, prout hic sequuntur.

**NOTANDVM** est, q̄, secundū aliquos, Romę est quotidie ad minus in tribus locis (vbi mulieres nō ingrediuntur) remissio plenaria omnium peccatorū. Et in octo locis ad minus remissio tertie partis. Et in vno loco remissio quartę. Et in alio septimę. Et in diuersis Ecclesijs, & locis ipsius Urbis, Indulgentiæ quasi innumerabiles. Et secundum aliquos sunt in summa 4000. annorū, & 1500. quadrage nę Indulgentiarū. ¶ Itē sunt alię multę, & magnę Indulgentię in diuersis locis, & Ecclesijs quotidie, & in dedicationibus Altariū, & Ecclesiarū, & in diuersis tēporibus, & locis, & Festiuitatibus Sāctorum augentur Indulgentiæ. Et duplicantur oēs in Quadragesima. ¶ Ultra prædictas Indulgentias, additę sunt nonnullę alię de nouo à Sixto 4. & ab alijs maximè in Ecclesijs ab eodem factis, seu reedificatis, præsertim in S. Maria de Pace, & in Sancta Maria de Populo, in Festis Beatę Virginis, & Sabbatis Quadragesimę, & à Sabbato de Passione, vsq; ad octauas Paschę, vbi est maximus concursus Populi Romani.

**C** ¶ Has autem omnes Indulgentias (vt præmittitur) possunt quotidie lucrari Fratres, & Sorores, & alij supra expressi, visitando Ecclesias in quibus morantur, & dicendo quinquies Pater noster, & Ave Maria, vt supra. Vel visitando septem loca deputata, specialiter in memoriam septem principalium Ecclesiarum Urbis Romę, & dicendo septem psalmos pœnitentiales cum lætania. Et Laici dicendo certum numerum Pater noster sibi à Superioribus prætaxatum. Qui quidem modus ad huc seruetur à multis laudabiliter, ne tãta gratia faciliter contēnatur. Attamē per illū nō lucratur Indulgentię Hierusalem, & S. Iacobi, nisi dicantur 6. Pater noster, & Ave Maria: prout habetur supra §. 15.

**D** ¶ ~~Attamen in quibusdam locis, & Ecclesijs, & in quibusdam tēporibus, & locis, & Festiuitatibus Sāctorum augentur Indulgentiæ. Et duplicantur oēs in Quadragesima. ¶ Ultra prædictas Indulgentias, additę sunt nonnullę alię de nouo à Sixto 4. & ab alijs maximè in Ecclesijs ab eodem factis, seu reedificatis, præsertim in S. Maria de Pace, & in Sancta Maria de Populo, in Festis Beatę Virginis, & Sabbatis Quadragesimę, & à Sabbato de Passione, vsq; ad octauas Paschę, vbi est maximus concursus Populi Romani.~~

**E** ¶ ~~Attamen in quibusdam locis, & Ecclesijs, & in quibusdam tēporibus, & locis, & Festiuitatibus Sāctorum augentur Indulgentiæ. Et duplicantur oēs in Quadragesima. ¶ Ultra prædictas Indulgentias, additę sunt nonnullę alię de nouo à Sixto 4. & ab alijs maximè in Ecclesijs ab eodem factis, seu reedificatis, præsertim in S. Maria de Pace, & in Sancta Maria de Populo, in Festis Beatę Virginis, & Sabbatis Quadragesimę, & à Sabbato de Passione, vsq; ad octauas Paschę, vbi est maximus concursus Populi Romani.~~

Collector :  
Nota  
Stationū or  
do nūc est  
obseruan-  
dus, vt in  
Missali no-  
uo.  
Epilogus  
multarū In-  
dulgentia-  
rum.

Collector :

Collector :

~~Attamen in quibusdam locis, & Ecclesijs, & in quibusdam tēporibus, & locis, & Festiuitatibus Sāctorum augentur Indulgentiæ. Et duplicantur oēs in Quadragesima. ¶ Ultra prædictas Indulgentias, additę sunt nonnullę alię de nouo à Sixto 4. & ab alijs maximè in Ecclesijs ab eodem factis, seu reedificatis, præsertim in S. Maria de Pace, & in Sancta Maria de Populo, in Festis Beatę Virginis, & Sabbatis Quadragesimę, & à Sabbato de Passione, vsq; ad octauas Paschę, vbi est maximus concursus Populi Romani.~~



Nom.

A

B

C

D

**Collector.** NOTANDVM est insuper, q̄ vltra prædictas indulgentias, directè, ac præcisè cōcessas personis Fratrum Min. & Monialium S. Clarae, & c. possunt et iidem Fratres, & Moniales gaudere Indulgentijs concessis generaliter visitationibus suis Ecclesias, vel Monasteria in certis Festiuitatibus, & alijs diebus anni, visitando similiter suas Ecclesias, vel Cappellas cum intentione lucradi huiusmodi Indulgentias, aut remissiones peccatorum. Et hoc etiam, si in Cōcessionibus talium Indulgentiarum sit additum, q̄ eas lucentur porrigentes manus adiutrices. Nam tunc dicendo quinque pater noster, & totidem Ave Maria, pro felici statu S. Ecclesie, poterunt istas absque dubio lucrari, et si essent in alijs Ecclesijs concessae. Et hoc virtute illiusdem Cōcessionis. Et sic supra posita Indulgentia, Indulgentie non p̄chatur quod Fratres, in 7. & supra 7.

Circa

**A** **C**IRCA præfata tamen dicit Felynus in quodam sermone, quem fecit de hac materia, & incipit. Hodie mecum eris in Paradiso. Quid autem de Clericis commorantibus in loco, ubi conceditur Indulgentia, & diuina officia celebrantibus? Respondet Nicolaus de Lyra in suis Quolibetis, quod si conceditur Indulgentia venientibus, & benefacientibus illi loco, & aliud non dicitur, non participant ipsi de Indulgentia, quia non videtur intentio dantis dirigi ad hoc; sed vt alliciat ad deuotionem illius loci, & subueniatur administrantibus, vt possint seruire Ecclesiæ. Quod nota, dicit prædictus Felynus, quia non inueni ab alio tactum. ¶ Sed licet ita sit respectu aliorum, nõ tamen respectu Fratrum Min. propter supradicta §. 17. & in dictione Indulg. non plen. quodad Fratres, §. 5.

Quæstio.

Responsio.

Pro validitate, & firmitate supradictarum Indulgentiarum, notanda est sequens Concessio.

**C** **L**E O X. concessit, & declarauit, q̄ virtute Bullarum Cruciatæ contra Infideles, aut aliarum Indulgentiarum generalium, quascunq; reuocationes, vel suspensiones Priuilegiorum Ordinum, etiam Mendicantium continentes, nunquam intelligantur reuocata, nec suspensa Indulta, Priuilegia, & gratiæ concessæ, quodad personas Fratrum Minorum Obseru. & quodad suspendendum interdictum in festiuitatibus Sanctorum sui Ordinis; nisi de ipsis specificè, ac nominatim mentionem facerent. O. ffo. 59. concess. 177.

**D** Aduertendum tamen est circa hæc, q̄ non propterea debet credi non posse reuocari præfatas Indulgentias, & alia Priuilegia Fratribus concessa. Circa quod vide, quæ supra posui in hac dictione Indulgentiarum Stationum, quodad Fratres, in fine cuiusdam Concessionis sexti post §. 7. Et similiter vide infra posita in dictione Priuilegia, in fine Concessionum.

Collectors

A N N O T A T I O C O R D V B A E.

**E** **Q**VOD §. 14. notand. quod Anno Domini 1535. die 12. mensis Iulij Reuerend. Pater Frater Ant. Ortiz. dixit se impetrasse à Dom. Papa Paulo III. q̄ Fratres Min. possint lucrari prædictas omnes Indulgentias, quas hic concessit Leo X. recitando prædicta sex Pater noster, & Aue Maria, cum Gloria Patri, &c. Et hoc non solum in Choro, Ecclesia, Claustro, Oratorio, ac Cella, vt concesserat Leo X. sed & in quocunq; loco alio recitentur, sine ulla restrictione.

23  
INDVLGENTIAE QVOAD SECVLARES, PRIMO. A

¶ *Distinctio Indulgentiarum, quoad Seculares.*

Collector.  
Distinctio  
Indulgentiarum, quoad  
seculares

**Q**VIA Indulgentiæ, quæ continentur in Priuilegijs Fratrum Min. quibus possunt gaudere personæ seculares, sunt diuersæ, ac respectu diuersorum operum; quæ ad illas promerendas oportet huiusmodi seculares facere; ideò vt melius agnosci valeant, sub sequenti ordine distinguuntur. ¶ Primò namque ponuntur Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in præcipuis festiuitatibus anni. Secundò apponuntur, quæ pro tempore Quadragesimali concessæ sunt. Tertiò aliæ, quæ pro reliquis diebus anni concessæ reperiuntur. Quartò sequuntur Indulgentiæ concessæ facientibus prædictis Fratribus aliqua opera pietatis. Quintò adduntur nonnullæ remissiones peccatorum, quas concedere possunt Fratres prædicantes. Sextò superadduntur multæ aliæ Indulgentiæ concessæ secularibus ratione habitus prædictorum Fratrum. Septimò annectuntur nonnullæ aliæ in fauorem Conceptionis B. Virginis datæ. Octauò subsequuntur aliæ Indulgentiæ, ab eisdem Fratribus pro secularibus obtentæ.

ANNO TATIO CORDVBAE.

**Q**VOAD §. 2. vbi ponitur Concessio facta per Leonem X. & Adrianum VI. pro Germanis Ordinis Sanctæ Trinitatis, notandum, quòd paulò superius in Compend. & tit. eo. §. 16. habetur declaratum, de quibus Germanis sit intelligendum.

INDVLGENTIAE PRO VISITANTIBVS  
Ecclesias Fratrum Minorum, in præcipuis  
festiuitatibus. Primò.

Pro festis  
Domini nostri,  
ac Domine  
nostre, & alij.

**G**REGORIVS IX. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in festiuitatibus principalibus Domini nostri, ac in festiuitatibus. & commemorationibus Domine nostre, ac Ioannis Baptiste, & omnium Sanctorum, ac sancti Francisci, & beati Antonij, & beate Helisabeth, centum annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ. b. fol. 61. Et fol. 64. concess. 73. Et ffo. 107. concess. 426.

IDEM

**A** IDEM Gregorius concessit omnibus visitantibus Ecclesiam Montis Aluernæ, in die stigmatum beati Francisci, remissionem medietatis omnium delictorum. Visitantibus autem alias Ecclesiis Ordinis eadem die, dedit de Indulgentia annos triginta. b. ffo. 260. concess. 647. 2  
Pro die  
stigmatu.

**I**NNOCENTIVS 4. alias 6. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ Virginis, ac beatorum Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, necnon Sancti Francisci, & aliorum Sanctorum Ordinis prædicti, Indulgentiam quadraginta annorum. b. ffo. 261. concess. 662. Et fol. 109. concess. 453. 3  
Pro Festis  
pæcipuis.

**A**LEXANDER 4. concessit omnibus visitantibus Ecclesias nostras, in festiuitatibus, & translationibus beatorum Francisci, & Antonij, & Claræ, de Indulgentia annos quinquaginta. b. fol. 260. concess. 652. Vel prout habetur in supplemento, sunt anni quadraginta. ffo. 108. conc. 429. 4  
Pro Festis  
Ordinis.

**C**LEMENS 4. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ Virginis, & Apostolorum, ac B. Ioannis Baptistæ, & B. Francisci, & Sanctorum nostri Ordinis, Indulgentiam 46. annorum. b. ffo. 260. concess. 658. 5  
Pro Festis  
pæcipuis.

**I**DEM Clemens concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Dedicacionibus earum, & per octo dies sequentes, & in festiuitatibus Beate Mariæ, ac Sanctorum Francisci, & Antonij, & Claræ, ac aliorum Sanctorum, quibus Altaria maiora dedicata sunt, Indulgentiam centum dierum. b. ffo. 108. concessione 449. 6  
Pro Dedi-  
cacionibus

**G**REGORIUS 10. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ Virginis, & Apostolorum, ac beati Ioannis Baptistæ, & Sancti Francisci, ac Sanctorum Ordinis nostri, Indulgentiam annorum quadraginta. b. ffo. 260. concess. 659. Et ffo. 109. concessione 457. 7  
Pro Festis  
pæcipuis.

**N**ICOLAUS 3. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus supra scriptis immediate, Indulgentiam annorum quadraginta. b. ffo. 260. concessione 660. 8

**M**ARTINVS 5. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Natiuitatis Domini, Circuncisionis, Epiphaniæ, Purificationis, Annunciationis 9  
Pro Festis  
pæcipuis.

beatę Marię, ac Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, beati Ioannis Baptistę, Apostolorum Petri, & Pauli, Assumptionis Virginis Marię, Natiuitatis eiusdem, ac omnium Sanctorum, & beatorũ Francisci, Antonij, Clarę Helisabeth, necnon in Translationibus eorundem, Indulgentiam annorum quinquaginta, & duodecim quadragenarum. b. fol. 260. concess. 662. Et ffol. 108. concess. 433.

10 **N**ICOLAUS 4. confirmauit Ordini Fratrum Minorum omnes Indulgentias, datas a suis predecessibus, & extendit easdem Indulgentias ad Festiuitates Angelorum, & illorum Sanctorum, in quorum honorem sunt ædificatę Ecclesię prædictorum Fratrum, vel quorum reliquię ibi habentur. b. ffol. 261. concess. 665. Et ffol. 109. concess. 456.

11 **I**DEM Nicolaus concessit omnibus visitantibus Ecclesijs Fratrum Minorum in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & beatę Marię Virginis, beati Ioannis Baptistę, Apostolorum Petri, & Pauli, beati Francisci, & Sanctorum sui Ordinis, quadraginta annos Indulgentię. b. ffol. 108. concess. 446.

12 **I**OANNES 22. confirmauit Indulgentias datas a suis predecessoribus visitantibus Ecclesijs Fratrum Minorum, in Festiuitatibus beatę Virginis Marię, Sanctorumq; Francisci, Antonij, Ludouici, Clarę, ac in Consecrationibus Ecclesiarum, & Altarium, & vocationibus earundem, & per octauas. Istę autem Indulgentię, prout præfatus Papa epilogauit, sunt decem anni, & quinquaginta dies. B. fol. 24. Et ffol. 108. concess. 231. Et b. ffol. 108. concess. 436.

13 **B**ENEDICTVS 12. confirmauit Indulgentiam Sanctę Marię de Portiuncula, seu de Angelis, declarauitq; datam esse a Christo viua voce. b. ffol. 261. concess. 668. Alias habetur, quodd est Benedicti vndecimi. b. ffol. 190. concess. 455.

14 **V**RBANVS 5. concessit visitantibus Ecclesiam Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Domini nostri, ac Domine nostrę, & Apostolorum, & beati Ioannis Baptistę, ac beati Francisci, & Sanctorum sui Ordinis, Indulgentiam 40. annorum. b. ffol. 261. concess. 670. Et ffol. 109. concess. 458.

15 **S**IXTVS 4. vniuersis, & singulis Christi fidelibus vtriusq; sexus verę pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesijs, & Oratoria Domorum Fratrum Prædicatorum, & Minorum visitaerint, in singulis Festiuitatibus Sanctorum Dominici, & Francisci, centum annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs

**A** tentijs relaxauit. Et similiter visitantibus dictas Ecclesias Fratrum Prædicatorum, in Festis Sanctorum Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Vincentij, S. Catherinæ de Senis, ac visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festis Sanctorum Antonij de Padoua, Ludouici Episcopi, Bernardini, Claræ, ac Helisabeth, à primis Vesperis, & per totum diem ipsarum Festiuitatum, quin quaginta annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs, relaxauit, dum tamen manus porrigant adiutrices. B. ffo. 148. concess. 359. Et b. ffo. 109. concess. 463.

**B** 148. concess. 359. Et b. ffo. 109. concess. 463.

**I D E M** Sixtus in Bulla, quæ appellatur Aurea, directa Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, motu proprio, & ex certa scientia, quascunque gratias spirituales, Concessionis, & Indulgentias, ac peccatorum remissiones, in genere, vel in specie, visitantibus prædictorum Fratrum Domos, & Cappellas, & Oratoria concessas (quarum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti fuissent, haberi voluit pro expressis) approbauit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit, & potiori pro cautela, de nouo concessit. B. sol. 65. Et ffo. 148. concess. 358.

**I D E M** Sixtus concessit omnibus verè pœnitentibus, celebrantibus Festum beati Francisci, de Indulgentia quinquaginta annos, & totidem quadragenas. b. ffo. 109. concess. 465.

Prædicta Concessio fuit extracta ex libro inticulato, Firmamenta trium Ordinum, in Gallijs copilato, & impresso. Aliter tamen habetur in Monumentis Ordinis, vbi continetur, quod præfatus Sixtus vniuersi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui gloriosi Confessoris Francisci Festiuitatem deuotè celebrauerint annuatim, decem annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs relaxauit. B. fo. 46. Et ffo. 130. concessione 291.

**I V L I V S** 2. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Min. in Festo S. Bonauenturæ, Indulgentias, quas sui prædecessores concesserant, pro Festiuitatibus aliorum Sanctorum dicti Ordinis. B. fo. 43. Et ffo. 127. concess. 284. Et hoc idem concesserat antea Sixtus 4. B. fo. 51. Et ffo. 135. concess. 300.

**I D E M** Iulius declarauit, quod verba in Priuilegij Fratrum Min. contenta, scilicet quod visitantes sua loca, & manus porrigentes adiutrices consequantur Indulgentias tales, vel tales, referantur etiam ad facientes eleemosinas de pane, & alijs pro eorum victu, & vestitu, ac Domorum suarum reparatione necessarijs. B. fo. 39. Et ffo. 126. concess. 280.

16

Confirmatio, & noua concessio omnium Indulgentiarum.

17

Pro S. Francisco.

Collectio.

18

Pro S. Bonauentura.

19

Eleemosinas.

**Collector.** Supraſcriptæ Indulgentiæ, ac nonnullæ aliæ, quæ ad manus nostras non peruenerunt, reperiuntur ſummatim recollectæ in Monumentis Ordinis, ſub forma ſequenti. **A**

**Epilogatio notabilis.** Hæc eſt ſumma Indulgentiarum Ordinis Fratrum Minorum, à diuerſis Summis Pontificibus conſeſſarum; circa quas nullus dubitare uelit obſecro, quia Reuerendus Pater Frater Ioannes de Argumanes, Prouincialis Prouinciæ S. Iacobi, aſſerit ſe uidiſſe in autenticis litteris ueritatem huius rei. Quæ litteræ habentur in archiuo Conuentus Salmantini. Et ſequitur. **B**

**Nota.** VISITANTES Eccleſias Fratrum Minorum, in Feſtiuitatibus Domini noſtri, & Domine noſtræ, B. Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum, B. Franciſci, omniumq; Sanctorum dicti Ordinis, habent Conſeſſionem, qualibet prædictarum Feſtiuitatum, mille, tercentorum, quadraginta annorum, quadringentarumq; quadraginta, & ſex quadreſimarum, atque triginta, & unius diei. ffo. 71. conſeſſione 180.

**Collector.** Aduertendum eſt etiam, qd in alia ſumma, extracta ex libro intitulo, Firmamenta triū Ordinum, habetur ſubſequenti modo. **C**

Summa Indulgentiarum Feſtiuitatū Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; Sanctiſſimæ Matris, ac etiam Patris noſtri Franciſci, & Sanctorum Ordinis, aſcendit ad annos quingētos, quadraginta, & octo, & dies ducentos ſexaginta. ffo. 109. poſt cōceſſ. 467.

*Sequuntur Gratia, & Indulgentia conſeſſæ uſitantibus Eccleſias aliorum Fratrum Mendicantium, in præcipuis Feſtiuitatibus.* **D**

*Et primò ponuntur conſeſſa uſitantibus Eccleſias Fratrum Ordinis Prædicatorum.*

**20** **S**anctiſſimus Dominus Honorius Papa 3. cōceſſit 20. annos, & dies 180. uſitantibus Eccleſias Prædicatorum, in anniuerſarijs Dedicatōnis earum. Clemens Papa 3. annos decē, & dies quadraginta. Bonifacius Papa 8. annos 20. & dies 40. Alexander Papa 4. annos 20. & dies 180. Benedictus Papa 10. Frater **E** de Ordine Prædicatorum, annos 30. & dies 120. Ioannes Papa 21. annos decem, & dies 80. Gregorius Papa 9. annos 9. & dies 80. Nicolaus Papa 4. Frater Minor, annos 30. & dies 180. Alexander Papa 5. frater Minor, annos 18. & dies 80. b. ffo. 110. conſeſſione 481.

Summa prædictarum Indulgentiarum eſt annorum 169. & dierum 350.

**A** In Natiuitate Virginis Mariæ, visitantibus Ecclesias Fratrum Prædicatorum, conceduntur à Clemente. 4. anni. 10. & dies 40. à Gregorio. 9. anni. 20. & dies 40. à Bonifatio. 8. anni. 9. & dies. 40. à Nicolao. 4. anni. 30. & dies. 180.

21  
Pro Natiuitate Beate Mariæ.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum. 69. & dierum. 210. b. ffo. 110. conce. 482.

**B** In Purificatione B. Mariæ semper Virginis, visitantibus Ecclesias Prædicatorum, conceduntur à Clemente. 4. anni decem, & dies. 40. à Gregorio. 9. anni, 20. & dies. 40. à Bonifatio. 8. anni. 9. & dies. 40. à Nicolao 4. anni. 30. & dies. 180.

22  
Pro Purificatione B. Virginis.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum. 69. dierum. 210. b. ffo. 110. conce. 483.

**C** In Assumptione Virginis Mariæ visitantibus Ecclesias Fratrum Prædicatorum conceduntur à Clemente. 4. anni decem, & dies. 40. à Gregorio. 9. anni. 20. & dies 40. à Bonifacio. 8. anni. 9. & dies. 40. à Nicolao. 4. anni. 30. & dies. 180.

23  
Pro Assumptione B. Virginis.

**C** Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum. 69. & dierum. 209. b. ffo. 110. conce. 484.

**D** In Festo beati Patris Dominici, visitantibus Ecclesias Prædicatorum, conceduntur à Clemente. 4. anni. 10. & dies. 40. à Gregorio. 9. anni. 20. & dies. 40. à Bonifacio. 8. anni. 9. & dies. 40. à Nicolao. 4. anni. 30. & dies. 180. ab Innocentio. 4. anni. 9. & dies. 40. ab Alexandro. 4. anni. 20. & dies. 280. à Benedicto. 11. anni. 30. & dies. 120. à Ioanne. 21. anni. 10. & dies. 180. ab Alexandro.

24  
Pro festo sancti Dominici.

**D** 5. anni. 18. & dies. 80. à Sixto. 4. Fratres Minore anni. 100. & totidem quadragenæ.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum. 256. & dierum. 330. b. ffo. 110. conce. 485.

**E** In Festo sancti Petri martyris, visitantibus Ecclesias Fratrum Prædicatorum conceduntur à Clemente. 4. anni. 10. & dies. 40. à Gregorio. 9. anni. 20. & dies 40. à Bonifacio. 8. anni. 9. & dies. 40. à Nicolao. 4. anni. 30. & dies. 180. ab Innocentio. 4. anni. 9. & dies. 40. ab Alexandro. 4. anni. 20. & dies. 280. à Benedicto. 11. anni. 30. & dies. 120. à Ioanne. 21. anni. 10. & dies. 180. ab Alexandro 5. anni. 18. & dies. 80. à Sixto. 4. anni. 50. & totidē quadragenæ.

25  
Pro festo sancti Petri martyris.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum. 206. & dierum. 320. b. ffo. 110. conce. 486.

**E** In Festo S. Thomæ de Aquino, visitantibus Ecclesias Prædicatorum, conceduntur à Ioanne. 22. anni. 21. & dies. 80. ab Alexandro. 5. anni. 18. & dies. 80. ab Urbano. 5. anni. 100. & dies. 220.

26  
Pro festo S. Thomæ.

à Six-



à Sixto 4. anni 50. & totidem quadragenæ.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum 189. & dierum 215. b. ffo. 110. concess. 487.

27 In Festo sancti Vincentij Confessoris, visitantibus Ecclesias  
 Pra S. Vin Fratrū Prædicatorū conceduntur de indulgentia, à Sixto 4.  
 centio. anni 50 & totidem quadragenæ. b. ffo. 111. concess. 488

28 In Festo sanctæ Catherinæ de Senis, conceduntur visitantibus  
 Pro S. Ca Ecclesias Prædicatorū, à Sixto Papa 4. anni 50. & totidem  
 therina. quadragenæ. b. ffo. 111. concess. 489.

29 Venientibus ad solemnitatem primarum Missarum Fratrum  
 Pro Missis Prædicatorū, conceduntur Indulgentiæ, ab Honorio 3. dies  
 primarijs. 100. à Bonifacio 8. dies 100. ab Alexandro 4. dies 100. à Grego  
 rio 9. dies 100. ab Innocentio 4. dies 100. à Benedicto 11. dies  
 20. à Clemente 4. dies 100. à Ioanne 21. dies 100. à Nicolao 4.  
 dies 100. ab Urbano 7. dies 100. ab Honorio 4. dies 100.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum trium, & dierum duorum. b. ffo. 111. concess. 490.

*Sequuntur aliqua alia gratia concessæ visitantibus Ecclesias  
 Fratrum Augustinensium, in præcipuis  
 Festiuitatibus.*

30 **I**NNOCENTIUS Papa omnibus verè pœnitentibus, & con-  
 Ex priuil. fessis, qui in Natiuitatis, Circuncisionis, Epiphaniæ, Resur-  
 Augustinẽ rectionis, Ascensionis, Pentecostes, necnon Assumptionis, Na-  
 sum. tiuitatis, Annunciationis, & Purificationis beatæ Mariæ, ac Na-  
 Pro Festis tiuitatis Ioannis Baptistæ, & Apostolorum Petri, & Pauli, & in  
 præcipuis. solemnitatibus Apostolorum, & Euangelistarum, atq; in omni-  
 bus Festiuitatibus sancti Augustini, ac Ecclesiarum Dedicatio-  
 nibus, & celebritate omnium Sanctorum, & per ipsarum Nati-  
 uitatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, necnon Nati-  
 uitatis, & Assumptionis Beatæ Mariæ, ac Natiuitatis Ioannis  
 Baptistæ, & Apostolorum Petri, & Pauli: Prædictarum Festiui-  
 ratum Octauis, Ecclesias Ordinis Eremitarum sancti Augusti-  
 ni deuotè visitauerint annuatim, & ad reparationem, & conser-  
 nationem earum manus porrexerint adiutrices, concessit in sin-  
 gulis prædictis Festiuitatibus, ac per earum Octauas, mille an-  
 nos, & totidem quadragenas. b. ffo. 124. concess. 562.

31 **V**LIUS 2. visitantibus Ecclesias prædictorum Fratrum  
 Pro Festis Augustinensium, in singulis sancti Augustini, & Nicolai de  
 Augustinẽ Tolon-  
 sum.

**A** Tolentino, ac sanctæ Monicæ Festiuitatum diebus, à primis Vesperis, vsque ad secundas Vesperas festiuitatum earundem inclusiue, ac inibi manus adiutrices porrigentibus, centum annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs in Domino relaxauit. B. ffo. 66. conce. 208.

*Sequuntur alie Indulgentia concessæ visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, in præcipuis Festiuitatibus, prout extracta sunt*

**B** *ex quadam Bulla Sixti. 4. quæ habetur. B. ffo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 111. & sunt ordinata per Festiuitates modò subsequenti.*

**P**rimò in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, scilicet, in sua Natiuitate, Parasceue, Resurrectione, Pentecostes, & duobus festis sanctæ Crucis, & octauis eorum, Leo Papa. 4. concessit septem annos, & duodecim quadragenas, visitantibus Ecclesias Fratrum, & pias Eleemosinas largientibus. ¶ Adrianus. 2. Stephanns. 5. Sergius. 3. Ioannes. 10. & Ioannes. 11. Sergius. 5. & Innocentius. 4. tertiam partem peccatorum remiserunt, visitantibus Ecclesias eorundem, in prædictis Festis, & eorum octauis. ¶ Honorius 9. Visitantibus easdem Ecclesias in die Parasceue, & in die sanctæ Crucis. 40. annos. & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs relaxauit. ¶ Clemens 3. Alexander. 2. Gregorius. 5. & Gregorius. 7. in prædictis Festis, & quolibet eorum, similem gratiam largiti sunt. ¶ Honorius. 9. concessit visitantibus dictas Ecclesias, seu manus adiutrices porrigentibus, in die Parasceues. 40. annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs ¶ Benedictus, 10. omnes prædictas Indulgentias duplicauit. ¶ Nicolaus. 5. omnia supradicta duplicando confirmauit atq; annos. 7. & totidem quadragenas in Domino relaxauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et b. ffo. 111. conce. 497.

**S**ecundò in Festis B. Mariæ, scilicet, Natiuitatis, Annûciationis, Purificationis, Assumptionis, & earum octauis, omnes prædictas remissiones iidem Pontifices concesserunt. ¶ Clemens. 4. ultra prædictas Indulgentias concessit. 30. annos, & totidem quadragenas, in prædictis quatuor Festiuitatibus Domine nostræ. ¶ Honorius. 9. concessit in dictis Festiuitatibus, Visitantibus supradictas Ecclesias, vel manus adiutrices porrigentibus. 40. annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs ¶ Ioannes. 22. concessit similiter in eisdem quatuor festiuitatibus 40. annos,

**I**  
Ex Priuil.  
Fratrum Car  
melitarum  
Pro festis  
Domini no  
stri, & san  
ctæ Crucis.

**32**  
Pro festis  
Dominico  
Are.

annos, & totidē quadragenas de pœnitentijs iniunctis. ¶ **U**rbanus 5 in Feflo Annunciationis Virginis Mariæ concessit 7. annos, & 12. quadragenas. ¶ Sixtus 4. concessit in prædictis quatuor Fefliuitatibus Beatæ Mariæ, à primis Vesperis, vsq; ad occasum Solis diei Fefli, visitantibus dictas Ecclesias 30. annos, & totidē quadragenas quolibet anno. ¶ Item Sixtus extendit prædictas Indulgentias, à se concessas, ad Fefla Conceptionis, Præsentationis, & Visitationis B. Mariæ Virginis. B. fo. 107. Et ffo. 190. concess. 485. Et b. ffo. 111. concess. 498.

33  
Pro Feflis  
præcipuis.

**T**ERTIO'. In Fefliuitatibus omnium Sanctorum, Sancti Michaelis, & Natiuitatis S. Ioannis Baptiftæ, Petri, & Pauli, Fabiani, & Sebastiani, & per octauas eorum, & in Sanctis, quorum uocationes principales habent in suis Ecclesijs, concessit Leo Papa 4. septem annos, & 12. quadragenas. ¶ Adrianus 2. Stephanus 5. Sergius 3. Ioannes 10. Ioannes 11. Sergius 5. & Innocentius 4. visitantibus dictas Carmelitarum Ecclesias, in prædictis Fefliuitatibus, tertiam partem peccatorū relaxauerunt. ¶ Clemens 4. Alexander 2. Gregorius 5. & Gregorius 7. in prædictis Fefliuitatibus, similem gratiam largiti sunt. B. fo. 107. [Et ffo. 190. concess. 485. Et b. ffo. 112. concess. 499.

34  
Pro Feflis  
uocationū  
Ecclesiarū.

**Q**VARTO'. Honorius 9. in diebus uocationum Ecclesiarum prædictarum 40. annos, & totidem quadragenas, relaxauit de iniunctis pœnitentijs. ¶ Benedictus 10. eisdem uocationis diebus, Honorij Indulgentiam etiam concessit, & duplicauit omnia concessa in prædictis Sanctorum Fefliuitatibus, octauis, & uocabulis Ecclesiarum. ¶ Nicolaus 5. duplicauit etiam concessa à suis antecessoribus, in dictis Fefliuitatibus, & ultra, annos septē, & totidem quadragenas relaxauit. ¶ Sixtus 4. concessit etiam in diebus uocabulorum, visitantibus dicti Ordinis Ecclesias 30. annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs. B. fo. 107. Et ffo. 190. concess. 485. Et ffo. 112. concess. 500.

**INDVLGENTIAE CONCESSAE VISITANTIBVS**  
*Ecclesias Fratrum Minorum, tempore Quadragesimali. Secundo.*

2  
**A**LXANDER 4. Nicolaus 3. Innocentius 4. & Benedictus 11. concesserunt, à quarta Feria Cinerum, vsq; ad Pascha Resurrectionis inclusiue, uenientibus ad Ecclesias Fratrum Minorum, semel in die, causa deuotionis,

**A** tionis, de Indulgentia annos 122. & dies 576. ¶ Venientibus autem quando ibidem prædicatur, feriis 2. & 4 & 6. additur Indulgentia annorum 6. & dierum 26. Et sic ascendit cum prima ad annos 138. ac dies 202. Habetur b. ffo. 108. concessi. 439. Prædicatio

**V**REANVS 4. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in Quadragesima, Indulgentiã quadragesima annorum. b. ffo. 260. concessi. 657. 2

In summa superius allegata, reperiuntur sequentia. Collector.

**B** Visitanti Ecclesias Fratrum Minorum, qualibet die Quadragesimæ, concessi sunt quatuor anni, & 236. dies Indulgentiæ. ffo. 71. concessione 181. 3

In alia summa, extracta de libro intitulato, Firmamenta trium Ordinum, habetur modo sequenti. Collector.

Summa Indulgentiarum concessarum visitantibus Ecclesias Fratrum Min. in diebus Quadragesimæ, est trium millium, & octingentorum, ac quinquaginta septem annorum, & ducentorum, ac septem dierum ffo. 109. post concessi. 467. Nota.

*Sequuntur Indulgentia, quæ reperiuntur concessæ visitantibus Ecclesias Fratrum Augustinensium, tempore Quadragesimali, & adhuc à die Septuagesimæ.*

**I**NNOCENTIUS omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui à Dominica Septuagesimæ inclusivè, vsque ad Dominicam in Palmis inclusivè, deuotè visitauerint Ecclesias Fratrum Augustinensium annuatim, & ad reparationem, & cõseruationem earum, manus porrexerint adiutrices, concessit mille annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ. b. ffo. 124. cõce. 562. 4

EX PRIUIL. FRATRÙ AUGUSTINEN. 5

**I**DEM Innocentius omnes verè pœnitentes, & confessos, qui prædictas Ecclesias deuotè visitauerint in die Mercurij, & in die Iouis, ac in die Veneris Hebdomadæ Sanctæ, & ad reparationem, & cõseruationem earundem manus porrexerint adiutrices, à pœna, & culpa misericorditer relaxauit. b. ffo. 124. concessione 562.

**S**IXTVS 4. fertur concessisse visitantibus Ecclesias prædictorum Fratrum Augustinensium, & manus adiutrices porrigentibus, à sexta feria post Dñicam tertiam Quadragesimæ, vsq; & per totã octauã Palchæ Resurrectionis, pro singulis diebus, Indulgentiam trium millium septingentorum decem & octo annorum, & 130. dierum. Bulla dicitur esse Romæ, & Ferrariæ. Nota.

Et à

Et à quodam præcipuo Patre dicti Ordinis audiuit, quòd ipse viderat transumptum authenticum prædictæ Bullæ. Habetur tamen. b. ffo. 111. conce. 394.

*Sequuntur nonnullæ aliæ Indulgentiæ, concessæ visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, tempore quadragesimali.*

7 **B**enedictus. 10. visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, feria, 2. & 4. & 6. quadragesimæ, concessit octoginta annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ, ac bis remissionem septimæ partis peccatorum. B. fo. 107. & ffo. 190. concessione. 485. Et. b. ffo. 112. concessione. 502.

*Ex Privilegijs Ordinis sancti Ioannis Hierosolimitani.*

8 **B**enedictus Papa, omnibus verè penitentibus, & cõfessis, qui Ecclesias, vel Oratoria, per vniuersum orbem Ordini sancti Ioannis Hierosolymitani subiectas, ter in hebdomada, per totam quadragesimam, videlicet, secunda, quarta, & sexta ferijs, in Festo sancti Vocabuli dictarum Ecclesiarum visitauerint; & secundum eorum facultates manus porrexerint adiutrices, quadraginta annos, & quadraginta quadragenas, & septimam partem de iniunctis penitentijs misericorditer relaxauit. b.

INDULGENTIAE CONCESSAE VISITANTIBUS Ecclesias Fratrum Minorum in quibuslibet diebus anni. Tertio. D

1 **A**LEXANDER. 4. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minor. causa deuotionis, qualibet hora diei, Indulgentiam. 40. dierum. Innocentius. 4. concessit similiter. 40. dies. Clemens. 4. concessit. 80. dies. Nicolaus. 4. concessit Indulgentiam vnius anni. & 40. dierum. E

Summa istarum Indulgentiarum est, tres anni, & 240. dies. Et numerando per dies, sunt. 1365. dies. B. fo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et, b. ffo. 108. concessione. 438.

2 **I**DEM Alexander concessit omnibus venientibus ad horas canonicas in Ecclesijs Fratrum Min. infra annum, diebus singulis, Indulgentiam centum dierum. b. ffo. 290. concess. 653. Alias sunt centi, & quadraginta dies, vt habetur. ffo. 108. conce. 430.

Pro horis  
Canonicis.

**IDEM**

**A** IDEM Alexander concessit accedētib; ad Ecclesias Fratrum Minorum causa audiendi Missas Beatæ Mariæ Virginis, vel Beati Francisci, vel sermones, quocunque tempore anni, qualibet vice, Indulgentiam centum dierum. B. ffo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et ffo. 108. conce. 437, vbi nihil specificatur de Missis Beatæ Mariæ, aut Beati Francisci. Missa.  
Prædicato

**C**LEMENS. 4. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in quibuslibet diebus anni, centum dies Indulgentiæ. b. ffo. 260. conce. 658. 4

**N**ICOLAUS. 3. concessit similiter, sicut Clemens præfatus, centum dies Indulgentiæ. b. ffo. 260. conce. 660. 5

**N**ICOLAUS. 4. concessit accedentibus, causa deuotionis, ad loca Fratrum Minor. Indulgen. vnius anni, & dierum. 40. B. fo. 24. Et ffo. 108. concessione. 231. ¶ Et alibi reperitur, quòd idem Pontifex concessit, propter præfatam causam, centum dies Indulgentiæ. b. ffo. 108. concess. 446. ¶ Et alibi 6

**C** etiam inuenitur, quòd concessit audientibus Missas Beatæ Virginis, ac Beati Francisci, in domibus Fratrum Minorum, Indulgentiam centum dierum. b. ffo. 108. conce. 442. Missa.

**V**RBANVS 5. concessit omnibus Fraternitatibus, quæ sunt, & erunt in Ecclesijs Fratrum Minorum, centum dies Indulgentiæ. b. ffo. 261. concessione. 672. Et ffo. 109. conce. 459. 7  
Confrater  
nitas.

**D** IDEM Urbanus concessit visitantibus prædictorum Fratrum Ecclesias, quacunq; die de Indulgentia centum dies. b. ffo. 261. Et ffo. 109. conce. 458. 8

In summa autentica Indulgentiarum superius annotata, reperitur id quod sequitur. Collector.

**I**DEM quolibet die anni visitans Ecclesias Fratrum Minorum, consequitur annum, & 244. dies Indulg. ffo. 71. conce. 182. 9

In alia summa, extracta de libro intitulato Firmamēta trium Ordinum, habetur sub forma sequenti. Collector.

**E** Summa Indulgentiarum concessarum visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in quibuslibet diebus, est annorum quadraginta, & dierum trecentorum. b. ffo. 109. post conce. 467. Nota.

*Sequuntur aliquæ Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesijs Fratrum Carmelitarum infra annum quacunq; die: sed præsertim diebus Dominicis, & Sabbatis.*

**B**ENEDICTVS. 10. concessit visitantibus Ecclesijs Fratrum Carmelitarum, in diebus Sabbatorum, & Dominicis totius anni. 10

Pro Sabba-  
tis, & Domi-  
nicis dieb<sup>9</sup>.

anni. 40. annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ, ac septi-  
mam partem peccatorum relaxauit. Et Nicolaus. 5. prædictam  
Indulgentiam Sabbatorum duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190.  
concessio. 485. Et ffo. 112. conce. 501. A

11

Innocentius. 4. & Gregorius 8. concesserunt cuilibet dicenti  
Inuñ Pater noster, & Aue Maria, pro uiuis, & defunctis, in præ-  
dictis Ecclesijs Carmelitarum, quadraginta dies Indulgentiæ.  
Benedictus. 10. eisdem. 40. dies duplicando cōcessit. Nicolaus.  
5. prædictos dies duplicatos iterum reduplicauit, & concessit. Et B  
sic sunt. 160. dies. Vel sunt ducenti, computando, quòd quilibet  
duorum Pōntificum præominatorū concesserit. 40. dies, quod  
nunquam solent concedere minus. B. fo. 107. Et ffo. 190. con-  
ce. 485. Et. b. ffo. 112. concessione. 503.

Collector.

Circa omnes Indulgentias superius annotatas, est sciendum,  
quòd in quadam Summa antiqua Priuilegiorum Fratrum Min.  
per quendam Patrem Commissarium Curia Romæ facta, re-  
peritur sequens clausula. C

12

Sixtus. 4. in Bulla, quæ incipit, Solet Sedes apostolica, decla-  
rauit, quòd Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias do-  
morum vnius Ordinis Mendicantium, non conceduntur visi-  
tantibus Ecclesias domorum aliorum Ordinum Médicantium,  
licet sit reciprocatio gratiarum, & indultorum vnius Ordinis  
ad alium, propter confusionem, & ne vilescant Indulgentiæ, aut  
minuatur deuotio, & propter alias rationes. Hæc vbi supra. Bul-  
lam tamen præallegatam, nullibi potui reperire. D

Collector.

Aduerte, quòd non obstante prædicta Bulla, possunt gaudere  
visitantes Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus sancto-  
rum sui Ordinis, omnibus concessis visitantibus Ecclesias Fra-  
trum Ordinis Prædicatorum in festis sanctorum eiusdem Ordi-  
nis, prout in dictione Communis Priuilegiorum. §. 13. propè  
finem. Et visitantes Ecclesias Fratrum Prædicatorum possunt  
gaudere omnibus concessis visitantibus Ecclesias aliorum Or-  
dinum Mendicantium, virtute cuiusdam concessionis eis factæ E  
per Leonem. 10. quæ habetur supra, in præfata dictione, Com-  
municatio Priuilegiorum. §. 20. Et similiter potest dici de visitanti-  
bus Ecclesias Fratrum Minorum, ratione amplissimæ cōmunica-  
tionis Priuilegiorum, quæ est inter ipsos, & fratres Prædicatores,  
prout patet in supra dicta dictione Cōcætio Priuileg. §. 12. & 13.

Collector.

IDEM est aduertendū, & notandū circa oēs supra scriptas  
Indulgentias, quòd quia, sicut ex tenore ipsarū patet, fere om-  
nes

**A** nes conceduntur visitatibus prædictas Ecclesias, & manus porrigentibus adiutrices, & quod Fratres Min. nequeunt habere cippos, aut truncos, seu capas pro recipiendis pecunijs, idcirco Iulius. 2. concessit, quòd præfata verba, scilicet, manus porrigentes adiutrices, referantur etiam ad facientes elemosinam de pane, ac alijs victui Fratrum necessarijs, prout in sequenti titulo latius ponitur, §. 9. Et habetur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 280.

**B** *Indulgentiæ concessæ exhibentibus Fratribus Minoribus, aliqua opera pietatis, Quarto.*

**I**nnocentius. 4. concessit omnibus porrigentibus manus adiutrices Fratribus Minoribus vbicunque. 40. dies Indulgentiæ. Nicolaus. 1. totidē. Clemens. 4. dies. 100. Et sunt in summa, 180. dies. B. fo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et. b. ffo. 108. conce. 441.

**C** Alexander. 4. concessit omnibus recipientibus Frattes Min. viatores, in domibus suis, & ministrantibus eis alimenta, & soluentibus naua, seu passalia, ac alia pietatis obsequia dictis Fratribus exhibentibus, Indulgentiam. 40. annorum. b. ffo. 260. conce. 655. Et ffo. 108. conce. 432.

**M**artinus. 4. concessit tam Procuratoribus, quàm Aduocatis, qui in Curijs Ecclesiasticis, & ciuilibus, seu secularibus laborauerint, pro defensione Ordinis Fratrum Minorum Ecclesiarumq; eiusdem Ordinis, singulis annis, Indulgentiam centum annorum. b. ffo. 360. conce. 663. Et ffo. 108. conce. 434.

**D** **I**DEM Martinus concessit cunctis fidelibus, qui manus adiutrices porrexerint, ad construendas Ecclesias, vel Monasteria Ordinis Fratrum Minorum, ac omnibus qui sepulturam elegerint in cæmeterijs, aut claustris præfatorum Fratrum Indulgentiam. 40. annorum. b. ffo. 260. conce. 664. Et ffo. 108. conce. 435.

**N**icolaus. 4. concessit omnibus porrigentibus manus adiutrices, pro fabricis Monasteriorum Fratrum Minorum. 40. annos Indulgentiæ. b. ffo. 108. conce. 446.

**V**rbanus. 5. concessit, vt Generalis, & Prouinciales totius Ordinis Minorum, possint communicare suffragia, Indulgentias, orationes, & omnia spiritualia benefactoribus Ordinis. b. ffo. 261. conce. 671. Et ffo. 109. conce. 459.

**I**nnocentius. 8. concessit, vt Procuratores Fratrum Minorum, eorumq; substituti, liberi, parentes, fratres, sorores, & vxores possint promereri Indulgentias Stationum, & alias Fratribus

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7

Pro hōspitātibus Frattes Minores.  
Proaduocis & Procuratoribus Fratrum.  
Pro Fabrica Sepultura.  
Pro Fabrica  
Generalis, & Prouinciales.  
Pro Syndicis seu Procuratoribus Fratrum.



concessas, dicendo in Ecclesijs Fratrum prædicatorum quinque **A**  
Pater noster, & totidem Ave Maria, pro felici statu Romanæ  
Ecclesiæ. o. ffo. 70. conce. 162. Et ffo. 99. conce. 367.

**8** **A**LEXANDER. 6. concessit, vt Medici ordinarij Fratrum  
Pro medi- Minorum, & Sororum sanctæ Claræ, habeant eadem Pri-  
eis Fratrū. uilegia, & gratias, quibus gaudent Syndici, & Procuratores  
prædicatorum Fratrum. o. ffo. 70. concessione. 177. Et ffo. 99.  
concessione. 370.

**9** **I**VLIVS. 2. concessit, seu declarauit, quòd verba in Priuilegijs **B**  
Elemosine Fratrum Minorum contenta, scilicet, quòd visitantes suas  
Ecclesias, & manus porrigentes adiutrices, consequantur In-  
dulgentias tales, vel tales; referantur etiam ad facientes elee-  
mosinas de Pane, ac alijs pro eorum victu, & vestitu, & domo-  
rum suarum reparatione necessarijs. B. fo. 43. Et ffo. 126. con-  
cessione. 280.

**Collector.** In præallegata summa autentica, continentur infrascripta.

**10** Porrigentibus manus adiutrices ad Fabricam Ecclesiarum **C**  
Fratrum Minorum, iuxta possibilitatem suam, concessa est, in  
articulo mortis, remissio omnium peccatorum. ffo. 71. conce-  
sione. 184.

Item concessi sunt centum viginti anni pro qualibet re, quo-  
libetq; beneficio, quæ locis, vel Monasterijs Fratrum Minorum  
largiuntur. ffo. 71. conce. 184.

**Collector.** Ultra hoc, propter communicationem Priuilegiorum Fra-  
trum Prædicatorum, sunt concessi amplius, 79. anni. Et in sum-  
ma sunt ducenti anni, vno minus. Vide infra. §. 13.

*Sequuntur alie multe Indulgentie concessæ facientibus  
opera Pietatis Fratribus Ordinis Prædicato-  
rum, & eorum Domibus.*

**12** **P**orrigentibus manus adiutrices ad fabricas domus Fra-  
trum Prædicatorum, conceduntur ab Honorio. 3. anni. **E**  
Ex Priuile- 25. dies. 120. à Clemente. 4. anni. 25. dies. 120. à Bonifacio.  
gijs Fratrū 8. anni. 25. & dies. 120. ab Innocentio. 4. anni. 25. dies. 120. ab  
Prædic. Alexandro. 3. anni. 25. dies. 120. à Gregorio. 9. anni. 25. dies.  
Pro fabrica 120. ab Urbano. 5. anni. 25. dies. 120. Alij Pontifices in sum-  
monaste- ma concesserunt annos. 40. & dies. 300.

Sumantur simul anni. 318. dies. 42. b. ffo. 111. concessio-  
ne. 492.

**A** Dantibus eleæmoſinas prædictis Fratribus, ad victum, & veſtitum, & aliàs neceſſitates graues Ordinis, conceduntur à Clemente. 4. anni. 7. à Bonifacio 8. anni. ſeptem, ab Innocentio. 4. anni. 7. Ab Alexandro. 4. anni. 7. à Ioanne. 21. anni. 7. à Gregorio. 9. anni. 7. à Benedicte. 11. anni. 14. à Nicolao. 4. anni. 7. ab Urbano. 5. anni. 14. ¶ Summantur omnes anni. 79. b. ffo. 111. conce. 493.

13

Pro victua-  
libus.

**B** Facièntibus Miſſas, & alia diuina celebrare à di&is Fratribus, in eorum Eccleſijs, conceduntur ab Honorio. 3. dies. 80. à Bonifacio. 8. dies. 80. à Clemente. 5. dies. 80. ab Alexandro. 4. dies. 80. à Ioanne. 21. dies. 80. à Nicolao. 4. dies. 80. ab Innocentio. 4. dies. 10. à Gregorio. 9. dies. 10. ab Urbano. 4. dies. 10. ¶ Summantur anni 2. & dies. 248. Et numerando per dies, ſunt ſerè mille dies. b. ffo. 111. conce. 493.

14

Pro facièti  
bus celebra  
re miſſas.

**I** OANNES. 23. conceſſit Benefactoribus Ordinis Prædicato-  
**C** rum, 10. annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pæ-  
nitentijs. Et remittit eis iniurias Patrum, & Matrum, ſine ma-  
nuum iniectione violenta, & omnia feſta male obſeruata, & om-  
nia iuramenta falſa, ſine damno alterius. Et remittit Sacerdo-  
tibus, & clericis, in ſacris Ordinibus conſtitutis, qui ad exem-  
plum aliorum manus porrexerint adiutrices, quicquid in diui-  
nis officijs, aut horis canonicis dicere omiſerint, nunc propter  
infirmiſſimam, vel per negligentiam, ſeu defectum librorum. b.  
ffo. 94. conce. 305.

15

Pro quibus  
libet bene-  
factoribus  
Fratum.

Pro clericis  
ſecularibus

**D** IDEM Ioannes conceſſit, etiam de gratia ſpeciali, quòd  
huiusmodi Confratres, & germani Ordinis poſſint ſepeliri (tè-  
pore Interdicti) in Eccleſia, vel cameterio: niſi fuerint excom-  
municati publicè, vel nominatim, ibiq; diuina celebrare. b. ffo.  
95. conce. 306.

16

Sepultura.  
Interdicti.

Supradicta conceſſio, quòd ad ſepelitionem Confratrum, &  
germanorum Ordinis fuit diſcuſſa, & ventilata in vniuerſitate  
Salmantina, & fuit declaratum, & determinatum per plures in-  
**E** ſignes Doctores, iuris peritiſſimos, debere ſolùm intelligi de  
illis Confratribus, qui licèt remaneant in ſeculo, & non mu-  
tent habitum ſecularem; tamen ſunt, vel ſiunt Oblati Ordinis, &  
faciunt donationem, inter viuos, omnium bonorum ſuorum  
dicto Ordini; reſeruando ſibi vſum fructum, quandiu vixerint;  
& non de alijs Confratribus communiter viſitatis. Fundatur au-  
tem hæc determinatio, & declaratio prædictorum Doctorum  
in. c. Vt Priuilegia de Priuilegijs libro. 5. Decretalium. Quod

Collector.

capitulum ad litteram dicit, quòd solùm tres prædicti Confratres gaudeant Ecclesiastica sepultura tempore interdicti, & non alij.

17 **I**DEM Ioannes concessit, quòd animæ defunctorum, pro quibus Ordini, & Fratribus eiusdem collata fuerit elemosina, admitterentur ad omnia beneficia, & suffragia, & ad omnes gratias totius Ordinis. Et remittit eisdem Benefactoribus, septimam partem suorum peccatorum. b. ffo. 95. conce. 308.

*Sequuntur alia plures Indulgentiæ concessæ exhibentibus opera charitatis erga Carmelitanos, & eorum domos.*

18 **E**O. 4. concessit Christi fidelibus, domos Ordinis Carmelitarum contractas reparantibus. 7. annos, & .12. quadrage. Indulg. Innocentius. 4. hanc Indulgentiam supplicavit. Nicolaus 5. hanc duplicationem duplicando concessit. Et sic sunt anni. 28. & quadragenæ. 48. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 112. conce. 504.

19 **A**DRIANVS. 2. Stephanus. 5. Sergius 3. Ioannes. 10. & Ioannes. 11. Sergius. 5. & Innocentius 4. reficientibus Ecclesias dicti Ordinis, vel pro fabricis ipsarum munera dantibus. ac Confratrem dicti Ordinis affumentibus, vel etiam vren filia, vasa mappas, paraméta, aut alia ad cultum Dei necessaria tribuentibus, vel ad ea habenda, manus adiutrices porrigentibus, in vita, vel in morte legantibus, tertiam partem delictorum relaxarunt. Innocentius. 4. hanc peccatorum remissionem duplicavit Nicolaus. 5. iterum hanc duplicationem prædictis Benefactoribus duplicavit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 112. conce. 505.

20 **H**ONORIUS. 10. & Nicolaus. 4. omnibus verè pœnitentibus, & manus adiutrices dicto Ordini porrigentibus, omnium peccatorum veniam polliciti sunt. ¶ Innocentius. 4. & Nicolaus. 5. vnus post alium, hanc peccatorum veniam duplicarunt. ¶ Honorius. 9. omni bus manus adiutrices porrigentibus Ordini prædicto. 40. annos, & totidem quadragenas concessit de iniunctis pœnitentijs. ¶ Prædicti vero Innocentius. 4. & Nicolaus. 5. vnus post alium, etiam dictos. 40. annos, & quadragenas duplicavit eiusdem. ¶ Benedictus. 10. omnia à supradictis antecessoribus concessa duplicavit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 114. conce. 506.

Nota.

Et sic

**A** Et sic in summa, omnibus verè pœnitentibus, & manus adiutrices, vt supra, porrigentibus, est concessa ter remissio omnium peccatorum, & adhuc duplicata. Et trecenti viginti anni, & totidem quadragenæ, de iniunctis pœnitentijs.

Epilogatio  
suprascriptarum In-  
dulgen.

*Sequuntur nonnulla concessa facientibus opera pietatis Fratribus, & Domibus Ordinis Minimorum.*

**B** **I**VLIVS. II. concessit, quòd singulæ personæ, quæ fuerint Ordinis Minimorum fundatrices, seu cultrices, cum earum, vtriusque sexus, liberis procreatis, & procreandis, omnibus, & singulis eiusdem Ordinis Minimorum Priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & Indulgentijs vti, potiri, & gaudere liberè, ac licitè valeant. B. ffo. 9. conce. 31.

21

Nota.

**C** *Ex Priuilegijs Fratrum Hospitalis sancti Ioannis Hierosolimitani.*

**A**LEXANDER. 4. & Innocentius. 3. ac Lucius. 3. & Gregorius 9. successiuè, sub eadem verborum serie concesserunt, vt quicumq; de facultatibus sibi ab eo collatis subuenierit Fratribus Hospitalis sancti Ioannis Hierosolimitani, & in tam sancta Fratèrnitate, se collegam statuerit, eisq; beneficia persoluerit annuatim, septimæ partis iniunctæ pœnitentiæ relaxationem consequantur. B.

22

Confraternitas.

*Ex Priuilegijs Ordinis sanctæ Trinitatis.*

**L**EO. 10. & Adrianus. 6. concesserunt omnibus, & singulis Christianidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ordinis sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis captiuorum, tam virorum, q̄ Monialium, in Regnis Castellæ Legionis, & Granatæ consistentibus. Ecclesias, illis anni diebus, quibus peccatorum remissiones, & Indulgentiæ, per eosdem Fratres consequebantur, visitauerint. Ac qui deuotionis seruore ducti, in habitu Ordinis sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis captiuorum huiusmodi decesserint. Aut eorum corpora, seu caduera, dum ab hoc seculo migrauerint, in Ecclesijs Monasteriorum Ordinis prædicti sepelire ordinauerint. Seu de pro-

23

Particularis pro regnis Castellæ, Legionis & granatæ.  
Habitus.

Sepultura.

Eleemosi-  
na.  
Habitus.  
Pro germa-  
nis hospi-  
tantib<sup>9</sup> fra-  
tres.

Collector.

prijs bonis, pro redemptione captiuorum aliquã pecunia quan-  
titatem, per Ministrum Prouincialem dicti Ordinis, pro tempo-  
re existentem, designandam erogauerint. Aut etiam qui scapu-  
larium eiusdem præfati Ordinis, de manu alicuius illius Prælati,  
etiam absq; alicuius voti emissionem susceptum detulerint. Nec-  
non vtriusq; sexus eiusdem Ordinis Fratibus ( Germanis nun-  
cupatis ) vt omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum rem-  
issiones, Fratibus prædicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis  
concessas consequantur, ac suffragiorum ipsius Monasterijs, pro  
tempore factorum participes fiant. B. Habetur Latius supra, in  
dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. vltimo.

Ne decipiari lector, credendo præfatam Concessionem ex-  
tendi ad Indulgentias Plenarias ex eo, quòd huiusmodi Plenaria,  
nunquam intelliguntur concessæ, nisi de ipsis fiat expressa men-  
tio, prout in Regulis Cancellariæ Apostolicæ continetur.



CAPVCINI ANNOTATIO.

In. §. 6.

Scotus.  
Corduba.

**C**IRCA Priuilegium in. §. 6. supra positum, ab Urbano 5.  
concessum, de communicatione suffragiorum, & bonorum  
spiritualium Benefactoribus Ordinis; Aliqua breuiter as-  
ferre, non ab re esse duxi, ex his quæ latissimè ad hoc propo-  
situm, tractat Scotus quolib. 20. & Corduba lib. 99. q. 3. Et de Indulg. q. 42.

1 Primò, An, videlicet, posset aliquis nec nõ in alicuius personæ com-  
munitatis, vel Congregationis Communionem recipi; & quomodo, D  
& per quem.

2 In quo talis receptio ei Proficiet. &

3 Quæ bona spiritualia possit Prælati communicare; Ac si hoc Pri-  
uilegium, sit in aliquo, per Pium. V. derogatum.

Ex horum etenim resolutione, multa, ab omnibus scitu digna dubia, &  
à Religiosis subditis valdè per optata, soluentur.

Participare  
quis potest  
de rebus spi-  
ritualibus  
alterius du-  
pliciter.

Vnde, pro primi intelligentia est sciendum, quòd solum possumus, de no-  
stris bonis, aut commissis nostræ dispositioni, prodesse alteri dupliciter, E  
per viam, scilicet, satisfactionis, & per viam meriti: Via satisfactionis  
consistit in exolutione, seu redditione æquivalentis ad pœnam, quæ re-  
dimitur in toto, vel in parte; Via autem meriti, consistit in aliquali di-  
gnitate, habendi, seu impetrandi sibi, vel alteri, aliquid, tamquam ali-  
qualem mercedem, seu præmium operis, quod dicitur Meritorium, non  
curando nunc, an sit meritorium congrui, Digni, aut Condigni, & quò-  
modo est talis dignitas, & vnde, & quomodo, est merces tali merito  
respon-

**A** respondens; De quibus Doctores latius in 2. d. 27. & alibi.

Et sic duplex erit differentia, inter participantes de bonis aliorum, per viam, videlicet, satisfactionis tantum, & per viam meriti tantum.

Prima differentia est, q̄ ad hoc, ut quis per viam satisfactionis participet, requiritur specialis intentio, seu applicatio eius, qui communicat tale opus satisfactorium illi: Ita q; nisi illi, seu illis sit applicata specialiter talis satisfactio, vel nisi sint illi recepti ad participandum de satisfactionibus alicuius personæ, seu Communitatis, non proderunt

**B** eis talia bona satisfactoria, ad satisfaciendum pro suis peccatis; Quia alias sequeretur, quod quicumq; existeret in charitate, esset immunis ab omni pœna, propter infinitatem thesauri Ecclesiæ, cuius participat per Sacramenta, aut per communionem Sanctorum, ratione charitatis. Vel saltem, sequeretur quod existens in maiori charitate, esset debitor minoris pœnæ in hoc seculo, & in futuro, quod patet esse falsum, ex doctrina Scot. in 2. o. quolibeto. Ergo, ex sola intentione facientis, seu applicantis habetur participatio ad satisfaciendum: Participatio autem

**C** ad merendum, seu potius ad merita, seu per viam meriti, de bonis alterius, non semper requirit specialem intentionem, & applicationem; Nam potest dupliciter alicui valere meritum alterius; vno modo, ratione vnionis, quæ fit per charitatem, etiam sine speciali intentione, & applicatione facientis, directa ad ipsum participantem; iuxta illud Symboli, Credo Sanctorum communionem; & illud Psol. 118. Particeps ego sum omnium timentium te: Et hoc modo, peccator, etiam non excommunicatus, non erit per hanc viam vnionis particeps alicuius

**D** boni, quod fit in Ecclesia; cum non sit membrum Christi viuum per charitatem, quam non habet. Alio modo valet bonum alicuius meritorium, alijs, ratione specialis intentionis, ipsius facientis: seu applicantis tale bonum specialiter pro illis, quibus applicat distinctè, aut confusè, pro vno, seu pro multis. Et hoc modo potest valere iusto, & impio; ut communiter dicitur per merita de congruo tantum, quæ soli liberalitati concedentis innituntur; Non enim obligauit se Deus, aut promisit, infallibiliter concessurum omne bonum, etiam expediens quod vir iustus ab

**E** eo petierit, pro alio quocunq; sed aliquando sic, aliquando non; prout sibi placuerit, & visum fuerit; & sic dicit Augustinus, quod nisi Stephanus orasset; fortè Paulus saluatus non esset. Et sic patet, quod hoc modo specialis intentionis, valdè prodest recipi ad participandum de bonis alicuius hominis, seu Congregationis in speciali, licet sint merita congrui, aut Dei liberalitati innitentia, quoad hoc, ut dictum est. Quia si peccator est sic receptus, tunc participat de talibus bonis, per solam intentionem applicantis, quod sibi valebit ad multa, ut infra in alio puncto

Differentia duplex inter tales participantes.

In satisfactorijs requiritur specialis applicatio.

In meritorijs non requiritur specialis applicatio.

Bonū meritorium quomodo valet iusto, & peccatori.

puncto dicemus. Si autem est iustus in statu gratia, tunc participat de talibus bonis, dupliciter; scilicet, ratione unionis charitatis; & ratione specialis intentionis applicantis, quod est melius, quàm vnica tantum via, participare. Et hæc est prima differentia inter communicationem, seu participationem satisfactoriam, & meritoriam.

Participa-  
tione satis-  
factoria,  
fiunt peio-  
ris condi-  
tionis parti-  
cipantes.

Secunda differentia est, Quia per participattonem ad satisfaciendum, seu ad satisfactoria tantum, fiunt peioris conditionis omnes participantes, quoad hoc; Quia minuitur eorum utilitas satisfactoria, salutem proueniens ex opere operantis, ex multitudine participantium; licet fortè, non ea, quæ prouenit virtute Sacramenti, seu operis operati, si tale opus habet virtutem satisfactoriam ex opere operato. Quamuis aliundè ei augeatur ex charitate, qua sic alijs egentibus sua satisfactoria applicat, vt dicit Piccar.

Vnde si totum suum bonum satisfactorium, proueniens ex virtute operis operantis, dederit, seu applicauerit alteri; tunc nihil sibi de tali satisfactorio remanet pro suis peccatis; & multo minus remanet, alijs postea receptis, seu quibus postea applicauerit. Quia cum talis virtus satisfactoria ex opere operantis, sit finita; certè diuisa inter multos, seu alijs alijs applicata, iam minus, aut nihil remanet alijs, aut sibi.

Meritoria  
autem sũt  
meliores.

Participium autem meritorium, non minuitur ex multiplicatione participantium; Non enim fit deterior conditio alicuius, multiplicatis Electis, & bonis operibus, sed melior, vt colligitur ex doctrina Richar. in 4. d. 45, & Palud. latius ibidem q. 1. art. 1. & q. 2. art. 2.

Secundum  
Punctum.

In quo pro-  
ficiẽt tales  
bonoru ap-  
plicationes

Secundum punctum est, quòd talis participatio ad merita; non valet ad hoc, quòd ipsi participantes, ex hoc immediatè sine suo bono opere, & dispositione, habeant gratiam gratum facientem, seu charitatem, sicut nec ad meritum, aut præmium gloriæ; Quia nullus potest vllò modo, mereri alteri immediatè gratiam iustificantem, sed solùm mediatè. i. potest mereri de congruo, vt Deus det alteri gratiam conuersionis, seu auxilium, aut bonam cordis motionem, aut illuminationem; cui alter, si velit consentire, debitè disponatur ad gratiam, vt Doct. aiunt in 2. d. 27.

Valeat ergo talè participium meritorum alicuius personæ, seu Congregationis ad habendum à Deo gratiam conuersionis, & cordis illuminationem, & ad virtutum profectum: Valeat etiam ad præseruationem à peccatis, & liberationem, & præseruationem à morte, & alijs malis spiritualibus, & corporalibus, & ad collationem bonorum spiritualium, & temporalium, seu corporalium, & huiusmodi, quæ vnus alteri potest de congruo mereri, seu impetrare à Dei misericordia liberali; sicut per merita Abrahæ Dominus liberauit Loth; & propter iustos

**A** iustos parcat, & benefacit iniustis, vt de his communiter Doct. in 2. d. 27. & 36. & spetialiter D. Thom. in Addit. 3. part. q. 27. artic. 1. & alij, &c.

Sed videamus nunc tertium Punctum, quis potest bona alteri communicare. Ad quod primò dicitur, quòd quilibet potest alteri applicare, seu communicare bona sua propria, tam quòd ad vim satisfactoriam, quàm meritoriam, de congruo, vt dictum est. Et similiter bona suorum, super quæ habet auctoritatem, vt sunt Prælati, quia si temporalia bona possumus communicare ex charitate, quare non potius spiritualia?

Tertium Punctum.  
Quis potest bona alteri communicare.

Et quòd Prælati possint applicare, seu communicare bona communia suorum, huic, vel illi, distinctè aut confusè, probatur. Quia eo ipso, quòd habet curam Congregationis, habet auctoritatem dispensatiuam, communium bonorum, ipsorum de sua Congregatione, vt facit cap. quanto, de traslat. & 24. q. 1. c. quocunq; & etiam tenet Thom. in 4. d. 20. q. 4. & Palud. & Richar. & Doct. in 4. d. 45.

**C** Secundo dicitur, quòd generaliter non potest Prælatus, communicare ea bona spetialia, quæ quis eius subditus in particulari facit pro satisfactione suorum peccatorum, nisi ad hoc, aliquo modo subditus ipse consentiat, quia bona particularia, pro se facta, vel alijs à se spetialiter applicata, non sunt bona Communitatis, & per eum non poterit Prælatus, regulariter, de illis eo inuito disponere, cum non in omnibus absolutè, subdatur subditus Superiori, neque in omnibus eius bonis spiritualibus habeat potestatem plenariam Prælatus; sed in spiritualibus tantum superabundantibus communicabilibus, vt dicunt Doctores, & probat Cordub. in præfata q. 42. de Indulgent. dict. 3. Hoc tamen dico regulariter loquendo, quia poterit euenire casus, & tales circumstantiæ urgentissima concurrere, quòd possent ipsi Prælati, bona satisfactoria, & meritoria suorum subditorum quantumuis ipsi subditi illorum, pro se indigerent, alijs communicare, vt sæpe sæpius in Religionibus euenire solet; vnde ipsi Prælati iubent fieri disciplina, orationes, ieiunia, & alia similia extraordinaria.

**E** rit.

Et sic ex iam dictis sequitur, quòd ipsi Prælati, etiam nescientibus subditis, satisfactoria bona, quæ ipsi agunt, non alicui in particulari applicata, sed vniuersæ Ecclesiæ; possunt, vel animabus Purgatorij, vel benefactoribus, & deuotis, vel quibus maluerint, applicare.

Tertio dicitur, quòd bona opera, quòd ad vim satisfactoriam, si antequam fiant, vel dum fiunt non applicentur per facientem, vel per Superiorcm, aliquibus actualiter, vel virtualiter, iam de cætero postquam facta.

Solū enim hnc modo præsertia, & futura bona applicari possunt.



facta sunt, non possunt alteri applicari per ipsum facientem, neq; per **A**  
 Prælatum; Quia neq; ego faciens, neq; Prælatus, possumus referuare,  
 nostra, vel Congregationis opera, quo ad vim satisfactoriam, vt sint re-  
 posita, & referuata, tanquam in thesauro, pro alio tempore futuro, quo  
 voluero, aut indigero, vt tunc per me, vel pro Prælatum mihi, vel al-  
 teri, applicentur. Cuius ratio est, non vt dicunt aliqui, quòd statim atq;  
 illa opera satisfactoria fiunt, suum sortiantur effectum; hinc enim seque-  
 retur, quòd non possent talia referuare, etiam in thesauro Ecclesie, ad **B**  
 Indulgentias, &c. Sed quia nullus potest thesaurizare sibi, vel alteri  
 thesaurum satisfactorium particularem; & per consequens, neq; de eo  
 distribuere, aut alicui communicare, quia alias sequeretur, quòd bona  
 satisfactoria Religiosorum eis abundantia, nunquam re conderentur in  
 communem thesaurum Ecclesie, sed semper manerent sub potestate eo-  
 rum, vel Prælati, ad applicandum ea, postea, cui voluerint; Et sic etiã  
 nec esset communis thesaurus Ecclesie collectus de satisfactionibus  
 Religiosorum, aut aliorum Sanctorum, dum viuerent, quod est maxi-  
 mum absurdum; & ad id videatur Bonau. in 4. d. 20. q. 3. **C**

Ergo dicatur, quòd si talia satisfactoria non applicentur, ante, vel  
 dum fiunt, referuantur, & reponuntur à Deo, in commune Ecclesie  
 thesauro.

Quòd ad vim autem meritoriam, tam ipse, qui facit, quàm Prælatus  
 quicumq; potest semper communicare, seu applicare talia bona prate-  
 rita presentia, & futura, quibuscunq; voluerit, vt virtute talium meri-  
 torum, mereatur de congruo, seu potius impetret ipsis, vel alijs, bona  
 spiritualia, & temporalia, & liberationem, & preservationem malo-  
 rum, &c. & de his bonis, quo ad vim meritoriam non congregatur the-  
 saurus Indulgentiarum, vt probat Cord. q. 5. de Indulg. Nullum enim  
 ex hoc præiudicium subditis ipsis resultat (vt dixi supra) imò maxima  
 utilitas, habentes multos socios in merito suorum bonorum operum, vt  
 etiam supra est explicatum. **D**

Neque etiam faciendo ipsi Prælati communicationem bonorum  
 spiritualium suorum subditorum, in quantum satisfactoria, præiudi-  
 cium aliquod, vel grauamen, communitati inferunt, cum solum super **E**  
 abundantia (nisi aliud expregerint) communicent.

Quartò dicitur, q; quia talis communicatio, seu receptio ad partici-  
 pationē bonorum Congregationis, & huiusmodi, communiter fit à Præ-  
 latis informatis de talibus personis, quòd sint benefactores, & idcirco  
 recipiuntur in communicationem bonorum Ordinis (vt patet ex ip-  
 sis litteris Confraternitatis, seu filiationis.) Ideò notetur, q; si talis cau-  
 sa, propter quam recipiuntur, non esset vera, quia, scilicet, non esset ta-  
 lis be-

**A**lis benefactor, ut ibi supponitur, non valeret ei, talis receptio, ad participationem, nisi secundum ratam, scilicet secundum quod fuerit benefactor; quia deficiente causa finali, seu conditione Concessionis, deficit ipsa Concessio, & non valet, nisi quantum accesserit ad causam talis Concessionis. Quod si sine vlla causa, sed ad libitum vult recipere aliquem, ad participationem bonorum suorum, seu Congregationis, ex pura charitate motus, aut motu proprio; tunc bene valebit ei talis communicatio, & participatio, secundum intentionem ei sua bona communicantis, quoad vim satisfactoriam, & meritoriam; & etiam secundum suam dispositionem participantis, quoad vim meritoriam spectatim; ut doctissime hac omnia tractantur à Corduba lib. 1. qq. q. 3. & de Indulgentijs. q. 42. & à Scoto, vbi supra.

Et hoc Priuilegium supradictum ab Urbano V. concessum non exstat aliquo modo derogatum, per Motum illum Pij V. qui incipit, Et si Dominici gregis, Const. 20. Anno Domini 1566. emanata, ut ex eo clare patet, cum ibi tantum renocentur continetes facultatem quaestuari, & pro quibus consequendis porrigenda sunt manus adiutrices: Et hac sufficiant pro huiusmodi Concessionis intelligentia.

**C** Est etiam sciendum, quod vltra concessionem suprapositas in §. 10. cum sequentibus, Ecclesijs Carmelitarum factas, Clemens VII. concessit omnibus fidelibus deuote visitantibus, quolibet anni die, duo, vel tria Altaria in Ecclesijs Carmelitarum, manus adiutrices eis porrigentibus, omnes, & quascunq; Indulgentias, peccatorum remissiones, ac animarum Purgatorij liberationes, quas consequerentur, si personaliter visitarent omnes Ecclesias pro stationibus deputatas, intus, & extra urbem Romae consistentes.

Et tandem Gregorius XIII. mutando illud, porrigendi manus adiutrices, in orationibus, statuit ut visitantes Ecclesias Carmelitarum, vnum ex quatuor istis facere tenerentur, aut videlicet diceret septem Pater noster, & septem Ave Maria in duobus, vel tribus Altaribus, scilicet, in Altari maiori, & quatuor in vno, vel duobus alijs Altaribus; aut recitarent mortuorum vespers; aut coram Sanctissimo Sacramento terram deoscularentur; aut sanctum habitum gloriosissimæ Virginis Carmeli deferant, iuxta Bullam Papæ Ioannis XXII. & Alexandri V. Et omnes ita supradictas Indulgentias consequerentur; ibiq; pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, atq; haresum extirpatione, & inter Principes Christianos pace exorauerint: dummodo tamen sint verè contriti, & confessi. Vt reperitur in Compendio Indulgentiarum Carmelitane Religionis nuper impresso à R. P. M. Salvatore Palmerio, fol. 73. ibiq; omnes describuntur Indulgentia, quæ

An hoc Priuilegiū sit sublatum.

In §. 10. 11. & 12.

Pro quolibet die anni.

quolibet die in Romanis Ecclesijs reperiuntur concessa, quæ modo supradicto lucrari possunt. Ac nonnulla alia Priuilegia ad ipsam Carmelitarum Religionem spectantia. A

Et plenius ipsæ Indulgentiæ referuntur in Compendio Eremitarum Sancti Augustini à R. P. Fratrem Hieronymo Nolano edito, ibiq; nonnulla alia Priuilegia Religionis S. Augustini pariter concessa, recensentur.

Pro Fratribus Augustinianis.

In quibus Compendijs, cum copiosissime tum de Priuilegijs, cum etiam de Indulgentijs Fratribus, ac Confratribus, Centuratis, vel habitum portantibus supradictorum Ordinum Augustiniensium, & Carmelitarum, maxima cum omnium utilitate tractetur; Ideo breuitatis causa ad illa me remitto, cum vnusquisq; facilliter ea poterit, qui uoluerit, præ manibus habere. B

INDVLGENTIAE, QUAS LVCRANTVR  
audientes uerbum Dei à Fratribus Minoribus. Quinto. C

1 **G**REGORIUS 9. concessit audientibus prædicationes Fratrum Minorum, quindecim annos Indulgen. b. ffo. 260. concessione 469.

2 **A**LEXANDER 4. concessit, ut Fratres Minores, in quibuscunq; Ecclesijs, vel locis eos prædicare contigerit, possint dare suis auditoribus Indulgen. quadraginta dierum. b. ffo. 60. concess. 654. D

3 **I**DEM Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Minorum, causa audiendi sermones, vel Missas, quocunque tempore, pro qualibet vice, Indulgentiam centum dierum. B. ffo. 24. Et ffo. 108. concessione 231. Et b. ffo. 108. concessione 437.

4 **I**DEM Alexander, & Nicolaus 3. & Innocentius 4. & Nicolaus 4. ac Benedictus 11. concesserunt uenientibus ad Ecclesias Fratrum Minorum, tempore Quadragesimæ, feria 2. & 4. & 6. quando ibidem prædicatur, Indulgentiam centum, triginta, & octo annorum, & ducentorum, & duorum dierum. b. ffo. 108. concess. 439. E

5 **C**LEMENS 4. ut testatur Ioannes 22. concessit, quod Fratres Minores prædicantes extra domos suas, possint concedere auditoribus suis 80. dies Indulgentiæ. In domibus uero suis, ultra præfatas Indulgentias 100. dies. B. ffo. 24. Et ffo. 108.

**A** concess. 231. Et ffo. 108. concess. 345. ¶ Vide infra post s. 6. Collector  
epilogationem omnium, quæ possunt lucrari audiendo sermo-  
nes Fratrum.

*Sequuntur concessa audientibus sermones Fratrum  
Ordinis Prædicatorum.*

**B** **V**ENIENTIBVS communiter ad sermones annuales au- 6  
diendos, ad loca Fratrum Prædicatorum, conceduntur  
ab Honorio 3. dies 100. à Bonifacio 8. dies 100. ab Alexandro  
3. dies 100. à Gregorio 9. dies 100. ab Innocentio 4. dies 100. à  
Benedicto 11. dies 200. ab Urbano 5. dies 100. ab Alexandro 5.  
dies 100. ¶ In summa autem sunt anni tres, & dies duo. b. ffo.  
111. concess. 491.

Ex Priuile-  
gijs Fratru  
Prædic.

**C** Epilogando omnes suprascriptas Concessiones, resolutio est  
ista, quòd Fratres præfati, quandocunque prædicant in suis Do-  
mibus, quocunque die anni, possunt concedere suis auditoribus  
18. annos, & 322. dies. Et numerando per dies, sunt septem mil-  
lia & 72. dies. Sed quando alibi prædicant, possunt concedere  
decem, & octo annos, & ducent. 8. ac 22. dies. Et numerando  
per dies, sunt sex millia, & nongenti septuaginta duo dies. Atta-  
men, quando prædicant tempore Quadragesimali, in Domibus  
suis feria 2. & 4. ac 6. possunt concedere ultra prædicta, centum  
triginta, & octo annos, ac ducentos, & duos dies. Et in summa

Collector.  
Epilogatio  
Concessio-  
num supra  
scriptarum.

**D** sunt in præfatis ferijs centum quinquaginta sex anni, & quingen-  
ti viginti quatuor dies.

*INDVLGENTIÆ, QVAS POSSVNT LVCRARI  
Seculares, ratione habitus prædicatorum  
Fratrum. Sextò.*

**E** **C**LEMENS 4. concessit morientibus cū habitu Fratrum  
Min. & qui cum eo elegerint sepeliri, remissionem ter-  
tiæ partis omnium suorum delictorum. b. ffo. 260. cou-  
cessione 658.

1  
Sepultura.

**N**ICOLAVS 3. concessit omnibus, qui moriuntur cum ha-  
bitu Fratrum Min. & qui cum eo elegerint sepeliri, remis-  
sionem tertiæ partis omnium peccatorum suorum. b. ffo. 260.  
concess. 661. Aliàs habetur, quòd est remissio quartæ partis.  
b. ffo. 108. concess. 447.

2  
Sepultura.

- 3 **V**RBANVS 5. concessit similiter Indulgentiam remissionis tertiæ partis peccatorum illis, qui moriuntur cum præfato habitu Fratrum Minorum. b. ffo. 261. concessione 670. Aliàs habetur, quòd concessit remissionem quartæ partis. b. ffo. 109. concessione 458. A
- Collector. Circa præfatas Concessionibus habitus, in summa authentica, superius allegata, reperitur absq; nominatione Pontificum, sequens Concessio.
- 4 **I**DEM concessa est sepultis in nostris cœmeterijs, & morientibus in habitu nostro Fratrum Minorum, quarta pars peccatorum, à quatuor Summis Pontificibus. ffo. 71. concessione 183. B
- 5 **A**LXANDER 6. concessit, vt mulieres suscipientes ante mortem, vel post mortem habitum sanctæ Claræ, habeant talem relaxationem peccatorum, qualem habent viri pro habitu Fratrum Minorum. o. ffo. 70. concessione 176. Et ffo. 99. concessione 368. C
- Pro Monialibus Sanctæ Claræ.
- 6 **L**EO informatus de prædictis Concessionibus, circa habitum Fratrum Minorum, confirmavit eas, ac de nouo concessit, & ad huiusmodi gratias suam portionem addidit, concedens, quòd morientes in dicto habitu consequantur Indulgentiam plenariam. O. ffo. 61. concess. 185. C
- Ind. plen.
- 7 **I**DEM Leo iterum confirmavit Concessionibus prædictas, & addidit, quòd tam morientes, & sepeliendi in dicto habitu, quam morientes, & sepeliendi in habitu Sororum Tertiæ Regule eiusdem sancti Francisci, sub obedientia Ministrorum Generalis, & Prouincialium degentium, consequantur Indulgentiam plenariam omnium suorum peccatorum. O. ffo. 62. concessione 201. D
- Ind. plen. pro tertiæ.
- 8 **I**DEM Leo declarauit, sufficere habitum prædictum petere, ac super se vsq; ad mortem habere, ac in eo sepeliri, etiam si ante mortem non induatur. O. ffo. 60. concess. 183. E

*Ex Privilegijs Fratrum Prædicatorum.*

- 9 **I**OANNES 23. omnibus Christifidelibus, osculantibus habitum Ordinis sancti Dominici, seu Fratrum Ordinis Prædicatorum, quinq; annos, & totidem quadragenas, de iniunctis penitentijs relaxauit. b. ffo. 95. concess. 307. Et numerando per dies, sunt duomillia. & 75. dies. ¶ Tantundem lucrantur osculantes I
- Collector.

**A** lantes habitum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, ratione communicationis Priuilegiorum.

*Ex Priuilegijs Fratrum Augustinienſium.*

**L**EO 10. concessit, q̄ viri, & feminae deferentes Zonā Fratrum sancti Augustini datam ab aliquo Prælato eiusdem Ordinis ad hunc finem, lucrari possint Indulgentias prædictis Fratribus concessas. b. ffo. 122. concess. 566.

**B** IDEM Leo extendit præfatam Concessionem, ad illos, qui detulerint chordam sancti Francisci, datam similiter ab aliquo Prælato Ordinis Minorum, vt supradictum est de Zona S. Aug.

Hæc Concessio non est impressa in libris Priuilegiorum, sed absq; dubio fuit impetrata ad instantiam Reuerendissimi Cardinalis sanctæ Crucis bonæ memoriæ. Collectior.

**C** ITEM Sixtus 4. concessit, vt si quis voluerit secularis ob deuotionē, cum eorum habitu sepelli, possit in eorū Ecclesijs sepelli, non obkate, q̄ in alia Ecclesia sepulturam elegisset: vt refertur in Comp. Priuilegiorum 35. vt testatur P. F. Hieronymus Nolanus Ordinis S. Augustini, in Tractatu nuper ab ipso edito Priuilegiorum, & Indulg. eiusdem Ordinis, fol. 122. vbi latè de hoc ipse pertractat.

*Ex Priuilegijs Ordinis Sanctæ Trinitatis.*

**D** LEO 10. & Adrianus 6. decedentibus in habitu Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, aut scapularium dicti Ordinis de manu alicuius illius Prælati, etiam absq; alicuius voti emissionem suscipientibus, & deferentibus in Regnis Castellæ, Legionis, & Granatæ consisten. concesserunt omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones Fratribus prædicti Ordinis concessas, prout latius habetur in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. vlt. & supra, Indulgentiæ, quoad seculares, quarto. §. 23.

**E** CAPVCCINI ANNOTATIO.

**S**IXTVS V. (vt in Constitutione 14. & 59. vt in Bullario) In §. II. concedit Indulgentiā plenariā Confratribus cordæ S. Francisci in die quo confessi, & communicati receperint à Guadiano dictæ Confraternitatis cordam. Et in hora mortis, dicendo Iesus cum corde. Et etiā prædicti Confratres consequantur omnes Indulgentias Confraternitatis Consalonis, omnesq; alias Religioni

Indulgentia  
pro corda  
S. Francisci.

concessas (observato tamen modo quodam in dicta Const. 59. requisito) **A**  
 qua Confraternitas debet erigi à R. P. Generale Conventualiū in eorū  
 Ecclesijs, vel Capuccinorum, vel de observantia, ut in supradicta Cōst.  
 14. habetur. Itaq; consuetudo illa benedicendi cordam à Guardianis,  
 vel Sacerdotibus simplicibus, hodie non subsistit; Nā oportet, ut fiat per  
 vnam Confraternitatis supradictæ, ut in eademmet Const. 14. dicitur.  
 De Indulgētia concessa visitantibus, confessis, & communicatis, Eccle-  
 siam aliquam Conventualium, Capuccinorum, & de observantia, in  
 Festiuitatibus principalibus Ordinis, vide supra in verbo, Festiuitas, **B**  
 §. 2. in annotatione nostra.

Indulgētia  
 pro Festi-  
 uitatibus  
 principalibus  
 Ordinis.

INDVLGENTIAE IMPETRATAE A FRATRIBUS  
 Minoribus pro Secularibus, in fauorem Conceptionis Im-  
 maculatæ Virginis Mariæ, Dominae nostræ, Septimò.

**S** ACROSANCTVM Concilium Basiliense, cunctis Chri-  
 sti fidelibus, verè penitētib; & confessis, in die Festi- **C**  
 uitatis Conceptionis interessentibus Missarum solem-  
 nijs centum, Primis autē, vel secundis Vesperis totidē;  
 Sermoni verò verbi diuini de eadē Festiuitate 150 dies, de iniū-  
 ctis sibi penitentijs relaxauit. b. fo. 42. Et ffo. 40. concess. 45.

**S**IXTVS 4. statuit, & ordinauit, q̄ omnes, & singuli Christi fide-  
 les vtriusq; sexus, qui Missam, & officiū Festi Conceptionis  
 B. Mariæ Virginis, cuius initiū est: Sicut liliū inter spinas, &c.  
 in Festo eiusdē Conceptionis deuotē celebrauerint, & dixerint, **D**  
 aut illius horis canonicis intererint, quoties id fecerint, eādē  
 prorsus Indulgentiam, & peccatorum remissionem consequan-  
 tur, quam Vrbanus 4. & Martinus 5. & alij Romani Pontifices  
 concesserunt illis, qui Missam, officium, & horas canonicas, in  
 Festo Corporis Christi, à primis Vesperis, & p̄ illius octauā (iux-  
 ta Romanæ Ecclesiæ institutionē) celebrant, & dicunt; aut Mis-  
 se, ac officio, & horis huiusmodi interfunt. B. ffo. 115. cōce. 252.

Collector. Ista Indulgentiæ, ut colligitur ex quadā Bulla Eugenij 4. quæ **E**  
 habetur b. ffo. 137 conce. 578. sunt in summa. Pro matutinis, &  
 vtriusq; Vesperis diei Festi, & Missa, quadringenti dies. Pro reli-  
 quis horis, hoc est, pro qualibet ipsarum, cētum sexaginta. Et in  
 quibuslibet octauarū diebus, pro singulis Matutinalium, Missa-  
 rum, & Vesperorum, ducenti dies. Ac pro reliquis horis, octo-  
 ginta dies. Item sequentibus Processiones, ac Missas deuotē cele-  
 brantibus, tam in Festo, quàm in octauarum diebus pro pace, ac  
 tran-

Processio-  
 nes.  
 Missas.

**A** tranquillitate Ecclesiæ; ac Sacramentum in Festo huiusmodi su-  
mentibus, conceduntur ducenti dies Indulgentię Et hoc ultra In-  
dulgentias, supra positas, & concessas per Conc. Basiliense. §. 1. Communi  
care.

**I**VLIVS 2. concessit omnibus Christi fidelibus, verè poeniten-  
tibus, & confessis, in Regno Castellæ constitutis, qui imaginè  
B. Mariæ Virginis, & eius Filij (quam Moniales Ordinis sanctæ  
Conceptionis in scapulario, & homines in pectore deferre con-  
sueverunt) detulerint, & nonies Salutationem Angelicam deuo-  
tè recitauerint, similes, & prorsus easdem Indulgentias conse-  
quantur, quas consequerentur, & consequi possent, si decies Sa-  
lutationem Angelicam, in honorem decem virtutum eiusdem  
B. Mariæ Virginis recitarent. b. ffo. 89. concess. 254. 3  
Particula-  
ris pro Re-  
gnis Castel-  
læ.

**B** Notandum est, q̄ ad lucrandum præfatas Indulgentias, non  
oportet recipere ab aliquo insignia, nec illa deferre, sicut pro  
lucrands Indulgentijs de decem Ave Maria; licet aliqui aliter  
opinentur. Collector.

**C**LEO 10. concessit, quòd viri deferentes Imaginem Conce-  
ptionis B. Virginis, & mulieres scapularium eiusdem Or-  
dinis, cum prædicta imagine, easdem gratias obtineant, & conse-  
quantur, quas consequuntur, & consequi possunt deferentes  
chordam Fratrum Minorum, & corrigiam sancti Augustini.  
O. ffo. 61. concess. 188. 4

**D** IDEM Leo concessit, intuitu Immaculatæ Conceptionis  
B. Virginis, nonnullas alias Indulgentias, & magnas valdè. Sed  
quia istæ sunt pro Fratribus Min. & Monialibus, & alijs Religio-  
sis, qui eorum Priuilegijs gaudent, & non pro secularibus; ideo  
non ponuntur hic. Habètur tamen supra, in dictione, Indulgen-  
tiæ plenariæ, quòd Fratres, §. 18. & 19. 5  
Ind. plen.

**INDVLGENTIAE QVAEDAM, ETIAM PRO**  
*Secularibus obtenta à quibusdam Fratribus Mino-*  
*ribus. Octauò.*

**E**ALIXTVS 3. concessit plenariam Indulgentiam pro  
Patribus, & Matribus omnium Fratrum Min. præsen-  
tium, & futurorum, etiam defunctorum, in Purgato-  
rio existentibus. o. ffo. 65. concessione 90. Et ffo. 101.  
concess. 399. 1  
Pro paren-  
tibus Fra-  
trum.

Notandum est, q̄ post Concessionem superscriptam, posita,  
sunt ibidem immediatè sequentia verba. Et sic quilibet Pater,  
Collector.



& Mater Fratris Min. potest in articulo mortis eligere Confes-  
 forem idoneum, qui eum absoluat plenariè à culpa, & p̄na de  
 omnibus peccatis suis. Hęc ibi ad litterã. Circa quæ quidẽ opor-  
 tet aduertere, q̄, vt patet ex tenore ipsorum, nos fuerunt, nec  
 sunt verba de corpore Concessionis, sed potius benè intuenti ap-  
 parebit, q̄ sint addita velut glossa declaratiua ab aliquo Fratre  
 modicum sciẽti. Si. n. prædicta clausula esset de corpore Cõces-  
 sionis, nõ diceretur in principio eius. Et sic &c. sed vt sic &c. pos-  
 sit &c. Quod autẽ, qui præfatam clausulam addidit, fuerit indo-  
 ctus, patet ex hoc, quia pro eodẽ sumpsit Indulgentiam plena-  
 riã, & absolutionem plenariã à p̄na, & culpa, quæ tñ sunt val-  
 dè diuersa. Nam Indulgentia plenaria, secundum Doctores, so-  
 lummodò refertur ad p̄nã, & non ad culpam. Est. n. Indulgen-  
 tia, quædã remissio p̄næ debitæ pro peccato post cõtritionem  
 habitã de ipso: vt colligitur extra de p̄n. & remis. c. Quod autẽ,  
 Vel Indulgentia est p̄næ relaxatio, quam quis iustè pro culpis  
 proprijs facere debuisset, de thesauro Ecclesiæ ad diuinam iu-  
 stitiam persoluendam sumpta. Potest tñ saluari supradictum di-  
 cendo, q̄ cum in articulo mortis nõ sit casus aliquis reseruat, iure  
 communi potest ab omnibus casibus, & censuris absolui à  
 suo Cõfessore, à quo etiam per præfatũ Priuilegium poterit sibi  
 cõcedi Indulgẽtia plenaria. Et sic absoluetur à culpa, & à p̄na.

Nota.

**S**IXTVS 4. vn̄uersis, & singulis Christi fidelibus dicentibus  
 quolibet die ad honorem Dei, & Beatissimæ Virginis Mariae  
 toties Angelicam Salutationem, quot sunt ps. in psalterio Dau-  
 tidico; videlicet, centies, & quinquagesies, præponendo Oratio-  
 nem Dominicam singulis decem Salutationibus Angelicis, con-  
 cessit, pro qualibet vice, qua, sicut dictum est, orauerint, pro qua  
 libet quinquagena prædictarum, quinque annos, & totidem qua-  
 dragenas Indulgentiæ. B. ffo. 135. concess. 299.

Suprascripta Indulgẽtia Psalterij B. Virginis, est eademmet,  
 quam Fratres Ordinis Prædicatorũ publicant, & de qua faciũt  
 Confraternitatem sub nomine Rosarij eiusdẽ B. Virginis. Atta-  
 men, vt patet ex litteris Sixti, non fuit concessa ad instantiã hu-  
 iusmodi Fratrum, sed Ducis, & Ducissæ Britaniæ, qui impetraue-  
 rũt hęc Indulgẽtiam pro omnibus fidelibus. Nec oportet ad lu-  
 crãdũ præfatã Indulgẽtiã, vt recipiatur quis in Cõfraternitate  
 supra nominata Rosarij, prout aliqui opinãtur. Credibile est tñ,  
 q̄ postea Fratres Prædicatores obtinuerint ampliores remissio-  
 nes super hoc, ac èt auctoritatẽ ad instituendũ Cõfraternitatẽ.

Pro recitã-  
 tibus psal-  
 terium, seu  
 Rosarium  
 B. Virginis

Collector.

Nota.

**A** INNOCENTIUS 8. concessit, quòd Procuratores Fratrum Minorum, eorumq; substituti, liberi, parentes, fratres, sorores, & vxores eorum possint promereri Indulgentias Stationum, & alias Fratribus concessas, dicendo in Ecclesijs prædictorum Fratrum quinque Pater noster, & totidem Ave Maria, pro felici statu Romanæ Ecclesiæ. o. fo. 65. & ffo. 70. concessione 172. & ffo. 99. concess. 367.

3  
Pro Syndicis Fratrum.

**B** ALEXANDER 6. concessit dicentibus Coronam Virginis, cum genuflexionibus consuetis, illas Indulgentias, quas habent dicentes orationes Pietatis, cum oratione Dominica, & Salve Regina. o. ffo. 97. concess. 372.

4

**L**EO 10. ad instantiam cuiusdam Fratris Minoris innouavit Indulgentiam versuum, qui dici solent coram imagine Pietatis. Quam Indulgentiam, populorum fides tenet, à sancto Gregorio fuisse concessam. Et casu, quo non esset, illam de nouo concessit. Addidit etiam sequentem versum.

5  
De versibus S. Gregorij.

**C** O Domine Iesu Christe, adoro te ad iudicium progredientem, iustos ad Paradisum vocantem, peccatoresque damnantem, deprecor te, vt tua Passio liberet nos ab illis penis. Amen. o. ffo. 91. concess. 264.

Aduerte, q̄ in hac Concessione non fuit expressum quanta sit huiusmodi Indulgentia; nec additum est aliquid à præfato Leone, prout aliqui falsò publicat, & asserunt; sed solùm cõcessit de nouo quicquid erat cõcessum, sine vltiori explicatione. Et ego, qui hæc collegi, scio ità esse, quia vidi, & legi Concessionem prædictam in Registro, qd̄ habetur Romæ in sacro Cõuētu de Araceli.

Collector.

**D** IDEM Leo ad instantiam cuiusdam Fratris Min. concessit, quòd omnes tam Fratres, quam seculares dicentes 15. Pater noster, cum totidem Ave Maria, pro existentibus in peccato mortali, in qualibet vice, consequantur remissionem tertiæ partis suorum peccatorum, quia hoc est opus maximæ charitatis. o. ffo. 94. concess. 300.

6  
Pro existentibus in peccato mortali.

**E** IDEM Leo concessit, quòd dicendo semel in die quinque Pater noster, & Ave Maria in honorem, seu memoriam quinque plagarum Christi, & quinque præcipuorum dolorum Virginis Mariæ, consequantur Indulgentiam decem millium dierum, & totidem annorum. b. ffo. 89. concess. 258.

7  
De quinque plagis Christi.

**I**TEM dicentibus duodecim Ave Maria, præmittendo vnū Pater noster, in honorem duodecim excellentiarum Virginis Mariæ, datæ sunt Indulgentiæ duodecim mille dierum.

8

9 **ITEM** dicentibus vnā Aue Maria, quando audiunt pul- **A**  
 sum ad horas canonicas, qui sit septies in die, dantur septem  
 millia dierum Indulgentiæ.

10 **ITEM** dicentibus, pro qualibet hora diei naturalis, vnā  
 Aue Maria, dantur mille dies Indulgentiæ. Et sunt in summa  
 De horis pro omnibus viginti quatuor horis diei, & noctis, viginti qua-  
 diei. tuor millia dierum Indulgentiæ.

11 **CLEMENS** 7. confirmauit omnes Indulgentias, & remis- **B**  
 siones peccatorum contentas, & annotatas in libris Pri-  
 uilegiorum Fratrum Minorum, illasq; etiā de nouo concessit. o.  
 Confirmatio omniū Indulgentiarum. **¶** Hoc est intelligendum de contentis in libris impressis, vsque  
 Collector. ad datam Concessionis, quæ fuit Anno Domini 1527.

**SEQUUNTUR NONNULLA NOTABILIA**  
*circa præfatam Indulgentiarum materiam, & quorundam dubio-  
 rum decisiones, scitu dignissima, ex dictis Sacrorum Doctorum  
 in 4. sentent. dist. 20. & Cardinali de Turre cremata in cap. Men-  
 suram, de pœnitentijs, & remiss. di. prima. & Abulen. super 16. cap.  
 Matthæi, ac Fœlynium in sermone, Hodie mecum eris in Paradiso,  
 & Caietanum, ac Florentinum, aliosq; Summistas, collecta.*

Primum notabile. **P** RIMUM notabile est de excellentia, & valore Indul-  
 gentiarum. Circa quod Caietanus in Tractatu Indul-  
 gentiarum, q. 12. quærit. Vtrum dare operam ad ac-  
 quirendas Indulgentias sit imperfectionis? Et post ar- **D**  
 De excellētia, & valo- gumenta, subdit. Ad huius euidentiā sciendum, q̄ Indulgen-  
 re Indulgentiarum. tiarū fructus proprius est satisfacere diuine iustitiæ, quod ad pœ-  
 nam temporalem proprijs peccatis debitam, ex pœnis Christi,  
 & Sanctorum, secundum traditionem Ecclesiæ Romanæ, vt pa-  
 tet in Extrawaganti Clementis 6. & multorum Romanorū Pon-  
 tificum Apostolicis litteris. Hac suppositione facta, consequen-  
 ter dicendum est, q̄ quum actus iste, qui est satisfacere per aliū,  
 non sit ex suo genere malus (nullam. n. deordinationem impor-  
 tat) nec habet imperfectionē morālē annexam, qm̄ cum feruen-  
 ti charitate, & promptissima voluntate per seipsum satisfaciēdi  
 fiat; q̄ tali modo. s. per Sanctorum pœnas velit satisfacere, & ni-  
 hilominus operibus sanctissimis, t̄to magis intendere, quanto  
 liberior à debita pœna, & gratior esse debet propter hoc cumu-  
 latum beneficium) sed est actus de genere bonorum moralium.  
 Est. n. appetitu recto appetibilis, vt pote ablatius impedi-  
 torum

- A** torum ad cœlestē patriam. Nam pœnæ peccatis debitæ impediunt ingressum ad æternam beatitudinē. Vnde tātum oportet animas in Purgatorio morari, donec exolutis pœnis omnibus, debitis pro suis peccatis, liberè ab omni malo pœnæ, omniū bonorū aggregatione perfectum statum assequatur. ¶ Nec solūm est moraliter bonus, sed ēt meritorius, si fructuosus est, qm̄ non nisi existentibus in charitate Indulgentiæ profunt; vt ipsa Concessionis forma monstrat, dicēdo, verè pœnitentibus. Oēs autē
- B** actus humanos ex charitate procedentes, meritorios esse constat. ¶ Nec solūm est meritorius æternæ vitæ, sed cōsonus etiam perfectis viris, quoniam continuè suspirantibus ad cœlestem patriā, & cupientibus dissolui, & esse cū Christo, consonant omnia recta acceleratiua cœlestis ingressus. Cōstat autē exsolutionem pœnarum debitarum pro peccatis, acceleratiuā esse cœlestis itineris, quoniā impedimenta ingressus ad fœlicitatē tollit. Omni igitur ex parte apparet, q̄ dare operā Indulgentijs, est actus cōmunis perfectis, & imperfectis in charitate constitutis, si pœnis adhuc pro peccatis suis obnoxij sunt. ¶ Et cōfirmatur, quia omnibus, quantumcunq; perfectis, cōuenit dicere quotidie, Dimitte nobis debita nostra. In quorum numero constat esse debitum pœnæ pro peccatis. Quod autē cōsonat petere, consonat & querere. Consonat igitur ēt perfectis querere debitum pœnæ pro peccatis suis debitæ, exsolui per satisfactoria opera Christi, & Sāctorum. Et quia tā perfecti, q̄ imperfecti, tam sani, q̄ infirmi, tam morituri, q̄ diu victuri, in charitate constituti, rei possunt esse alicuius pœnæ tēporalis, pro satisfactione suorum actualiū peccatorum; ideò nullus excipitur à fructu Indulgentiarum, qui voluerit earū particeps fieri. Rariq; videntur esse adeò satisfaciētes per seipso, qm̄ nō egeant Indulgentijs. Qui tamen tutius agūt, si per Indulgentias, ēt à debitis, se absolui curant. Hæc Caietanus. ¶ Quò verò ad quantitatem satisfactionis præfatę, est notandum, q̄ cū quis Indulgentiā plenariam promeretur, omnis pœna pro peccatis debita remittitur illi. Cum autē Indulgentiam tertiæ, vel quartæ, seu alterius partis cōsequitur, tantundem de pœnis debitis remittitur, quantum sonat. Et cū certus numerus dierū, vel annorum, Indulgentiæ cōceditur, tantūm remittitur, quātūm remitteretur, si totidē diebus, vel annis in præsentī vita penitentiā egisset. ¶ Et notandū, q̄ cū conceditur Indulgentia tot dierū, vel annorū, de iniunctis penitentijs, dicunt aliqui Doctores, præsertim Caietaus in tract. Indulgentiarū. q. 2. q̄ non

Nota.

remittitur, nisi quātum correspondet pœnitentiæ impositæ per Confessorem. Itā, q̄ si Confessor nō imposuit aliquos annos, vel dies pœnitentię, nihil operabitur illa Indulgentia, nisi in Cōcessione diceretur, etiā de non iniunctis, sed iniungendis, seu à quomodolibet debitis; quia iniuncta pœnitētia, est principalis, & sola materia Indulgentiæ, secundum Sacros Canones intellectæ. Veruntñ Florentinus, & Card. de Turre cremata, & S. Thomas, & multi alij dicunt intelligi debere etiā de non iniunctis. Itā, q̄ huiusmodi Indulgentia remittet tantumdem, quātum debuisset imponi à Confessore, si ad tm̄ protēditur concessio. Unde sequitur, q̄ si alicui imponatur pœnitentia ieiunādi, vel aliquid aliud faciēdi tot diebus, & ille lucretur Indulgentiā totidem dierum, nō tenebitur ad faciendum talē pœnitentiam, licet Confessor pœnitēti ad hoc licentiā non dedisset. Nihilominus tñ Doct. consuunt, vt pœnitētia imposita impleatur, quia hoc est tutius, præsertim cū vix possit quis esse certus, q̄ lucratus sit Indulgētiā. Quapropter, licet aliqui dicāt, q̄ illi, cui Indulgētia plenaria cōceditur, nō est opus imponere aliquā pœnitentiā, bonū est tñ, q̄ imponatur, & adimpleatur, prout ijdē Doct. cōsulant. ¶ Notandum etiā, q̄ qñ in Concessione Indulgentię dicitur, de peccatis, de quibus fuerit quis corde cōtritus, & ore confessus, virtute huiusmodi Indulgētiæ nō remittuntur peccata, de quibus nōdum cōtritus, nec cōfessus est; licet faceret reliqua omnia pro consequitione Indulgentiæ requisita. Sed solū remitterentur illa, de quibus aliquñ contritus, & confessus est. ¶ Item notandum, q̄ qñ in Concessione Indulgētię dicitur, q̄ verē pœnitentes, & confessi possint promereri talē remissionem peccatorum, intelligitur et de oblitis, & ignoratis, de quibus sufficit contritio generalis, cū proposito confitendi qñ ad memoriam, seu notitiam venerint. Si tñ Concessio dicat, de quibus fuerit corde contritus, & ore cōfessus, non se extendet ad ignorata, & oblita, secundum communem opinionē. Attamen Florentinus, & Card. de Turre cremata tenent, q̄ si pœnitens fecit debitam diligentiam ad cognoscendum, & memorādum sua peccata, talis est verē contritus, & confessus et de ignoratis, & oblitis, propter generalē contritionem, & voluntatem cognoscendi, & confitendi, quam de illis habuit. Ac per cōsequens omnium illorum, sicut & aliorum consequetur remissionē. ¶ Similiter est notandū, q̄ si in Concessione Indulgētiæ dicatur, vt quis possit eligere Confessorē, qui ei conce dat aliquam Indulgentiā, nunquā illam consequetur, nisi p̄facto

- A** fato modo ei concedatur. Videtur tamen, quòd Confessor possit huiusmodi Indulgentiã concedere, absq; confessione Sacramentali, præmissa tantũ Confessione generali; dũ tamen conteratur, & proponat confiteri tẽpore determinato ab Ecclesia. Et dicit Florentinus, q̄ huiusmodi casu, si desit persona Ecclesiastica ad concedendũ Indulgentiam præfatam, posset illam tempore necessitatis concedere persona secularis. De quo habetur simile in excommunicato, qui in casu necessitatis absolui potest per secularem ab excommunicatione; quia istud non spectat necessariò ad ordinem sacerdotalem, seu clericalem; sed solũ ad iurisdictionem, qua potest etiã secularis vti. ¶ Notandum est etiam, q̄ si in Concessione Indulgentiæ dicitur absolutè, quòd qui visitauerit aliquem locum, & manus porrexerit adiutrices, consequatur talem Indulgentiam, debet intelligi sic; quòd vnusquisq; largiatur iuxta suam qualitatem, seu possibilitatem; scilicet, quòd diues, ac potens visitet huiusmodi locum benè associatus, & conferat largam elemosinam. Tamen sancti Bonauentura, & Thomas, ac Durandus tenent, quòd licet sic non faciat, lucrabitur magis, quàm faciendo aliud opus consimile, vbi non est Indulgentia concessa. Sed Ostiensis dicit, quòd faciendo illud, quod iniungitur ad promerendam Indulgentiam: licet non secundum qualitatem suæ personæ, lucrabitur plenè Indulgentiã cõcessam. Verũ tamẽ quãdo determinatur quantitas, quæ debet dari ad lucrandũ Indulgentiã, vt dicendo, quicunq; dederit vnũ denariũ, &c. tunc ita benè lucrabitur Indulgentiã diues, ac potens largiẽdo vnũ denarium duntaxat, sicut pauperulus dando aliũ denariũ. Ac similiter ita benè lucrabitur Indulgentiã existens Romæ, sicut qui à finibus terræ illuc perrexit. Tamẽ quòd ad præmiũ, amplius meretur, & lucratur qui in præfato casu magis laborauit, vel expedit. Et intantũ est verũ supradictũ, quòd si quis propter paupertatẽ, vel infirmitatẽ nequit facere illud, quod in Concessione Indulgentiæ imponitur, quãmuis ex toto corde vellet facere, nõ lucrabitur huiusmodi Indulgentiam; quia in hoc voluntas pro facto nõ reputatur, prout in alijs. Dicunt tamen s. Bonauentura, & Thomas, quòd talis voluntas est magni meriti ad lucrandũ præmiũ essentialẽ. ¶ Insuper notandũ, quòd quando in Concessione Indulgentiæ dicitur, quòd datur, seu cõceditur per modum Suffragij, prout fit cum Indulgentia refertur ad defunctos, talis concessio vel Indulgentia taliter concessa, est eiusdem valoris, sicut alia, quæ absolutè conceditur quòd ad viuentes. Ita quòd

Indulgentia per modum Suffragij.

quòd tantumdem valeant decem dies Indulgentiæ, vel anni concessi, per modum suffragij, pro aliquo defuncto, sicut valent totidem concessi pro aliquo viuente, quando absolutè conceduntur. Nam tantum diminuitur vni de pœna debita, sicut alteri. Omisiss enim erroribus iam reprobatis, qui circa hoc exorti sunt, hæc est veritas determinata; quòd Papa potest communicare, vel distribuere thesaurum Ecclesiæ defunctis in Purgatorio existentibus, sicuti & viuentibus, aut tanquam subditis, vel tanquam amicis, absq; aliqua differentia in valore, prout sepe facit. Dicere autem oppositum, esset resistere Ecclesiæ, vt inquit Gabriel in Canone. Et idem dicit Confutatorium errorũ.

Item notandum, quòd secundum sanctum Thomam, mediante voluntate, qua mouetur homo ad causam, propter quam conceditur Indulgentia, se disponit amplius ad gratiam, quam cum exercitio aliorum actuum bonorum. Et cum illa proficit plurimum ad vitandum peccata. ¶ Aduertendum tamen, ac notandum, quòd non obstante dicto supraposito immediatè, dicit, idem sanctus Thomas, quòd Religiosi existentes in suis Monasterijs, promerentur amplius, quam discurrendo, aut peregrinando ad lucrandum Indulgentias. ¶ Dicit etiam idem sanctus Thomas, quòd licet alia bona opera profint existenti in peccato mortali, vt Deus illuminare dignetur illum, ac peccato exeat; sed Indulgentiæ non profunt tali, quia iuxta intentionem concedentis, in illo locum non habent. Vndè pro tempore, quo quis manet in peccato, plus confert communicatio bonorum operũ aliorum, quæ fit per litteras fraternitatis Prælatorum Ordinis, seu alias, quam profint Indulgentiæ. ¶ Notandum est etiã, quòd secundum Alexandrum de Hales, & sanctum Bonauenturam, Indulgentiæ sunt de nobilissimis, & efficacissimis suffragijs. Et addit Gabriel, quòd non est certior modus ad liberandum animas à Purgatorio. Et Florentinus dicit, quòd Indulgentiæ sunt valdè vtilis peccatoribus. Idemq; dicit sanctus Thomas vbi supra. ¶ Dicunt similiter Florentinus, ac Felinus, quod tenere pertinaciter, quòd Indulgentiæ non valent, aut quòd Papa non possit concedere Indulgentiam Plenariam, est hæresis. ¶ Est insuper notandum, quòd inter Indulgentiam Plenariam, & Iubileum nulla penitus est differentia, vbiq; concedatur; prout tenet Felinus vbi supra. Et vt ex tenore Bullarum liquidò patet.

Igitur propter omnia supradicta, nullus omittere debet lucrari Indulgentias omnibus vijs, quibus poterit, præsertim, quia nemo

Nota.

Nota.

- A** nemo potest scire in dubio quando, vel per quam viam lucratur; cum, secundum Sacram scripturam, nemo sciat, utrum odio, vel amore dignus sit. Item quia semper contrahimus noua debita. Et quia dato casu, quod Indulgentia non essent opus ad satisfaciendum pro peccatis debitis, tamen multum conferunt pro acquirendo premio essentiali. Et insuper, quia licet quis non possit applicare alijs Indulgentias sibi concessas, nisi ad hoc specialem concessionem habeat, prout Fratres Minores ad applicandum defunctis habent; tamen quilibet potest opus bonum, quod pro assequenda Indulgentia facit, alijs applicare. Sicut qui vadit Romam, aut Hierosolimam, potest meritum sui laboris cui maluerit applicare, & Indulgentias pro seipso lucrari.

**S**ecundum notabile est de ijs, quæ concernunt auctoritatem, seu potestatem concedendi Indulgentias. Circa quod sciendum, quod Indulgentias possunt dare, non solum Papa, ut in præcedenti notabili dictum est, sed etiam Episcopus, ac eorum Superiores, & ipsorum Vices gerentes per commissionem, vel prescriptionem. Et sic Fratres prædicantes concedunt Indulgentias audientibus eorum sermones. Ac similiter Confessores, quando eis committitur per aliquam Bullam, vel alias. Aliter enim secundum aliquos Doctores, præsertim Abulensem super. 16. c. Matthæi, nequeunt Confessores aliquas Indulgentias concedere. Cuius tamen contrarium tenent summa Angelica, & Rosella, & Doctores ab eis allegati. Quibus adherendo videtur, quod

Secundum  
notabile.

- C** semper Sacerdos in fine absolutionis dicat. Et concedo tibi omnes Indulgentias, quas concedere possunt, in quantum auctoritas mea se extendere potest. ¶ Cardinales verò si non sunt Episcopi, non possunt, secundum iura, concedere aliquas Indulgentias. Nihilominus tamen eas concedunt, aut ex consuetudine, vel ex particulari Priuilegio. Et quod ad Episcopos pertineat concessio Indulgentiarum, habetur in c. Accedentibus, de excessibus Prælatorum. ¶ Est autem circa supra dicta notandum, quod aliquando Prælati habentes auctoritatem concedendi Indulgentias, præsertim Papa, concedunt aliquas Indulgentias per semetipsos, ut dicendo. Qui talem Ecclesiam visitauerit, aut toties dixerit Pater noster, vel Ave Maria, &c. lucretur tot dies Indulgentia. Et tunc ad lucrandum tales Indulgentias, non est opus, quod Confessor aliquid faciat. Sed si est in statu gratia, vel conteritur de peccatis, cum proposito confitendi illa, tempore ab Ecclesia determinato, facitque inunctum pro consecutione

tione



tione Indulgentiæ, lucratur illam. Sic tenet Abbas in . c. Omnis  
 vtriusq; sexus, de pœnit. & remiss. Et Doctores in Clementina  
 prima, de reli. & vene. san. Aliquando verò Prælati non conce-  
 dunt Indulgentias per seipsos, sed committunt alijs, vt conce-  
 dere possint. Sicut concessum est, quòd prædicantes Fratres  
 possint suis auditoribus certos dies, & annos Indulgentiæ con-  
 cedere. Et tunc, nisi Prædicator faciat concessionem, nullam  
 Indulgentiam lucrantur audientes. Et similiter quando Confes-  
 soribus electis per Bullas, vel Confessionalia datur facultas con-  
 cedendi Indulgentiam talem, vel talem sibi confitentibus; quia  
 nisi Confessores faciant huiusmodi concessionem, pœnitens non  
 consequitur Indulgentiam. Et idem iudicium, est de commu-  
 tatione Votorum, alijsq; dispensationibus, quæ in Bullis Confes-  
 soribus cõmittuntur. In quo multi non aduertunt, propter quòd  
 non gaudent ijs, quibus gaudere possent, & falluntur credendo  
 lucrassè quòd nequaquam lucrati sunt. ¶ Notandum est etiam,  
 quòd Indulgentiæ, quæ ab Inferioribus à Papa conceduntur, so-  
 lum habent locum, & valent quòad subditos ipsorum, & quòad  
 religiosos etiam exemptos, qui in Diœcesi, seu Metropoli conce-  
 dentis habitant, prout tenet Cardinalis de Turre cremata vbi  
 supra. Sed si Episcopus quando concedit aliquam Indulgentiã  
 diceret, quòd illam concedit, pro quibuscunq; venientibus ad  
 suam Diœcesim, poterunt Forenses alterius Diœcesis, absque  
 alia licentia, talem Indulgētiam lucrari. Potest enim Episcopus  
 communicare bona suæ Diœcesis quibus maluerit, sicut Prælati  
 religionum communicant aliquibus deuotis bona spiritualia  
 suorum subditorum. Verumtamen huiusmodi communicatio-  
 nes, seu concessiones, non sunt Indulgentiæ propriè, nec dantur  
 de thesauro Ecclesiæ. Possunt nihilominus Episcopi concedere  
 vnum annum Indulgentiæ, in Prædicatione Ecclesiæ, ac pro alijs  
 causis, quadraginta dies duntaxat. Archiepiscopi verò possunt  
 dare præfatas Indulgentias, in tota sua Metropoli. ¶ Item est  
 notandum, quòd ad concedendum Indulgentias, non est aliqua  
 forma necessariò requisita. Et idèò quibuscunq; verbis vtatur  
 Prælatus, seu Confessor, quæ significant huiusmodi cõcessionem,  
 cum debita intentione, sufficit. Vnde inquit Florentinus, quòd  
 nesciendo formam consuetam, sufficeret dicere. Concedo tibi  
 illam Indulgentiam, quæ in tuo Indulto continetur. ¶ Notandũ  
 est similiter secundum sanctum Thomam in . 4. distin. 45. quòd  
 licet Papa habeat supremam potestatem, non potest tamen solo  
 ver-

Nota.

- A** verbo liberare animas de pœnis Purgatorij. Potest tamen secun-  
dum Alexandrum de Ales, & Petrum de Palude concedere In-  
dulgentiam Plenariam, constituto in articulo mortis. Quam si  
piè credat, consequetur illam; quæ, vt Cardinalis de Turre cre-  
mata declarat, in hoc est sufficiens causa. ¶ Item licet S. Bona-  
uentura teneat, quòd Papa non potest expoliare Purgatorium,  
tamen dicit Gabriel, quòd si Papa daret Indulgentiam Plena-  
riam pro defunctis, prout solet fieri, tot Bullæ possent accipi pro  
**B** animabus, quòd expoliaretur Purgatorium. Præsupposita tamè  
iusta causa, vt si pro recuperanda Terra sancta, daretur aliqua  
quantitas pecuniæ, seu pro alijs causis iustis ad vtilitatem Eccle-  
siæ. ¶ Tandem circa causam Indulgentiarum, quarunt Doctō-  
res, an necessariò requiratur causa rationabilis, vt Indulgentia  
sit valida? Quam quæstionem dilucidius tractat Caietanus, in  
tractatu Indulgentiam. q. 9. & respondendo, ad illam, dicit,  
quòd secūdam communem doctrinam, vnum requisitorum nec-  
cessariò ad efficaciam Indulgentiæ, est causa rationabilis. Quod  
**C** etiam manifestatur ex eo, quòd si daretur Indulgentia ob cau-  
sam profanam (puta pro eundo ad theatrum) constat, quòd In-  
dulgentia esset nulla. Idem patet ex alio, scilicet, quòd Indul-  
gentiæ non sunt de genere validorū, ex solo imperio Papæ; quia  
Papa non potest dare Indulgentias, hac sola ratione, quia vult.  
Et si pro solo libito daret, Indulgentia non esset valida, secūdū  
communem doctrinam. Hoc idem probatur ex hoc, quòd com-  
**D**munia Ecclesiæ bona temporalia, non potest Papa donare do-  
natione valida, ex hoc solo quia vult. Non minus autem precio-  
sa, & chara sunt bona communia spiritualia, quàm temporalia  
Ecclesiæ. Ac propterea, si illorum donatio, ex solo imperio est  
inualida, multo magis inualida erit horum effusio ex solo impe-  
rio. ¶ Si autem quis opponat sententiam illam communem, sci-  
licet, quòd Indulgentiæ indiscretæ sunt validæ, respondet præfa-  
tus Caietanus, quòd sententia illa verificatur, de indiscretis,  
**E** quòd ad euentum, non autem de indiscretis quòd ad causam. Sunt  
enim Indulgentiæ indiscretæ, ratione euentus, quando Indulgen-  
tiæ aliàs benè concessæ, pariunt, propter earum multitudinem,  
quasi contemptum, aut ipsarum, aut satisfactionum penitenti-  
alium. Et tales sunt validæ. Sed si sunt indiscretæ, quòd carent ra-  
tionabili causa, aut omnino, aut quòd ad tantam quantitatem sunt  
inualidæ. Hæc Caietanus. ¶ Vnde etiam Gerson in tractatu, de  
Absolutione Sacramentalis Confessionis, dicit. Cū potestas

Questio.

Responsio.

concedendi Indulgentias, non fit nisi quædam potestas dispensationis, quæ debet esse rationabilis, & ad ædificationem, id est si datur sine causa rationabili, pro solo intuitu favoris humani, vel alio tali modo, non oportet, quod huiusmodi Indulgentiæ valeant quantum sonant. Propterea fatuæ, & superstitiosæ sunt quædam intitulationes viginti milliū annorū, qui dixerit quinquies Pater noster, ante talē imaginē, &c. Et esset per Prelatos providendū, quia cedit in contemptū, & derisionē Indulg. nec continent veritatē.

¶ Item idem in Tractatu, de Indulgentijs, consideratione. 9. dicit. Concessio rationabilis Indulgentiarum, tria supponit. In concedente auctoritatē. In suscipiente idoneitatē, puta quod sit Confessus, & contritus, cū conditionis impletione, quā Indulgentiæ habent. Et tertio causam concessionis legitimā, clauē, scilicet, non errante, neq; Christo reprobante. Vbi non certa, & euidentis noticia requiritur, sed æstimatio bonæ fidei, & probabilis coniectura, quemadmodū in distributione thesauri materialis de fisco regio, &c. distributor attenderet. Hæc Serfon. ¶ Et Adrianus Papa. 6. super. 4. sen. in tractatu de clauibus. q. de Indulgentijs, concl. 2. dicit. Non sufficit in concedente auctoritas, & voluntas concedendi, sed prærequiritur sub existentia causæ rationabilis, & sufficientis. Quia sicut nō sufficit ad relaxationem obligationū, quæ sitarū ex iuramento, vel voto; ita nec in relaxationibus obligationū cōtractarū ex delicto. In commutatione enim voti, vel iuramenti, oportet Prælātū attendere, quid melius sit, & Deo magis acceptū, & secundū hoc dispensare, vt in. c. primo, de voto, & voti redemptione. Et glo. in eodem. c. Non est. Quam sequuntur omnes Doctores, in verbo, Adimplere, dicit. Si iusta subest. Supra eodem. c. primo. Alias non est securus apud Deū, cū quo Papa dispensat, licet exceptionē habeat quoad Ecclesiam. Vnde in votis, & iuramentis, non est excepta voluntas Papæ, sed eius auctoritas. Quod probat Thom. 2. 2. q. 66. ar. vltimo. Ad secundū. Quia potestas, ei concessa est in ædificationem, & non in destructionē. Secunda ad Corinth. 10. c. Cōcluditq; quod licet in dubio cum fuerit causa apparens, & saltem in dubium verteretur, possit stari in iudicio Prælati dispensantis, vel cōmutatis, in manifestis tamē non excusaret. Confirmatur, quia Prælatus, aut Papa nō est Dominus thesauri, sed dispēsator. Sed qui sciēter capit a dispensatore, sine rationabili causa, tenetur restituere in foro animæ. Ergo in proposito, quia solū agit de foro Dei, nihil fit.

¶ Præterea, idē videtur remittere poenā ultra causā sufficientiā & re-

Nota.

Nota.

- A** & remittere absq; causa, quia quantum ad idē, excedit sine causa, & sine ratione. Sed sine causa non potest Papa, ex sola gratia, & proprio arbitrio remittere, vt supra probatū est; ergo nec sine rationabili, & sufficienti causa. Hęc Adrianus. ¶ Ex prædictis apparet, nō esse verisimile, quōd præfatus Adrianus tot, & tantas Indulgentias Plenarias, & liberationes animarum à Purgatorio, pro leuibus causis, prout cōmuniter asseritur, concesserit. Nec enim est credibile, quōd tantus vir, doctrina pariter, & vita
- B** pollens, supra scriptū debita deliberatione asseruerit, & oppositū, Pontifex factus, fecerit, vt sibi imponere aliqui non verentur. Caterū cū de huiusmodi cōcessionibus, litteræ authenticæ eiusdem Adriani nō ostendantur, eadem facilitate debent contemni, qua probātur. Hęc tamen dico, non vt à deuotione Indulgentiarū aliquē retraham; cū potius, vt ad ipsas alliciā, in colligendis, ordinandis, & imprimendis multū insudauerim; scilicet, ne dubia (ne dicā falsa) pro veris admittantur, ac ne ob huiusmodi.
- C** alia opera satisfactoria iusticiæ diuinæ omittantur, sicut plures omittere intellexi. ¶ Quærit etiam præfatus Caietanus in dicto tractatu. q. 10. an ex hoc ipso, quōd in Bulla exprimitur aliquid, pro causa Indulgentiæ, sit rationabilis causa tantæ Indulgentiæ? Et respondet dicendo, quōd causa expressa in Bulla, nisi manifestus sit error, est rationabilis, loquendo de rōnabili præsumpto. Nā sicut sentētia à iudice lata, nisi errorē cōtineat manifestum, præsumitur iusta ita etiā causa à Principe expressa in dispensationibus, præsumitur rōnabilis; nisi, vt dictū est, error sit manifestus.
- D** Sed causam Indulg. tantæ expressam in Bulla, nō oportet esse rationabilem in veritate, quia Papa potest in istis errare, cum non sit hæc sentētia iudicialis, in his q̄ sunt fidei. Et quia nō solum pōt Papa errare in huiusmodi sed etiā facilè pōt errare, sicut, & in alijs similibus actibus. Hęc Caietanus. Dicit tamen circa hoc S. Thomas, quōd nō est necesse, vt sit proportio æqualitatis inter causam Indulgentiæ, & ipsam Indulgentiā. Nam pro quacūq; causa, quæ sit ad honorem Dei, aut bonum Christianitatis, aut etiā propterea, vt pro huiusmodi fiat oratio, possunt concedi Indulgentiæ. Sed Adrianus vbi supra, respondendo ad 3. argum. dicit, quōd licet nō requiratur ad æquationem causæ ad remissionem pœnæ, requiritur tamen sufficientia causæ, sicut in relaxationibus aliarum obligationum quasitarum Deo, vt, videlicet, præsumi possit, Deus ex talī causa Prælatū sinere fieri, vel velle tāti reatus dimissionē; vt in dispensationibus super voto, & iuramento,
- absq;

Nota.

Quæstio.

Eseleasio.

absq; commutatione. Et cum dicitur. Et illa causa videtur Beatus Thomas dixisse, in arbitrio Superioris esse taxare &c. Dico quod hoc procederet, cum est inordinatio, non ex defectu causæ pro qua Indulgentiæ concedantur, vel insufficientia eiusdem; scilicet, ex circumstantijs extrinsecis, quod verum non expedire hominibus, vt passim eis Indulgentiæ concedantur, &c. Et quod hæc fuerit mens beati Thomæ, probat diffuse idem Adrianus. ¶ Et sanctus Bonauentura. in. 4. dist. 20. q. vlti. ait. Indulgentiæ tantum valent, quantum promittunt, non tamen æqualiter omnibus, scilicet, secundum estimationem eius, quam habuit, vel habere debuit, qui Indulgentias dedit. Et subdit inferius. Nec hoc debet aliquem ab Indulgentijs retrahere, quod semper plus valent, si homo sit in charitate, quam valeat obsequiū, vel aliud pro quo Indulgentia conceditur. Hæc sanctus Bonauentura.

Tertium  
notabile.  
Quæstio.

Responsio.

**T**ertium notabile est de his, quæ in particulari concernuntur Indulgentias Plenarias, pro articulo mortis concessas. Et circa hoc solet communiter quæri, an omnes, qui habent Cōcessionem Indulgentiæ Plenariæ pro articulo mortis, & tunc præmissa contritione, & Confessione conceditur eis huiusmodi Indulgentia, vadant infallibiliter, ac directè ad Paradisum sine transitu per Purgatorium? ¶ Ad hoc respondet Augustinus de Ancona, prout referunt Florentinus, & Rosella, quod aliqua quattuor causarū potest impedire talem, ne statim directè euolet in Paradisum. ¶ Primò si Indulgentia, licet nominetur Plenaria, restringatur dicendo, de penitentia iniuncta; quod tunc solum erit Plenaria de illo, quod sibi impositum est in penitentiam, & non amplius. Vnde si nihil fuit sibi impositum in penitentiam, in nullo habebit locum talis Indulgentiæ Plenariæ; sequendo opinionem Caietani suprapositam primo notabili. ¶ Secunda causa, si non confessus est aliquod peccatum ex obliuione, aut ignorantia, quando in concessione Indulgentiæ est appositum, omnium peccatorum, de quibus fuerit corde contritus, & ore confessus, quod non haberet locum in alijs de quibus non fuit contritus, nec confessus. ¶ Tertia causa est, si post Concessionem Indulgentiæ factam, commisit aliquod peccatum; nã quod ad illud, non potest habere locum Indulgentia huiusmodi, quod iam præterijt eius virtus. ¶ Quarta causa est, quando peccator est ita fixus in aliquo peccato veniali, quod nullam disciplinã habet de illo. Quod talis in alio seculo dicitur purgari. Nam manente culpa, non potest tolli pœna. Attamen aliqui Doctores

**A**ctores non admittunt primam, nec secundam causam. s. Florentinus, & Card. de Turre cremata; in d. dicunt, quod si pœnitens fecit diligentiam debitam ad memorandum sua peccata, & de aliquibus non potuit recordari, q̄ etiam in illis habebit locum Indulgentia plenaria. Et quo ad alterum de iniunctis pœnitentijs, dicunt debere intelligi etiam de illis, quæ iniungi debuissent. Sed plures Doctores dicunt, & tenent oppositum. ¶ Quod ad tertiam causam, omnes concordant, & dicunt, q̄ non debet concedi Indulgentia plenaria infirmo; nisi quando iam vult exhalare spiritum; ita, q̄ non sit in dispositione amplius peccandi, sed q̄ bene contritus, & confessus lucretur per alias vias omnes Indulgentias alias, quas potuerit quousq; veniat ad articulum mortis. Vt potè si est Frater Minor, dicendo coronas Domini nostri, & Domine nostræ, ac faciendo se absolui, cum aliqua quatuor absolutionum indeterminatarum, quibus uti possunt Fratres, & Moniales Mendicantes quandocunq; voluerint, tamè Indulgentiam concessam pro articulo mortis, reseruent vsq; ad vltimum punctum, vel propè, vt supra dictum est. Et propter hanc causam videtur præcipi in Ordinario Romano, q̄ tempore extremæ vntionis absoluat infirmus. i. cōcedatur sibi Indulgentia plenaria, sicut supra in notabilibus absolutionum dictum est. ¶ Et est sciendum, q̄ Concessio Fratrum Minorum, quam ad hoc habent ab Eugenio 4. non dicit de iniunctis pœnitentijs, nec de quibus fuerint corde contritus, &c. sed absolutè dicit de omnibus, & idè est singularis, præsertim, quia additur in ea, q̄ si morientes non potuerint eligere Confessores, aut obliti fuerint, consequantur etiam illam Indulgentiam. Vnde tunc Papa per seipsum illam concedit, vt patet o. fo. 61. & ff. 64. concess. 77. Et idem Eugenius 4. per aliam Concessionem, qua non possunt uti, nisi illi Fratres, qui singulis septimanis vnius anni dixerint semel p̄. pœnitentiales, addidit duo circa prædicta. Vnum, q̄. s. habeat locum in omnibus, de quibus corde cōtritus, & ore confessus fuerit quis in genere, vel in specie, ac etiã in oblitis. Et per hoc remouetur opinio contraria supraposita. Alterum, quod additur, est, q̄ si infirmus supervixerit, cui concessa fuerit Indulgentia plenaria, reseruetur sibi pro verò articulo mortis. Et sic vtendo ista Concessione, nō est opus, vt Confessor dicat post Concessionem Indulgentiæ, q̄ si de illa infirmitate nō obierit, reseruetur sibi pro vero articulo mortis, quia Papa hoc fecit in hac Concessione. Et notandum, q̄ hæc duo supradicta in nulla alia Cōcessione habemus, & sunt magni

Ecc effectus.

effectus. Et idèdè quilibet benemeritò, pro his, deberet assumere **A**  
laborè dicendi p[er] p[en]itentiales, sicut supradictum est, ac prout  
habetur. o. fo. 62. & flo. 63. concess. 86. Nam pro indubitabili ha  
betur apud omnes, aliquid scientes, q[uod] si Papa in Concessione In  
dulgentiæ huiusmodi non dicit, q[uod] reseruetur pro vero articulo  
mortis; sed absolutè, q[uod] concedit Indulgètiã plenariã pro ar  
ticulo mortis, intelligitur de articulo mortis p[re]sumpto. (i. quã  
do, credendo q[uod] infirmus moreretur, datur sibi à Confessore, &  
tunc sortitur effectum suum, & finitur eius virtus. Dicunt tamen **B**  
aliqui, q[uod] ad hoc, vt in articulo mortis p[re]sumpto non sortiatur  
effectum, nec finiatur sua virtus, sed maneat pro verò articulo  
mortis, remedium est, q[uod] Confessor dicat post Concessionem hu  
iusmodi Indulgentiæ. Et si de hac infirmitate, vel hac vice non  
obieris, reseruetur tibi pro vero articulo mortis. Et ita ponitur  
communiter in Formularijs absolutionum. Sed ego nunquam  
reperi aliquem Doctorem dicentem sic, posse fieri p[re]fatam re  
seruationem à Confessore, quando Papa non facit. Et tunc non **C**  
est opus, q[uod] Confessor illam faciat. ¶ Item circa supradictam ma  
teriam Indulgentiarum solet quæri; si aliquis habet plures Bul  
las, & Confessionalia, vbi conceditur Indulgentia plenaria pro  
articulo mortis, an profint amplius plures, quàm vna? ¶ Ad hoc  
**Responso.** respondetur, q[uod] p[re]supposito, q[uod] clausulæ sunt æquales, & q[uod] om  
nes reseruant Papa pro vero articulo mortis, non profint ma  
gis plures, quàm vna. Ratio huius est, quia cum non sit, nisi vni  
cus verus articulus mortis, & plenaria totum comprehendat, **D**  
non operantur plures magis, quàm vna ipsarum. Nam virtute  
vnus plenarię remittitur p[en]a tota. Sed si Papa non reseruaret  
pro vero articulo mortis, cum possint esse plures articuli mor  
tis p[re]sumpti in pluribus infirmitatibus, tunc vna p[re]fatarum  
Bullarum posset proficere pro vno articulo mortis p[re]sumpto,  
& altera pro alio, & qualibet vice, qua credebatur infirmu mor  
iturum consequetur vnã Indulgentiarum sibi concessarum.  
Et illa amplius non deseruiet: imò, tanquam annihilata, potest **E**  
rumpi Bulla, in qua continebatur illa Concessio; aut signari tan  
quam suum sortita effectum. Et ad hunc effectum non debet di  
cere Confessor, quando Indulgentiam concedit in articulo mor  
tis p[re]sumpto, quòd sit reseruata pro vero articulo, si tunc su  
peruixerit; sed solùm deberet sic dicere, quando non remaneret  
infirmo altera Bulla continens huiusmodi Indulgentiam. Tunc  
enim tenendo, quòd sit valida reseruatio facta per Confesso  
rem,

**A** rem, debet illam facere, vel aduertere si infirmus habeat aliquam Indulgentiam, quã Papa referuet pro vero articulo mortis. Et si habet, dimittat eã, seu referuet, & distribuatur alias quando acciderint articuli mortis præsumpti. Vnde Fratres Minores, quibus per multos Summos Pontifices sunt concessæ plures Indulgentiæ plenariæ pro articulo mortis, quarum nulla referuatur pro verò articulo mortis, nisi illa Eugenij, pro qua consequenda oportet dicere psalmos pœnitentiales, vt superius di-

**B** ctum est; poterat in qualibet infirmitate mortali gaudere vna illarum Indulgentiarum. ¶ Sed hic occurrit dubium, quid sit dicendum de Indulgentijs concessis prædictis Fratribus à pluribus Summis Pontificibus pro semel in vita; vtrum, scilicet, possint eis concedi toties, quoties à varijs Pontificibus sunt concessæ? Vt exempli gratia, si alicui Fratri concessa est semel Indulgentia virtute Bullæ datæ per Eugenium pro semel in vita, si poterit postea dari sibi altera Indulgentia virtute

Quæstio.

**C** Concessionis Sixti, & sic de alijs? Dico, quòd istud videtur habere pro, & contra, & indigeret declaratione; quia licet non sit dubium, quòd ille, qui vsus est Concessione Eugenij statim, vt ille concessit; posset vt postea Concessione Sixti, & sic de alijs successiuè superuenientibus. Sed est dubium, vtrum, qui nunc intrauit Religionem, & inuenit factas omnes illas Concessiones, possit gaudere singulis ipsarum successiuè.

Responso.

**D** Vltimò, circa huiusmodi materiam, est aduertendum, & notandum, quòd licet alicui in vero articulo mortis, aut post mortem sit concessa Indulgentia plenaria, non propterea debent omitti facere pro eo suffragia, quæcunque fieri potuerint, propter multa. Primò, quia possibile est, quòd interuenerit aliquis defectus, propter quem non sit consequutus Indulgentiam. Secundò, quia licet sit iam in cœlo, consequitur tamen ex suffragijs pro se factis nouum gaudium accidentale, tam ratione honoris, qui in ijs Deo exhibetur, quam ratione vtilitatis spiritualis, quam lucrantur facientes, & animæ existentes in Purgatorio. Et adhuc dicit Gabriel, quòd magis vtile est animæ liberari per Missas, & alia suffragia, licet amplius detineatur in Purgatorio, quam per Indulgentias citius extrahi inde, quia quando non sunt suffragia pro anima, perdit gaudium accidentale, quod de illis habuisset; quòd incomparabiliter valet magis, quam profit liberatio citius facta per

**E**

Ecc a viam



viam Indulgentiarum. Sed vt vtrūq; consequatur anima, oportet facere vnum, & alterum non ommittere. Ac si similiter pro huiusmodi animabus semper debent assumi Bullæ liberationis, quando veniunt, & aliæ Indulgentiæ illis applicari; quia semper profunt eis, vt dictū est. Et similiter profunt viuus ad multa alia bona, dato casu, quod non indigerent Indulgentijs.

Quartum  
notabile.

**Q**uartum notabile est de ijs, quæ oportet facere ad lucrandum Indulgentias, concessas visitantibus aliqua loca Fratrum, seu Ecclesias. Et quod ad hoc, dico, q̄ sufficit, & non requiritur aliud; nisi q̄ existendo in statu gratiæ, qualibet vice excitetur deuotio visitantis, & dirigatur intentio sua ad glorificandum Deum datorem tantorum beneficiorum, exorando eum humiliter, vt dignetur facere participem Indulgentiarum, ibi concessarū, & oret pro conseruatione spiritali status Ecclesiæ, ac Summi Pontificis, cuius medio placuit diuinæ maiestati concedere Indulgentias. Et nõ oportet curare de numero dierum, vel annorum Indulgentiæ; quia Dominus, qui certissimè nouit omnia, diminuet de numero pœnarum debitarum conformiter ad numerū certum Indulgentiarum consequatarum. ¶ sed aduerte re oportet, q̄ seculares non lucrantur oēs Indulgentias concessas pro visitatione nostrarū Ecclesiarum, cum sola visitatione, & oratione supradicta; quia in Concessione multarum ex ipsis positum est, q̄ porrigant manus adiutrices. Et quia in nostris Ecclesijs nõ potest recipi eleemosina pecuniaria, cõcessum est per Iulium secūdū, q̄ huiusmodi eleemosina possit fieri de pane, & alijs rebus necessarijs victui, & vestitui Fratrum, vel reparationi suarū Domorum. Et ideò ad certius lucrandum oēs huiusmodi Indulgentias, oporteret facere aliquā eleemosinam in qualibet visitatione, vt deferendo panem, vel oua, & consimilia.

Pro secularibus.

Questio.

Responsio.

¶ Quod ad Fratres verò, videtur querendum, vtum Indulgentias concessas visitantibus sua Monasteria, seu Ecclesias, possint ipsi Fratres, ibi habitantes, eas promereri? ¶ Ad hoc videtur respondere Felinus, in sermone, quem fecit de Indulgentijs, vbi ait sic. Quid autem de Clericis commorantibus, vbi conceditur Indulgentia, & diuina officia celebrantibus? Respondet solus Nicolaus de Lyra in suis quotlibetis, q̄ si conceditur Indulgentia venientibus, & benefacientibus illi loco, & aliud non dicitur, non participant ipsi de Indulgentia, quia non videtur intentus dantis dirigi ad hoc, sed vt alliciat ad denotionem illius loci, & subueniatur administrantibus, vt possint seruire Ecclesiæ.

Hæc

- A** Hæc ille. Sed Leo. 10. concessit Fratribus Minoribus, vt Indulgentias, quæ generaliter conceduntur porrigentibus manus ad-  
**B** iatricēs, possunt etiam, si sint plenariæ, illas promereri dicen-  
 do quinquies Pater noster, & Aue Maria, pro felici statu Pa-  
 pæ, & Ecclesiæ Romanæ, in locis vbi sunt concessæ, vel in Ec-  
 clesijs Monasteriorum suorum. Ex qua concessione videtur sa-  
 tisfactum supradictæ interrogationi, quòd ad Fratres Minores,  
 non obstantibus ijs, quæ à Felyno referuntur. Ad idem etiam fa-  
 cit Concessio Cartusienſium, supra posita in dictione, Indulgentiæ  
 Stationum quòd ad Fratres. §. 17.

**Q**uintum notabile est, de multis diuersitatibus personarum,  
 quæ gaudere possunt Indulgentijs concessis Fratribus  
 Minoribus, & alijs Mendicantibus. Circa quòd est no-  
 tandum. ¶ Primò, quòd omnes Indulgentias concessas Fratri-  
 bus, lucrantur omnes Moniales suorum Ordinum, seu quæ viuūt  
 sub eorum obedientia, etiam si sint Tertij Ordinis. Et idem de  
**C** alijs Tertiarijs vtriusq; sexus, hoc excepto, si aliqua Concessio  
 reperiretur, quæ diceret, quòd illa non gauderent, nisi in com-  
 muni viuentes; quòd tali non gauderent illi, qui in proprijs do-  
 mibus viuunt; dum tamen huiusmodi Concessio esset facta post  
 Innocentium octauum, quòd de factis vsque ad tempus illius,  
 etiàm si haberent prædictam restrictionem, omnes possint vti;  
 propterea quòd idem Innocentius omnes Tertiarios æquipara-  
 uit, vt patet fo. 64. & ffo. 69. concessione. 146. Fundatur autem  
**D** supradicta communicatio, in Mari Magno cuiuslibet Ordinis  
 Mendicantium, & in Bulla Aurea, etiam quòd Tertiarios, &  
 in alijs Priuilegijs Fratrum, & Monialium. ¶ Secundò gaudent  
 eisdem Priuilegijs, donati Fratrum, vt patet fo. 97. & ffo. 180.  
 concessione. 427. & ffo. 289. concessione. 626. ¶ Tertio fami-  
 liares, & seruitores Monasteriorum lucrantur omnes Indulgen-  
 tias Vrbs Romæ, etiam Plenarias, dicendo in Ecclesijs Fra-  
 trum, quinquies Pater noster, & totidem Aue Maria, sicut pa-  
 tet. fo. 63. & ffo. 67. concessione. 123. Et adhuc Leo. 10. con-  
 cessit supradictis expressè, Indulgentias, & gratias sanctæ Ma-  
 riæ de Populo, vt habetur. ffo. 56. concessione. 157. Possunt  
 etiam prædicti absolui semel in vita, & in mortis articulo, &  
 consequi Indulgentiam Plenariam, vt patet. fo. 64. & ffo. 68. con-  
 cessione. 131. Item per Priuilegia Minimorum est concessum,  
 quòd famuli domorum sui Ordinis, necnon & ceteri eiusdem  
 Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis do-

Quintum  
 notabile.

Pro Monia-  
 libus.

Pro Terti-  
 arie.

Pro seruit-  
 ribus, & fa-  
 miliaribus  
 Fratrum.

mibus sepulturam eligentes, omnibus, & singulis Priuilegijs **O**  
 dinis Minimorum huiusmodi, quomodolibet concessis gaude-  
 re liberè, ac licitè valeant. B. ffo. 8. concess. 22. Hæc videtur  
 magna Concessio, sed qualiter debeat intelligi, & quomodo  
 practicetur, oportet inquirere à Fratribus præfati Ordinis.  
 Item Seruitricibus Monialium est concessum, quòd laudentur  
 Indulgentias in Ecclesia exteriori. o. fo. 63. & ffo. 67. concessio-  
 ne 124. Et similiter fuit eiusdem concessum, quòd possint lu-  
 crari prædictas Indulgentias in alijs Ecclesijs, vbi eas adesse **B**  
 contigerit, quando vadunt pro elemosina. o. fo. 64. & ffo. 68.  
 concessione 139. Ex hoc videtur aliquibus posse inferri, quòd  
 simili modo seruitores Fratrum possunt, quando sunt extra Mo-  
 nasteria lucrari Indulgentias. Et videtur ita esse, propter com-  
 municationem Priuilegiorum, &c. Supradictum de seruitori-  
 bus, & seruitricibus est indubitabile, quando seruiunt amore  
 Dei, sed seruiant propter salarium, dubium videtur, quòd lu-  
 crentur aliquid in spiritualibus, cum velint sibi satisfieri in tem-  
 poralibus. Aliqui dicunt, quòd in omnibus habeat locum, & fun-  
 dantur in hoc, quòd Concessiones absolutè dicunt, quòd serui-  
 tores Fratrum, vel eorum familiares gaudeant, &c. non distin-  
 guendo de ijs, qui seruiunt pro salario, vel propter Deum. Et vi-  
 detur, quòd nec nos distinguere debeamus. Et hic intellectus  
 est pius, & fortè est verus. Et quia iam cœpimus hic loqui de ser-  
 uitoribus Fratrum, dicamus omnia, quæ inueniuntur eis con-  
 cessa, & sunt sequètia. Possunt Fratres, quibus seruiunt, ministra-  
 re illis Sacramenta, & Ecclesiasticam sepulturam, & admittere **D**  
 illos ad diuina, tempore interdicti, vt patet in Mari Magno. Et  
 extendit hoc Leo X. dicens, q̄ non teneantur Fratres euitare la-  
 borantes in suis Domibus, etiã si eis soluatur salarium, pro tem-  
 pore, quo laborauerint. Et Eugenius III. concessit eisdem, q̄ si  
 recitauerint ps. pœnitèntiales semel in qualibet Hebdomada per  
 anni circulum, illi qui sciunt legere, & qui nesciunt legere dix-  
 erint aliquas orationes assignatas per suos Confessores, possint **E**  
 Prælati Ordinis, aut Confessores per eos deputati, illos absolue-  
 re toties, quoties, ab omnibus casibus reseruatjs Episcopjs, seu  
 ab omnibus non reseruatjs Papæ. Item possint eos absoluerè ab  
 omnibus excommunicationibus, quas per ignorantiam incur-  
 rerunt, vel per inaduertètiã. Et possunt vti supradictis à tem-  
 pore, quo cœperint recitare ps. seu orationes, de quibus supra.  
 o. fo. 61. & ffo. 64. concess. 85. Verùtamen si Concessio Minimo-  
 rum,

- A**rum, superius posita, intelligitur, & practicatur de huiusmodi seruatoribus, prout litera videtur sonare, non esset opus præfatis Concessionibus particularibus, ex quo per illam dantur eis omnia Priuilegia Religionis. ¶ Quartò Syndici Fratrum, & Substituti illorum, & patres, & vxores, & Filij, ac Fratres vtriusq; sexus lucrantur omnes Indulgentias Vrbis Romæ, dicendo in Ecclesijs Fratrum, quinquies Pater noster, & Aue Maria. o. fo. 65. & ffo. 70. concess. 162. ¶ Quintò Medici Ordinarij Fratrum lu-
- B**crantur idem, quod Syndici. o. ffo. 70. concess. 177. ¶ Sextò concessum est Minimis, quòd Conseruatores, quos capitulariter acceperint, & vt verbis suorum Priuilegiorum vtamur, Tutores, & Tutrices, ac Procuratores, & eorum filij, consequantur semel in vita, & in mortis articulo Indulgentiam plenariam. Et dicendo quinquies Pater noster, & Aue Maria, in suis Ecclesijs, coram Sacramento Altaris, lucrantur Stationes Almar Vrbis. ¶ Septimò concessum est eisdem Minimis, quòd illi, qui fundauerint, seu ædificauerint eorum Domoſ, & filij ipsorum gaudeant omnibus Priuilegijs, exemptionibus, & Indulgentijs sui Ordinis integrè. B. ffo. 9. concess. 31. ¶ Octauò Procuratoribus, & Aduocatis, qui laborant in iudicijs pro defensione Ordinis, sunt concessi, pro quolibet anno, centum anni Indulgentiæ. o. ffo. 260. concessione 663. Et pro conclusione concessorum Officialibus Religionum, dico, quòd Procuratores, & negocia gerentes, & Aduocati Fratrum, ac Monialium, & Tertiario-
- D**rum, tam viri, quam mulieres possunt tempore interdicti, admitti per Fratres ad officia diuina, vbicunq; ea celebrauerint, prout continetur in Mari Magno Mendicantium. Et specialiter hoc, qd additur de Aduocatis, habetur in Mari Magno Carmelitarum. ¶ Nonò, Nouitij Ordinis nostri, habentes intentionem perseuerandi in Religione, gaudent Priuilegijs, quòd hoc, vt possint absolui ab omnibus peccatis, & censuris, & vt valeat cõcedi eis Indulgentia plenaria semel in vita, & in mortis articulo, licet moriantur ante emissionem professionis. Ac similiter gaudent Concessione Eugenij Quarti, facta illis, qui per anni circulum, qualibet Hebdomada dicunt psalmos pœnitentiales, à tempore, quo inceperint dicere, prout supra declaratum est. Sed vtrum possint gaudere reliquis priuilegijs, non reperitur expressum. Imò videtur, quòd casus excepti firment Regulam in contrarium, ita vt non gaudeant, nisi de illis, quæ in particulari reperiuntur eis concessa, quæ sunt superius posita.
- E**

Pro Syndicis.

Pro Medicis Ordinarijs.  
Pro Conseruatoribus.

Pro Fundatoribus Cõuentualium.

Pro Aduocatis, &amp; Procuratoribus Fratrum.

Pro Nouitij Ordinis.

Veruntamen videtur piè teneri posse, quòd gaudeant omnibus **A**  
 Priuilegijs, sicut donati. Nam Nouicij possunt dici donati, cum  
 iam mutauerint habitum secularem, & habeant propositum per-  
 seuerandi in perpetuum. Et saltem quòd ad Stationes, & Indulgē-  
 tias Vrbs Romæ, videtur non esse dubitandum, ex quo seruito-  
 ribus Fratrum sunt concessæ; & Nouicij per totum tempus pro-  
 bationis nihil aliud faciant, nisi seruire Fratribus. Et adhuc vi-  
 detur istud fundari per communicationem Priuilegiorum Mo-  
 nialium S. Claræ, quarum Nouicijs expressè concessum est, quòd **B**  
 possint lucrari Stationes, & Indulgētijs Vrbs Romæ. o. ff. 261.  
 conce. 677. & 678. Non tamen facit ad hunc propositum, in fa-  
 uorem Nouiciorum, quod dicitur in. c. Religiosi. de sentētia ex-  
 communicationis. lib. 6. vbi conceditur Nouicijs, vt qui manus  
 violentas eis iniecerit, sit excommunicatus, quod est casus par-  
 ticularis. Et sic patet, quæ personæ, & qualiter possint gaudere  
 Priuilegijs, & Indulgentijs concessis Fratribus. Nam absque ali-  
 quo dubio possunt gaudere omnibus superscriptis omnes Mo- **C**  
 niales, quæ viuunt sub obedientia Fratrum, etiam si fiat Tertij  
 Ordinis, necnon, & alij Tertiarij in proprijs domibus habitan-  
 tes, & donati, ac seruitores, seu familiares Fratrum. Aliæ autem  
 personæ præfatæ, vt Syndici, & Medici, & Conseruatores, &c.  
 possint gaudere, prout superius expressum est, & non amplius.  
 ¶ Veruntamen virtute Concessionis Fratrum Ordinis Sanctissimæ  
 Trinitatis, quæ habetur in dictione, Communicatio Priuile-  
 giorum. §. vltimo, multæ alię personæ possunt gaudere Indulgen- **D**  
 tijs præfatis, saltem non plenarijs, scilicet, eligentes sepeliri Ec-  
 clesijs Fratrum, & facientes eis aliquam elemosinam, deferen-  
 tesq; eorum habitum, ac Germani, seu hospites Fratres pro-  
 pter Deum.

Sextum no-  
 tabile,  
 Idem tenet  
 Nau. de In-  
 dulg. & Cu-  
 riel de Lu-  
 ileo par.  
 92. licet  
 Cord tenet  
 cū Gabriele  
 quod scili-  
 cet semel in  
 die in tract.  
 de Indulg.  
 q. 31.

**S**extum notabile est circa declarationem cuiusdam dubij, sci-  
 licet, vtrum in eodē die possint lucrari Stationes, & aliæ In-  
 dulgentiæ, toties, quoties quis voluerit, recitando orationes, vel  
 visitando loca, &c. Ad hoc respondetur, secundū Doctores, præ- **E**  
 sertim secundum Thomam in. 4. di. 20. quòd Indulgen. perpetuæ,  
 sicut in S. Petro Vrbs Romæ, & alijs similibus Ecclesijs, vel sicut  
 in Sancto Sepulcro, vbi, vt inquit Florentinus, & Cardi. de Tur-  
 re cremata, asseritur, quòd est semper Indulgentia Plenaria, ta-  
 les Indulgentiæ perpetuæ possunt lucrari toties, quoties. Sed In-  
 dulgentiæ, quę sunt temporales, vt Stationes, quę habent in  
 anno suos dies determinatos, illę, quę nequeūt lucrari, nisi semel

quo.

- A** quolibet die, licet nō desint aliqui Doctores, vt refert Angelus in Summa, qui dicunt, q̄ etiam Indulgentiæ temporales possunt lucrari toties, quoties in die suo, faciendo opus, pro quo conceduntur. Et sic practicatur in sancta Maria de Portiuncula, seu Angelorum apud Assisum, vbi quoties in die suæ Dedicatiōis, à primis Vesperis, vsque ad secundas, ingrediuntur illam Ecclesiam, toties credunt firmiter, q̄ lucentur Indulgentiam. Posset tamen dici, q̄ ibi fortè habetur ad hoc specialis Concessio, quia
- B** etiam ibidem faciunt aliud insuetū, alibi, scilicet applicare Indulgentiam viuīs, & defunctis. Est tamen notandum secundum Felynum, quod etiam vbi sunt Indulgentiæ perpetuæ, si quis non faceret aliud, nisi intrare, & exire Ecclesiam, non lucraretur qualibet vice Indulgentiam, quia hoc, plus videretur illusio, quàm deuotio. ¶ Sed quidquid sit de hoc, tamen cum Romæ in multis Ecclesijs sint Indulgentiæ perpetuæ, lucrabitur illas Religiosus toties, quoties qualibet die dixerit quinquies Pater noster, &
- C** Aue Maria, iuxta Concessionem Sixti IIII. Et si dixerit sexies, cum Gloria Patri, toties, quoties dixerit, lucrabitur etiam Indulgentias perpetuas, quæ sunt in locis sanctis Hierusalem, & sancti Iacobi in Compostella, virtute Concessionis Leonis Decimi. Et si dixerit alia quinque Pater noster, & Aue Maria, pro Indulgentijs concessis visitantibus nostras Ecclesias, similiter toties, quoties illa dixerit, & easdem Ecclesias visitauerit, lucrabitur huiusmodi Indulgentias virtute Concessionum superiorum positarum.
- D**

De Indulgentijs perpetuis, & temporalibus.



ANNOTATIO CORDVBAE. D

**Q**UOD AD ea omnia, quae Collector in notabilibus supra  
mat. Indulgentiarum ponit, qui voluerit latius videre, legat  
nostrum tractatum, quem de Indulgentijs compegimus, &  
ibi plenius intelliget.

CAPVCCINI ANNOTATIO. E

**V**TRA notabilia ipsius Collectoris in materia Indulgen-  
tiarum supraposita, sunt etiam notanda ista.  
Primum, quando in aliquo Iubileo mandatur, ut ieiunent,  
ac confiteantur peccata sua fideles, infra hebdomadam,  
& die Dominico immediatè sequenti, Sactissimam Eucharistiam  
sumant; quaeritur quid si aliquis confiteretur in eodem die Dominico.  
quo

**A** quo sumere habet Sanctissimam Eucharistiam, an Indulgentiam lucretur? Et respondetur, quod sic; Intentio enim Summi Pontificis est, ut Communioni precedat Confessio, prout sic tenet Nauarr. Et Pius Quintus ita vine vocis Oraculo, ad petitionem RR. PP. Societatis Iesu, hoc declarauit. Confessores autem cum illis sint cauti huiusmodi opinione uti, qui frequenter pœnitentiæ hoc Sacramento uti solent.

Nauarr in  
orat. misc.  
60. dub. 2.  
num. 225.

Secundum notandum, quod quando in aliquo Iubileo mandatur, ut tribus diebus ieiunetur, elemosina largiatur, ac oratio fiat, **B** quæritur an sit necessè, ut in diebus illis ieiunij detur elemosina, & fiat oratio? Et respondetur, quod non, sed sufficit, si detur elemosina, & fiat oratio ante Communionem, ut idemet Nauarra tenet loco supra citato, de oratione miscel. 58. numero 221. Fuitq; ita pariter declaratum à Gregorio XIII. iisdem presentibus Societatis Iesu.

Tertium notandum, quod si aliquis in suprascripto Iubileo, cum talibus circumstantijs ieiunij, elemosinæ, ac confessionis infra Hebdomadam, & in Dominica communicandi, adimplendis in principio Hebdomadæ, cum intentione accipiendi Iubileum, fuerit ab aliquo casu reseruato absolutus in virtute illius Iubilei, si postea ieiunato vno tantum die, vel non communicando in die Dominico, ob aliquod legitimum impedimentum, cætera non adimplerit, An talis absolutio valeat, ita, ut non teneatur amplius de illo casu confiteri habenti pro illo auctoritatem? Respondetur, Hæc quæstio tractatur à Corduba, in Summa, q. 21. qui duas refert opiniones, quarum prima est, q. non sit absolutus, cum omnia adimplenda, pro Iubilei consequutione, nō adimplerit.

Corduba  
de casibus  
conscientiæ.

**D** Alia opinio est, q. remaneat absolutus, quia cum talis absolutio sit actus legitimus, qui neq; diem, neq; conditionem admittit, non potest reuocari; Et cum hac opinione remanet ipse Corduba: Quæ in rigore videtur verissima, quia argumentum stringit, maximè in absolutionibus casuum reseruatorum illorum, qui annexam excommunicationem non habuerint; Quia si eam habuerint, esset equidem absolutio illa reuocabilis in quantum ad excommunicationem illam, quæ tales casus facit reseruos reincidendo in illam, sicut reincidi declarauit Clemens VIII. Nuntios virtute Priuilegiorum absolutos ab aliquo casu reseruato, cum annexa censura, si postea ab ordine exierint.

l. act. legit.  
ff. Reg. iur.

Sed secundum equitatem, ac Summi Pontificis intentionem loquendo, prima opinio videtur, ut magis fauorabilis, & pia admittenda. Posset tamen dici, q. si pœnitens, post confessionem desierit aliquid ex adimplendis, exequutione mandare, ob suam culpam, etiam lenem, tunc talis absolutio reuocabitur, & remanebit ille obligatus confiteri ei,

Habetur supra tit. absoluti ordin. quoad Fratres. §. 4.

qui



In §. 2.  
num. 8.

qui auctoritatem absoluendi habet. Si autem absq; sua culpa, aliquid parui momenti adimplere defierit, absolutio illa valebit vtique, prout sic videtur tenere Auctor expositionis Bullæ Cruciatæ, cum alijs multis Doctoribus, per ipsum allegatis; Et sic concordare supradictas contrarias opiniones. ¶ Nauarr. autem de oratione. miscel. 39. concludit, quod ei valebit illa absolutio, etiam quod non curasset postea illa adimplere, quæ in Bulla debentur, &c.

Quartum, Notandum denique illud notabile dictum in additione ad tertiã partem B. Thomæ, q. 27. art. 2. ad secundum, contra Fratres illos, qui sub hoc colore Indulgentiarum, vagari nunquam satiantur; ibi enim arguendo, quod Religiosis deberentur Indulgentiæ, quia essent eis causa vagandi, Et dissolutionis Religionis, postea respondit, quod propter Indulgentias non debet dissolui Regularis Observantia, quia Religiosi magis merentur Religionem suam seruando, quantum ad præmium vitæ æternæ, quam Indulgentias exquirendo, quamuis minus, quantum ad dimissionem pænæ, quod est minus bonum: hæc ibi. Quid ergo clarius contra illos?

Quia de huiusmodi Indulgentiarum materia multi doctissimi viri loculentissimè pertractant, Et in quolibet ex Mendicantium Ordine reperitur Indulgentiarum, ac Priuilegiorum sibi, omnibusque mundi partibus concessarum, quædam facta Compendia: Ideo ad illa me remitto, vbi vnusquisque, prout sibi melius placuerit, poterit non tantum eis, sed Et alijs etiam concessas antiquas, Et modernas videre.

Ponere tantum decreni specificationem Indulgentiarum, Et Stationum Vrbs Romæ, secundum moderniore institutum, vt facilius ab omnibus sciantur; Et statutis temporibus ad illas lucrandum, accingantur: Quæ licet, debebant poni supra, vbi tractabatur de Stationibus, tamen ponuntur hic, quia de illis postea sum recordatus. Et sunt sequentes, vide licet.

**A** SEQUUNTUR INDULGENTIAE SEPTEM

*Ecclesiarum principalium Urbis Romae, quae sunt privilegiate maiori Privilegio, & gratia, ac dignitate, quam aliae eiusdem Urbis.*

**B**



**R**IMA Ecclesia Urbis, est sacrosancta Lateranensis Ecclesia, quae ab antiquo dicebatur Basilica Salvatoris, nunc autem communiter vocatur, Ecclesia sancti Iohannis Lateranensis, quae ab Imperatore Constantino, in latere sui proprii Palatii edificata, & à sancto Sylvestro Papa, in honorem

De Indulgentijs Ecclesiae Lateranensis.

Sanctissimi Salvatoris nostri Domini Iesu Christi, & Sanctorum Iohannis Baptistae, & Iohannis Euangelistae dedicata fuit; in qua fertur, quod, scilicet, Silvester, & Gregorius, Summi Pontifices, qui eam successiue consecrauerunt, deuote visitantibus concesserunt tantas Indulgentias, quod eas nemo, nisi solus Deus enumerare potest.

**C**

Nota primo, quod in hac Ecclesia, iuxta Rubricas Missalis noui Pij V. iussu instituti, sunt Stationes Dominica prima Quadragesimae, Dominica Palmarum, Feria 5. maioris Hebdomadae Sabbati Sancti, & in Albis, Vigilia Pentec. in die S. Ioan. ante Portam Latinam, & est Indulgentia plenaria, & liberatio vnus Animae à Purgatorio. Et à die S. Bernardini, quae est 20. mensis Maij, vsq; ad primum diem Augusti, die quolibet est Indulgentia plenaria.

**D**

Nota etiam, quod in hac Ecclesia sancti Iohannis Lateranensis habetur quaedam tabula antiqua, in qua continentur sequentia, quae quidam bonus Pater nostri Ordinis, tempore Capituli Generalissimi, anno 1517. ab illa extraxit.

Primo, ad Altare maius sunt Indulgentiae 48. annorum, & totidem quadragenae, & remissio tertiae partis omnium peccatorum.

**E**

Item Constantinus Imperator, postquam mandatus fuit à lepra, per sacri baptismatis susceptionem, dixit beato Siluestro, Pater, ecce domum meam in Ecclesiam ordinavi, infunde in eam tuam largam benedictionem, pro venientibus ad eam. Et ait ad eum beatus Silvester, Dominus Iesus Christus, qui te mundauit à lepra, & purificauit te fonte perenni, per suam misericordiam mundet, & purificet omnes huc venientes sine peccato mortali, & auctoritate Petri, & Pauli, & nostra sit eis remissio

hio

sio omnium peccatorum quocunque tempore anni.

5 Item sanctus Gregorius Papa, qui hanc Ecclesiam consecrauit, post destructionem eius factam per Hæreticos, confirmauit Indulgentiam positam per B. Syluestrum Papam antedictum.

6 Item, Bonifatius dixit, Indulgentiæ Ecclesiæ Lateranensis numerari non possunt, nisi à solo Deo, & ego omnes illas confirmo.

7 Item, in Festo Saluatoris, cuius Imago visibiliter apparuit  
† omni Populo Romano miraculosè, scilicet, quando sanctus Siluester consecrauit dictam Ecclesiam primò, vbi fuerat Populus Romanus congregatus, tunc prædicta Imago apparuit visibiliter omni Populo de Vrbe, quæ Imago remansit in pariete, nec comburi potuit cum Ecclesia bis combusta fuerit, est remissio omnium peccatorum.

8 Item, Papa Bonifatius dixit, Si quis ad Sedem nostram Lateranensem, causa deuotionis, orationis, peregrinationis accesserit, ab omni sorde peccati sit mundatus totus.

9 Item, in Ecclesia prædicta, in Cappella sancti Ioannis Baptistæ, in quam mulieres non intrant, ibidem ad fontes est remissio omnium peccatorum.

10 Item, in Cappella sancti Laurentij, in quam similiter mulieres non intrant, quæ dicitur Sancta sanctorum, est remissio omnium peccatorum.

11 Item, si scirent homines Indulgentias Ecclesiæ Lateranensis, dicerent, tantæ sunt, quòd non oportet nos ire ad sanctum Sepulchrum vltra Mare.

I De indulg. Ecclesiæ S. Petri.

SECUNDA Ecclesia principalis, est ad sanctum Petrum, vbi nunc est sancta Sedes Apostolica, & Palatium sanctissimi Domini Nostri Pape, in qua sunt omni die sex mille, & 48. anni, & totidem quadragesimæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. Et in hac Ecclesia sunt Stationes in die Epifaniæ, in Dominica prima, & secunda Quadragesimæ, in Sabbato post primam Dominicam Quadragesimæ, fer. 2. Paschæ, in die Ascensionis, in die Pentecostes, in Sabbato post Pentec. in omnibus Sabbatis quatuor Temporum, in Dominica prima Aduentus, & in tertia, & in quarta, in die Natiuitatis Domini.

2 Item, in eadem Ecclesia, fuisse dicuntur centum, & nouem Altaria, quæ nunc pro magna parte sunt remota, & in melius, sub pauciori numero redacta, siue ordinata, Et pro quolibet

18. anni

**A** 18. anni Indulgentiæ dati sunt, Et inter alia sunt septem Altaria principalia, quæ in gyrum cancellis cupreis vallata sunt, olim deauratis; in quibus per solum annum integrum sunt Stationes. Attamen in diebus Festiuitatum, tam illorum, quam aliorum Altarium sunt in eis Stationes, ac infinitæ aliæ Indulgentiæ.

Item, quandocunque est Festum sanctorum Petri, & Pauli, vel Vocationis dictorum Altarium, seu etiam Festum Natiuitatis Dominicæ, Paschæ, seu omnium Sanctorum, aliudque Festum duplex, duplicantur omnes prædictæ Indulgentiæ.

**B** Item, in Festo Annunciationis Beatæ Mariæ, sunt ibi mille anni Indulgentiæ.

Item à prædicto Festo, vsq; ad Calendas Augusti sunt ibi duo decim anni Indulgentiarum, & totidem quadrages, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum.

**C** Item, quicumque ascendit gradus sancti Petri deuotè, huic conceduntur pro quolibet gradu septem anni Indulgentiarum per Alexandrum VI. sunt aliæ Indulgentiæ, vt infra.

**TERTIA** Ecclesia, est ad sanctum Paulum, in qua sunt omni die sex mille, & 48. anni Indulgentiarum, & totidem quadrages, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. Et in hac Ecclesia sunt Stationes Dominica quarta Quadragesimæ, feria tertia Paschæ, Dominica in Sexagesima, in die SS. Innocentium, & Conuersionis sancti Pauli.

**D** Item, in Conuersione sancti Pauli, sunt ibi centum anni Indulgentiæ, & totidem quadrages, & plenaria omnium peccatorum remissio.

Item, in Festo sanctorum Innocentium, quorum multa Corpora requiescunt ibi, sunt ibidem 48. anni Indulgentiæ, & totidem quadrages ab antiquo: modò verò est Indulgentia plenaria.

**E** Item, in Dedicacione eiusdem, quæ est in octaua sancti Martini, sunt ibi mille anni Indulgentiæ, & totidem quadrages, & remissio omnium peccatorum.

Item, si quis intrauerit dictam Ecclesiam omnibus diebus Dominicis, habet tantas Indulgentias, ac si iret ad sanctum Sepulchrum Hierosolymis, ac sanctum Iacobum Galitiæ. Ac visitantes septem Altaria huius Ecclesiæ, tot lucrabitur Indulgentias, quot, si visitasset septem Altaria sancti Petri.

De indulg.  
Ecclesiæ S.  
Pauli.

1

2

3

4

5

9

4

5

6

**I** **Q**UARTA Ecclesia, est ad sanctum Mariam Maiorem, in **A**  
 De Indulg. qua sunt omni die sex mille, & 48. anni Indulgentiæ, & totidem  
 Ecclesiæ S. quadragenæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum.  
 Mariæ Ma In hac Ecclesia sunt Stationes in omnibus quartis ferijs qua-  
 ioris. tuor Temporum, feria quarta maioris Hebdomadæ, in die Pa-  
 schæ, Dominica prima Aduentus, in Vigilia, & die Natiuitatis,  
 in die Circumcisionis.

**2** Itèm in Vigilia Ascensionis Domini, in qua celebratur Fe-  
 stum Translationis Corporis Sancti Hieronymi, ibidem quie- **B**  
 scentis, ad Altare ipsius, est remissio tertiæ partis omnium pec-  
 catorum, concessa à Pio Papa Secundo, & Indulgentia plenaria.

**3** Itèm, in omnibus Festiuitatibus Beatæ Mariæ, sunt ibi mille  
 anni Indulgentiæ, & plenariam peccatorum remissionem.

**4** Itèm, à Festo Assumptionis Virginis, vsque ad eius Natiui-  
 tatem, sunt ibi duodecim millia annorum Indulgentiæ, vltra  
 prædictas quotidianas Indulgentias.

Nota tamen, quòd quarta Ecclesia, ab antiquo semper, fuit **C**  
 Sancti Laurentij; sed tempore Alexandri Sexti, Sancta Maria  
 tempore Iubilei, fuit assignata pro quarta, numero, & aliæ tres,  
 non visitabantur ex debito, sed ex deuotione tantummodò, ad  
 parcendum laboribus Peregrinorum, & Romanorum.

**I** **Q**UINTA Ecclesia est ad Sanctum Laurentium extra mu-  
 ros, in qua sunt omni die 7048. anni Indulgentiæ, & totidem qua-  
 De Indulg. dragenæ, ac remissio tertiæ partis omnium peccatorum. Itèm **D**  
 Ecclesiæ S. Laurentij sex mille anni Indulgentiæ.  
 Marti.

In hac Ecclesia sunt Stationes Dominica Septuagesimæ, Do-  
 minica tertia Quadragesimæ, Feria quarta, infra octauam Pa-  
 schæ, & Feria quinta, post Pentecost.

**2** Itèm in Festiuitatibus Sanctorum Stephani, & Laurètij, quo-  
 rum Corpora ibidem requiescunt, & per Octauas eorum, & in  
 singulis Stationibus eiusdem Ecclesiæ sunt centum anni Indul-  
 gentiæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum concessi **E**  
 ab antiquo. ¶ Sed Calixtus Tertius concessit omnibus vtriusq;  
 sexus Christi fidelibus dictam Ecclesiam deuotè visitantibus, in  
 singulis Festiuitatibus, & Stationibus eiusdem Ecclesiæ, plena-  
 riam remissionem omnium peccatorum.

**3** Itèm, si quis intrauerit dictam Ecclesiam per annum, omni  
 quarta feria, liberat vnã Animam à Purgatorio.

**4** Itèm intrans per Ianuam Australem eiusdem Templi, de vnã  
 Cruce

A cruce ad aliam, contritus, & confessus, habet remissionem omnium peccatorum.

SEXTA Ecclesia, est ad sanctum Fabianum & Sebastianum extra muros, in qua sunt omni die 6048. anni Indulgentiæ, & totidem quadragenæ, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Et in die S. Sebast. & in omnibus Dominicis mensis Maij Indulgentia Plenaria.

1  
De indulg.  
Ecclesię Sa-  
cti Sebast.

Item in eadem Ecclesia sunt quotidie mille anni indulgentiæ dati à Pelagio papa.

2

Item in eadem Ecclesia ad catacumbas, ibi prope maius Altare, sunt tantæ indulgentiæ quantæ sunt in Ecclesijs Apostolorum Petri & Pauli, quia ibi prius corpora eorum iacuerunt abscondita longo tempore in puteo quodam, super quem est vnum altare. ¶ Item Siluester, Gregorius, Honorius, Pelagius, Nicolaus, & Ioannes Summi Pontifices concesserunt qui libet eorum mille annos indulgentiæ, quocunq; tempore anni

3

C deuotè visitantibus dictam Ecclesiam.

Item, ibidem, in Cœmiterio Calixti est plenaria remissio omnium peccatorum, secundum quosdam,

4

In hac Ecclesia subtus terram est Cœmiterium Calisti Papæ. Vbi quisq; ingrediens contritus & confessus, Indulgentiam Plenariam consequetur ob merita 74000. Martyrum & 46. Summorum Pontificum ibi sepultorum, quorum fuerunt 18. Martyres.

†

D SEPTIMA Ecclesia, est ad Sanctam Crucem in Hierusalem, in qua sunt omni die 6940. anni indulgentiæ, & totidem quadragenæ, ac remissio tertiæ partis omnium peccatorum.

1

In hac Ecclesia sunt stationes Dominica 4. quad. feria 6. maioris hebdomadæ. Dominica 2. Aduentus. In diebus Inuentio- nis, & Exaltationis S. Crucis & in eorum octauis & in omni- bus supradictis diebus est Indulgentia Plenaria.

De indulgē-  
tijs Ecclesię  
Sanctæ Cru-  
cis.

Item, omni die Dominica sunt in eadem Ecclesia trecenti anni Indulgentiæ, & totidem quadragenæ, ac etiam remissio tertiæ partis omnium peccatorum.

2

Item, in Dedicatione eiusdem, quæ celebratur in vigilia sancti Benedicti abbatis, in mense Martio, est ibi plenaria remissio omnium peccatorum.

†

Similiter, in inuentione tituli sanctæ Crucis, quod ibi in sublimi muro inuentum est, tempore Alexandri 6. vigesima sexta Ianuarij, & etiam quotidie in cappella sanctæ Helenæ, in

3

†

quam mulieres non intrant, nisi semel in anno, est Indulgentia A Plenaria. Item per omnes dies anni est Indulgentia Plenaria.

Sunt etiam, & alia Indulgentia Romæ hincinde in diuersis Ecclesijs, & locis; Aliqua tertiae partis peccatorum, aliqua quadragenarum, aliqua annorum, & aliqua dierum, quæ simili- liter concessæ sunt Fratribus, & Sororibus Minorum, & perso- nis quibusdam supra declaratis; quæ, quia sunt nimis diuersæ, & minoris nunc reputationis, omittuntur.

Sunt, & quamplurimæ alia indulgentiæ tam plenariæ, quam B non plenariæ, quæ in diebus Stationum, & nonnullis alijs ha- bentur in Ecclesijs Urbis Romæ; quas omnes lucrari possunt prædicti Fratres, vt supra dictum est: Sed pro illis videnda sunt compendiola illa supradicta fol. 76. c. ibi. enim omnes dix- tint. recensentur.

## INFIRMI FRATRES.

Collector.



Vamuis omnes Concessiones, quæ respectu Fratrum C infirmantium factæ reperiuntur, sub varijs dictio- nibus huius Compendij (velut in suis proprijs lo- cis ponantur) tamen ne hmōi Fratres grauentur in quærendis, quæ ad ipsos attinent, visum est ponere hic om- nia illa insimul adunata, prout sequuntur.

1 Indul. plen.



ARTINVS V. Eugenius IV. Nicolaus V. Ca- D lixtus III. Pius II. ac Sixtus IV. concesserunt om- nibus Fratribus Mino. de Obser. Indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et Eugenius so- lus addidit, quod si occurrerit casus, quod non possint confiteri, etiam tunc consequantur prædictam Indul- gentiam, si sunt in statu gratiæ b. ffo. 71. conce. 185. Et fo. 62. & ffo. 64. conce. 77.

2 Ieiunium.

SIXTVS IV. concessit, quod Fra. Mi. non potentes ieiunare E bono modo propter infirmitatem, vel debilitatem, non tenen- tur, o. fo. 62. Et ffo. 66. con. 99.

3 Stationes. Indulgentiæ

INNOCENTIVS VIII. concessit, vt Fratres infirmi, in suis Infirmarijs, & Cellis, & etiam lectulis (quando commodè ali- ter dicere non possunt) valeant promereri Indulgentias Sta- tionum, & alias nobis concessas in nostris Ecclesijs, dicendo quinquies Pater Noster, & Ave Maria pro intentione, & pro- posito illius Indulgentiæ. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 162. Et ffo. 10. con-

A 10. conce. 390.

Idem Innocentius fecit quandam Concessionem pro Monialibus infirmis, quæ habetur infra in dictione Ingredi Monasteria Monialium .§. 25.

4

Pro moni.

LEO X. concessit, quòd Fratres infirmi, ac senes, in decrepitate atate constituti, possint lucrari Indulgentias concessas dicentibus Coronas Domini Nostri Iesu Christi, & matris suæ, dicendo vnum psalmum, vel hymnum Beatæ Virginis, aut Do-

5

Indulgentiæ coronarum.

B mini Nostri: quia tales non semper possunt dicere tot. O. ffo. 60. conce. 181.

Idem Leo, quia fuit sibi expositum, quòd aliqui Fratres scrupulosi (quando sunt infirmi) ferè nunquam possunt, nec sciunt se determinare, quando licitè possunt dimittere dicere Horas Canonicas, concessit, quòd siue ppter febrè, aut dolorè intensum, vel aliã infirmitatè Fratres fuerint grauari, satisfaciãt dicèdo pro Horis Canonicis. ps. hymnos. Pater Noster. Ave Maria, vel alia, iudicio Prælati, seu Præsidentis Loci, aut Conuētus assignãda. Et hoc quando Medicus corporalis (si cõmodè potuerit haberi) dixerit esse nociuum infirmo, O. ffo. 59. conce. 171.

6

Officiũ diuinum.

Idem Leo fecit aliam Concessionem pertinentè ad Moniales infirmas, quæ ponitur infra, in dictione; Ingredi Monasteria Monialium .§. vltimo.

7

Pro Monialibus infirmis.

¶ Ex priuilegijs Monachorum sancti Benedicti.

D EVGENIVS IV. concessit, quòd quilibet pro tempore Abbas, Prior, siue Prælatus quorùlibet Monasteriorum Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ, possit liberè dispensare cū omnibus, & singulis præsentibus, & futuris Monachis quorum cunque Monasteriorum hmoi, qui sine tadio non possunt dicere Horas Canonicas, quòd tẽpore infirmitatis, vel postquã conualuerint, loco horarum, ac officiorum, ad quæ alias tenentur, dicant aliquid certum, ad arbitrium ipsorum Monasteriorum Superiorum, & non teneantur ad aliud Officiũ canonicum. Ac cum Prælatis ipsis, simili modo, quilibet presbiter Monachus, per quemuis eorum eligendus, etiam dispensare possit. o.

8

Dispensatio officii diuini.

Idem Eugenius reperitur alibi concessisse, quòd Monachi infirmi, qui Horas Canonicas infirmitatis causa complere, vel recitare nequiverint, vt qualiter ad eas teneantur, maneat in arbitrio Prioris b.

9

Officiũ diuinum,



10 Idem Eugenius fecit aliã Cõcessionẽ p infirmis, quæ posita A  
Indulgentiæ est supra, in dictione, Indulgentiæ non plenariæ, quoad Fra-  
tres .s. 13.

11 ¶ Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.  
MARTINVS V. concessit, quòd Fratres Sancti Hieronymi,  
Officiũ diui. dum fuerint infirmi, & etiam senes, & valitudinarij, qui tenẽ-  
tur ad Horas Canonicas, satisfaciãt recitando aliquos ps. vel  
id, quod suis Confessoribus visum fuerit, o.

12 EVGENIVS IV. concessit quòd Fratres infirmi, vel senes, B  
Officium di  
uinũ Nota. aut alias inualidi, Ordinis Sãcti Hieronymi, qui Horas Cano-  
nicas non possũnt dicere, satisfaciãt, dicẽdo illud, quod Prior,  
vel Vicarius, vel Confessor eis assignauerit, o.

13 Idem Eugenius concessit, quòd Religiosi infirmi, seu debi-  
Officium di  
uinum. les Ordinis Sãcti Hieronymi, satisfaciãt de Horis Canonicis  
ad quas tenentur, audiendo eas ab alio, vel ab alijs recitari, o.

14 Idem Eugenius concessit, quòd Fratres non in Sacris cen-  
Pro Fratrib<sup>9</sup> tituti, qui ante Monasterij ingressum, in medicina, vel chirur- C  
Medicis: vel gia erant periti, possint de Prioris licentia, illas studere, & pra-  
Chirurgis. cticare, & medicamina adhibere Fratribus, & infirmis Hospi-  
taliũ suorum: alijsq; personis infra locum, vel districtum  
ipsius Monasterij, gratis charitatis intuitu. Ita quòd diuites  
non se faciant illò deferri, propter talia à Fratribus habenda,  
si possunt habere medicos aliunde. o.

15 NICOLAVS V. ampliãuit Concessionem suprascriptã, con-  
Pro Fratrib. cedendo, vt Fratres præfati, qui non sunt in Sacris, quoties vo D  
Medicis: & cãti fuerint ad aliquorum curationem, possint adhibere me-  
Chirurgis. dicamina, & physicam liberẽ exercere, dum tamen fiat de licẽ-  
tia, & dispensatione Prioris. o.

## INGREDI MONASTERIA MONIALIVM.

Distinctio materiæ infra scriptæ.



Collector.

IRCA materiam inferius annotatam est aduer-  
tendum, quòd in ea continentur tria diuersa. E  
¶ Primum attinet ad prohibitionem ingressus  
Monasteriorũ Monialũ. Et de hoc habetur in  
omnibus .s. vbi in margine posita est hæc dictio,  
Prohibitio. ¶ Alterum pertinet ad licentiam requisitam pro  
huiusmodi ingressu; De quo reperietur vbicunq; infra poni-  
tur in marginibus hæc dictio Licentia. ¶ Reliquum concer-  
nit absolutionem Censurarũ incurfarũ ppter ingressum præfa-  
tum

**A** tum absq; debita licentia. Istud verò continetur infra. §. 21. & 22. Et in dictione Absolutio, quoad seculares, 2. in. §. 9. & 10.



**REGORIUS IX.** in declaratione Regulę Fratrum Mi. super illud. Pręcipio firmiter Fratribus vniuersis, nę ingrediantur Monasteria Monacharum, pręter &c. declarauit hoc generaliter esse prohibitum de quarumlibet Cęnobijs

**1**  
Prohibitio, p  
Fratribus.

**B** Monialium; cum regula nullum excipiat. Et nomine Monasterij, voluit Claustrum, Domos, & Officinas interiores intelligi. b. fo. 11. tracta. 3. Et ffo. 2. tractatu 2.

**2**  
Prohibitio, p  
omnibus  
Christianis.

Idę Gregorius IX. decreuit, vt ab vniuersis, & singulis Christi fidelibus inuiolabiliter obseruetur, ne Monasteria S. Clare intrent, nisi in casibus expressis in earum Regula: et quod qui contrarium pręsumserint, excommunicationis sententiam incurranť. B. fo. 48. Et ffo. 13 2. conce. 296.

**3**  
Licentia pro  
Fratribus.

**C** Idem Gregorius IX. concessit, vt Fratres Minor. deputati obsequijs Monasteriorum Monialium Sanctę Clarę, habeant liberam ingrediendi facultatem, pro exercendo Monasteriorum ipsorum opere; vel illis conseruandis ab incendio; seu a latronibus defendendis; aut Confessor ipsarum cum Fratere clerico, maturo moribus, & etate, pro audiendis confessionibus earum, & extrema vnctiōe, & alijs Sacramentis Ecclesiasticis exhibendis eisdem (infirmirate cogente) ac pro sepe-

**D** liendis corporibus decedentium Sororum, secundum formam, quę in ipsarum Regula continetur. s. Sacerdos cum duobus socijs tantum. Nam intrmittere plures est prohibitum, ex quo non est concessum in Regula, vt patet intuenti. Et declaratũ est in primo notabili, B. fo. 48. Et ffo. 13 1. concessione 295.

**4**  
Prohibitio  
pro Fratribus.

**E** **INNOCENTIVS IV.** in declaratione pręfatę Regulę Fratrum Minorum, exponendo verba prędicta, dicit. Ingressum in Monasteria tantummodò Monialium inclusarum Ordinis Sancti Damiani, seu Sanctę Clarę prohibitum fore Fratribus, ad quę nemini licet ingredi, nisi ei a Sede Apostolica facultas super hoc specialiter tribuatur. Et nomine Monasterij Claustrum, Domos, & Officinas interiores voluit comprehendı. Ad aliarum verò Cęnobia Monialium, dicit, quod possunt sicut & alij Religiosi ad prędicandum, seu petendum eleemosinam: aut pro alijs honestis, & rationabilibus causis accedere, ac intrare, quib; a superioribus suis, pro sua fuerit maturita-

Licentia pro  
Fratribus.

te, vel idoneitate concessum. B. fo. 3. Et b. ffo. 4. tractatu 2. A

Collector. Aduerte, & caue, ne vtaris huiusmodi Concessione, quia pa-  
rum postea fuit reuocata per Nicolaum III. & Grego. X. vt  
patet infra. §. 9. & 10.

5

ALEXANDER IV. in declaratione, quam fecit super præ-  
fatam Regulam Fratrum Minorum, posuit ad literam clau-  
sulam immediatè præcedentem Concessione, seu Declaratio-  
nis Innocentij IV. Et habetur vbi supra, ffo. 5. tracta. 2.

Collector.

Caue ne vtaris præfata Concessione, quia reuocata est, vt B  
infra ponitur. §. 9. & 10.

6

Pro Monia-  
lib<sup>o</sup> infirmis

VRBANVS IV. in Regula, quam fecit pro Monialibus Sã  
ctæ Claræ, statuit multa circa huiusmodi ingressum. Et primò,  
rubrica 7. dicit, quòd quando aliqua Soror, vel Monialis fan-  
ctæ Claræ tanta fuerit corporis infirmitate detenta, quòd ad

Licentia in-  
grediendi p  
Confessorie.

loquutorium commodè venire non possit, & necessitatem ha-  
buerit confiteri, vel Dominici Corporis, seu alia recipere sa-  
cramenta: exhibiturus huiusmodi sacramenta, scilicet, Con-  
fessor alba, & stola, & manipulo, cum duobus idoneis, & reli-  
giosis socijs, vel vno ad minus, alba, vel saltem superpellicio  
vestitis, ingrediantur, ac morentur induti, et audita confesio-  
ne, vel alio tradito Sacramento, sicut ingressi fuerint, sic egre-  
diantur induti, nec moram ibi faciant longiorem. Caueant  
etiam, vt quamdiu intra Monasterium fuerint, nullatenus ab  
inuicem separentur, quin semper mutuò possint liberè se vi-  
dere. Sic quoque se habeant in animæ commendatione. C

Pro Exequijs  
agendis.

Statuit similiter, quòd ad exequias, circa sepulturam agen-  
das, sacerdos non ingrediatur Claustrum, sed exterius in Cap-  
pella, quod ad officium pertinet, exequatur: nisi fortè Abba-  
tissæ, & Conuentui visum fuerit, quòd ad exequias debeat in-  
troire. Et tunc modo suprascripto cum vno, vel duobus socijs

Pro sepulta  
ra aptanda.

intret indutus; & sepulta mortua, exeant sine mora. ¶ Ordi-  
nauit insuper, quòd si necesse fuerit, vt ingrediantur aliqui ad  
fodiendam, vel aperiendam sepulturam, seu postmodum coa-  
prandam; Abbatissæ, & Conuentui visum fuerit hoc expediens,  
propter imbecillitatem Sororum, sit sacerdoti, vel alicui alij  
ad hoc idoneo, & honesto, cum vno socio, vel duobus, licitum  
introire, b. fo. 287. tracta. 3. & ffo. 295. tracta. 2. D

Collector.

Aduertendum est, quòd si plures intrant, quàm superius  
sunt expressi, vltra peccatū mortale, incurrunt excomunica-  
tionem Papalè, per Eugenium IV. promulgatam, & inferius  
posi-

**A** positam. §. 15. Idcirco Prælati, & Vicarij, seu Confessores, qui aliquando propter mortem Abbatissæ, vel alterius Monialis, introducunt plures Fratres, allegando consuetudinem; caueât de cætero, & sint præmoniti.

Idem Urbanus IV. in Regula præfata, Rubrica 18. dicit sic.

¶ De ingressu personarum in Monasterium firmiter, ac districte præcipimus, vt nulla vnquam Abbatissa, vel eius Sorores, aliquam personam religiosam, seu secularem, aut cuiuslibet

**B** dignitatis, in Monasterij Clausuram intrinsecam intrare permittant. Nec omninò alicui liceat, nisi quibus concessum à Sede Apostolica fuerit, vel à Cardinali, cui fuerit Sororù Ordo commissus. ¶ Excipiuntur autem à dicta ingrediendi lege, Medicus, causa multum grauis infirmitatis, & Minutor, cum necessitas exegerit, qui non absq; duobus socijs de familia Monasterij introducantur; nec abinuicem intra Monasterium separentur. Nec non & illi, quos occasione incendij, vel ruina,

**C** seu alterius periculi, vel dispendij, seu pro tuendis à violentia quorumlibet Monasterium, vel personas pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra Monasterium fieri non potest, necessitas exegerit introire. Qui omnes, expedito suo ministerio, vel imminèti necessitati per ipsos satisfacto, exeât sine mora. Nulli autem personæ extraneæ intra Monasterij Clausuram liceat comedere, vel dormire. ¶ Sed & si quis de Sæctæ Ecclesie Cardinalibus ad aliquod Monasteriũ huiusmodi Religionis aliquando venerit, & intra Clausuram voluerit ingredi, cum reuerentia quidem, & deuotione suscipiatur; sed

**D** rogetur, vt cum paucis socijs debeat introire. ¶ Liceat quoq; Generali Ministro Ordinis Fratrum Mino. quando ibidem voluerit celebrare, vel proponere Sororibus verbum Dei, cum

quatuor, vel quinq; Fratribus ipsius Ordinis, intra Clausuram ingredi Monasterij, si quando ei videbitur expedire. ¶ Alius autem prælatus (cui aliquando fortè de licentia Sedis Aposto-

**E** licæ, vel dicti Cardinalis intrare licuerit) duobus, vel tribus tantum religiosis, & honestis socijs sit contentus. ¶ Quòd si fortè pro consecratione, vel benedictione Sororù, vel in alio modo concessum fuerit Episcopo alicui, Missam interius celebrare aliquando quàm paucioribus, & honestioribus potuerit socijs, ministris, & sit contentus. Et hoc quoq; ipsum alicui rariùs concedatur. Nulla tamen omnino loquantur cum aliqua persona de ingressis, nisi modo prædicto, siue infirma

fuerit,

7

Prohibitio generalis

Licentia Casus in quibus potest ingredi ad Monasteria Monialium.

Pro Cardinalibus.

Pro Generali Ministro.

Pro Prælati inferioribus  
Pro Episc.

fuerit, siue sana. ¶ Illud sanè præcipuum caueatur, vt ij, qui-  
 bus aliquandò concessum fuerit solummodo, vel data licentia  
 in Monasterium ingredi, non aliter admittantur, nisi Abbatissæ,  
 & Sororibus visum fuerit expedire; cum ex hmōi concessionibus,  
 vel licentijs, Abbatissa, vel Sorores eos admittere non cogantur;  
 & vt sint tales, de quorum verbis, & moribus; nec non vita,  
 & habitu, ædificari valeant intuentes; & materia iusti scandali  
 exinde nequeat generari. ¶ Super concessione verò, vel licentia  
 ingressus hmōi, ad omne ambiguum remouendum, Apostolici apices,  
 vel Cardinalis patentes literæ ostendantur b. fo. 288. tracta. 3. Et ffo. 317. tracta. 2.

Licentia.

B

8  
Visitator.

Declarationem istorū casuum vide infra in primo notabili.  
 Idem Vrbanus, rubrica 24. Regulæ statuit, quòd Visitator  
 Monialium sanctæ Claræ, quando Monasterij Clausuram ad vi-  
 sitandum intrauerit, duos religiosos, & idoneos socios se-  
 cum ducat; qui videlicet socij simul maneant; & dum fuerint  
 intra Claustrum, ab inuicem nullatenus separentur b. fo. 286. C  
 tracta. 3. & ffo. 299. tracta. 2.

Collector.

Virtute huius facultatis, & hoc titulo, solum ingrediuntur  
 his temporibus nostri Prouinciales Ministri, in Monasterijs  
 sanctæ Claræ suarum Prouinciarum, super quæ habent guber-  
 nationem commissam à Summo Pontifice. De quo latius infra,  
 primo notabili, in vndecimo casu.

9  
Collector.

GREGORIUS X. referens suprascriptam declarationem  
 Innocentij IV. voluit, vt Fratres Minores, iuxta dispositio-  
 nem Generalis Ministri duntaxat, possint vti hmōi declara-  
 tione prædecessoris sui b. ffo. 5. tracta. 2.

Aduerte, quòd etiam Generalis Minister nō potest iam ali-  
 quid in hoc casu, vt per declarationem Nicolai 3. postea edi-  
 tam, patet, prout statim subiungitur.

10  
Prohibitio  
pro Fratri-  
bus.

NICOLAUS III. in sua soleenni declaratione, exponendo  
 præfatum passum Regalè Fratrum Mī. declarauit, sicut Grego-  
 rius IX. generaliter esse prohibitum, de quarumlibet Cœno-  
 bijs Monialium. Et nomine Monasterij Claustrum, Domos, &  
 Officinas interiores intelligi. Addens, quòd ad alia loca, vbi  
 homines seculares conueniunt, possunt Fratres illi, causa præ-  
 dicationis, vel eleemosynæ petendæ accedere, quibus id à suis  
 Superioribus fuerit, pro sua idoneitate, concessum. Et decre-  
 uit, vt in præfato articulo, & in alijs, quos constitutio sua cō-  
 tinet, quamquam aliqui prædecessores sui aliter declaraue-  
 rint,

E

**A**rint, declarationem, seu ordinationem suam tantum à Fratribus Mi. præcisè, ac inuiolabiliter perpetuis temporibus obseruandam. B. fo. 10. & ffo. 11. tracta. 2.

**B**ONIFACIUS VIII. concessit, quòd Fratres Mi. inuitati à Prælatiſ Eccleſiaſticis, poſſint vnà cum ipſis, in ſuis diœceſibus, Monasteria, & loca Monialium cuiuſlibet Ordinis liberè ingredi, ad viſitationis officium impendendum, & ad defunctorum celebrandas exequias, & ad proceſſiones generales, & prædicationes faciendas, ac conſeſſiones infirmarum audien- das b. fo. 36. Et ffo. 33. conce. 36.

Circa præfatam Conceſſionem, vide, & nota Conceſſionè Leonis, quæ habetur infra in. §. 28.

**B**ENEDICTVS XII. in Conſtitutionibus, quas pro Monialibus edidit, fecit ſequens ſtatutum cap. 30. Nulli regulari, vel ſeculari, vel laicæ perſonæ, cuiuſcunq; præminentia, dignitatis, ſtatus, vel conditionis extiterit, ingreſſus pateat ad eadem. ſ. Monasteria ſanctæ Claræ, ſine Apoſtolica Sedis licentia ſpeciali; exceptis ſolūmodò perſonis illis, quibus per prædeceſſorū noſtrorū Ordinationes ideſt Conceſſiones, & per prædictarum Monialium Regulas noſcitur eſſe permiſſum. Habetur in libro Ordinis Italico. 3. parte. fo. 210.

**M**ARTINVS V. decreuit, quòd nulli omnino hominum, tam Regularium, quàm ſecularium, cuiuſcunq; gradus, præ- minentia, dignitatis, excellentia, nobilitatis, & conditionis fuerit ( excepris illis, de quibus in Regula S. Claræ, per Vrbanum editam, & in Conſtitutionibus Benedicti XII. fit mentio ) prætextu cuiuſlibet licentia ſibi deſuper quauis auctori- tate conceſſa, liceat Monasteria Sororum, & Monialium Sanctæ Claræ, ſeu aliquod ex eis ingredi. Nec etiam Proteſtori, aut Generali Miniſtro Ordinis Mi. pro tempore exiſtētibus, ſeu Prouincialibus Miniſtris, & quibuſcunq; Viſitatoribus, licentiã ſuper ingreſſum huiuſmodi ( inconſulto Romano Põ- tiſice ) cõcedere liceat quoquomodo. b. fo. 38. Et ffo. 36. cõce. 41.

Aduerte quòd in vltima clauſula præcedēti, vult dicere Martinus, quòd licet in Regula S. Claræ Urbanistarum conceſſum eſſet, quòd Proteſtor Ordinis poſſet dare licentiã intrandi Monasteria prædictæ Sanctæ Claræ, perſonis ſecularibus; tamen, quod de cetero, nec Proteſtor, nec Generalis Miniſter, nec multominus Prouinciales, & Viſitatores, poſſint dare licentiã intrandi prædicta Monasteria alicui perſonæ cuiuſcunq; digni-

II  
Licentia pro  
Fratribus

Collector.

12

13

Prohibitio,  
& licentia p  
oibus Chri-  
ſti.

Nota.

Collector.

De Proteſt.  
Ordinis.

dignitatis fuerit, sine licentia Sedis Apostolicæ. ¶ Vide circa A hoc, in dictione Ministri prouinciales. s. 7. Et in dictione Prorector Ordinis. s. 6. Et melius infra ultimo notabili, ubi elucidatur plenissime supradictum.

14  
Ex priuile-  
giis Ordinis  
Prædicatorū

BONIFACIUS IX. statuit, quòd si quis infra Clausuram alicuius Monasterij Monialium Ordinis Prædicatorum, re-  
pertus fuerit, per Superiores, seu Priores dicti ordinis, seu de eorum mandato, capi, & incarcerari, & secundum eorum arbitrium, & delicti quantitatem puniri possit, b. ffo. 120. con- B  
ce. 547.

15  
Prohibitio  
pro omnib⁹  
Christianis.  
Excoicatio.

EUGENIUS IV. præcepit omnibus, & singulis, tam cleri-  
cis, quàm religiosis, & secularibus personis, cuiuscunq; cõ-  
ditionis, gradus, præminentia, vel dignitatis existant, sub  
pœna excommunicationis, quam transgredientes, ipso facto  
incurrant, & à qua, nisi à Romano Pontifice, possint absolui,  
præterquam in articulo mortis constituti; quatenus Monaste- C  
ria Sanctæ Claræ, nec aliquod ipsorū ingredi præsumant, præ-  
ter formam Regulæ ipsarum, & prouisionum Apostolicarum  
super hoc specialiter editarum, b. fo. 42. Et ffo. conce. 44.

16  
Clausura.

Idem Eugenius, ut difficilius pateret ingressus ad Monaste-  
ria Monialium, statuit, quòd, sicut Abbatis, & aliæ Sorores  
ad hoc deputatæ, tenent clauēs, quibus ad intra portæ Mona-  
steriorum prædicatorum claudantur; sic per Confessores, aut  
alias honestas personas, per Generales, aut Prouinciales de-  
putandas, ex parte exteriori teneantur, & conseruentur. b. fo. D  
42. Et ffo. 39. conce. 44.

17  
Prohibitio  
pro Tertia-  
riis.

Idem Eugenius ordinauit, quòd in omnibus Tertij Ordinis  
Sororum, & Monialium Collegijs, Fratres Mino. in accessu,  
& ingressu sic se habeant, sicut obseruatur in Monasterijs San-  
ctæ Claræ. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

Collector.

Circa huiusmodi statutum, seu ordinationem, sunt duo ad-  
uertenda, & mente tenenda; quia, ob inaduertentiam, aut ob-  
liuionem ipsorum, aliqui Fratres minus rectè quandoq; se ha- E  
bent. ¶ Primum est, quòd Tertiarias nominat insimul Sorores  
Moniales. Et hoc pro tanto dico esse ponderandum; quia  
aliqui arbitrati sunt, huiusmodi Tertiarias non esse intelligē-  
das nomine Monialium; propter quod in aliquibus partibus  
nominant eas Bizochas, & in alijs Beatas. Cõtra quos tñ (vltra  
verba expressa supraposita) facit stylus Curia communitatis, qui  
non curans de rigore nominum, sæpè appellat indifferenter

Colle-

**A** Collegia personarum religiosarum, Monasteria; licet non sint Monachorum, vel Monacharum proprie dictorum. Ac similiter omnes feminas, Collegialiter viuentes nominat frequenter Moniales; quamuis non sint Ordinum Monachalium. Et hoc idem patet ex regula Sanctæ Claræ; vbi Moniales sepius appellatur Sorores. Vnde & Panormitanus, seu Abbas, in capitulo. Causamque, de electione, dicit, quod ista nomina Sorores, & Moniales sunt synonyma idest idem importantia.

**B** Alterum aduertendum est, quod in supradicta Concessione specialiter loquitur Fratribus Mino. duntaxat, & non sicut in præcedenti de omnibus fidelibus. Ex quo sequitur, friuolam & nullius momenti fore rationem, quam nonnulli allegant dicendo; quod ex quo in Monasterijs Tertiariarum non inclusarum intrant personæ seculares, quare non poterunt similiter intrare huiusmodi Fratres. Ad maiorem autem confirmationem prædictorum, facit prohibitio Leonis, vltimò facta, in Re-

**C** gula noua, quam edidit pro Tertiarijs; vbi in capitulo octauo sic dicit. Et facta Visitatione, scilicet, à Prouinciali, aut Visitatore, seu Commissario, non debent intrare officinas, nec alia loca interiora Sororum. Hec ibi. Sequitur ergo manifestè, quod adhuc virtute Breuis Leonis, infra positi. §. 29. etiã si non fuisset subrepticium, prout fuit, non potest ingredi aliquis Frater Clausuram Tertiariarum; nisi, vt supra dictum est. Et cui prædicta non satisfecerint, videat expositionem Sancti Bonauenturæ super hoc in declaratione, quam fecit, qui strictius circa hoc loquitur. Sed ista, multa; alia notatu digna, latius explicantur infra, 2. notabili per totum.

**D** Idem Eugenius concessit, quod de licentia Generalis, aut Prouincialium Ministrorum, possint Episc. intrare in Monasteria Monialium, causa consecrationis Ecclesiæ, vel altaris, aut pro benedicendo Cæmeteria, vel Sorores.

Suprascriptam Concessionem reperi in quadam tabula Priuilegiorum, per quendam patrem Commissarium Romanum ordinatam. Et ponit in fine. Eugenius in Breui, quod incipit, Cupientes. Sed hoc Breue non reperitur in libris impressis Priuilegiorum hic allegatis. Nec permanet iam in suo vigore, vt primum. §. 28.

**E** NICOLAVS V. concessit omnibus, & singulis mulieribus, seruientibus Monialibus Sanctæ Claræ, aut pro eius elemosynas quærentibus, vt quotiescunq; pro parte Abbatissarum requi-

18  
Pro Epis.

Collector.

19  
Licentia pro  
seruientibus  
Monialium.

requi-



requisita fuerint, earum Monasteria (cum consilio discretarum) intrare valeant. Ac quod aliquando etiam in precipuis festiuitatibus, pro ipsarum consolatione, cum ipsis Monialibus comedere possint, licentia tamen prius per eas desuper à Prouinciali obtenta. b. fo. 49. Et ffo. 43. concessione 48.

Collector. Aduertendù, quòd prefata facultas videtur iam sublata, & reuocata per supradicta, & infra dicenda in ultimo notabili.

20 P I V S I I. concessit Fratres posse prædicare, & intrare in Claustris, & alijs locis quarumcùq; Monialium, vbi seculares communiter intrant, de licentia suorum Prælatorum quòdo mittuntur. o. ffo. 66. conce. 94.

Collector. Attende, quòd hæc Concessio est solùm pro Fratribus, qui mittuntur ad prædicandum, quia dicit, intrare, & prædicare, idest ad prædicandum, Sed quoad intrandum in Claustra, est reuocata, vt primùm, infra. §. 28.

21 Absolutio. S I X T U S I V. declarauit, quòd Mulieres ingredientes Monasteria sanctæ Clare, & sancti Dominici, non teneantur ire ad Curiam Romanam pro absolutione ab excommunicatione: sed eas possint absolvere Fratres Mino. Confessores, etiam si tales mulieres ingrederentur mala intentione, o. fo. 62. Et ffo. 68. conce. 100. Et ffo. 96. concessione. 330.

22 Absolutio. Idem Sixtus fecit aliam Concessionem latiore, quàm suprascriptam immediatè, quæ habetur in dictione, Absolutio quoad seculares secundò, in. §. nono.

23 Licentia pro Laboratoribus. Idem Sixtus concessit, quòd seculares laborantes in Monasterijs sanctæ Clare, ac aliarum, possint ibi comedere in loco honesto, o. fo. 63. Et ffo. 67. concessione. 120.

24 Licentia pro Medico. Idem Sixtus concessit, quòd Sorores sanctæ Clare non teneantur intromittere aliquem de seruatoribus suis, quando Medicus intrat Claustrum: sed sufficiat, quòd à tribus, vel quatuor Monialibus de antiquioribus associetur. o. fo. 63. Et ffo. 67. con. 121.

Collector. Sciendum quòd suprascripta Concessio reperitur alibi, sub sequentibus verbis.

S I X T U S I V. concessit quòd Sorores Sanctæ Clare non teneantur intromittere aliquem hominem de seruatoribus suis, quando Medicus, vel alij ingrediuntur, licet Regula hoc decreuerit: sed sufficit quòd à tribus, vel quatuor Monialibus de antiquioribus associetur. o. ffo. 96. concessione. 331.

25 I N N O C E N T I U S V I I I. concessit quòd Confessores Monialium

**A** lium possint intrare Monasteria illarum, tempore pestis, ad celebrandum Missam, & audiendum confessiones illarum, quæ feruiunt pestilenciatis, quia stant separatæ ab alijs. o. ffo. 90. concessione. 365.

Licentia pro Confessoribus Monial. S. Claræ.

26

**B** ALEXANDER VI. cum concessisset Generali, & Prouincialibus Ministris, & Custodibus, vt de consilio aliquorum Fratrum possent deputare Monialibus, seu Sororibus Tertij Ordinis, Confessores presbyteros seculares, seu aliorum Ordinum Regulares quibus cofiteri, & ab eis Sacramenta ecclesiastica recipere possent, statuit, vt Confessores hmoi dictarum Sororum, Claustrum, seu interiores Officinas, absque alterius persone, bonæ vitæ, & famæ, societate, nullo modo debeant ingredi. B. ffo. 123. concessione. 269.

Licentia p Confessoribus Tertiarum.

27

**C** Idem Alexander VI. concessit Generali, & Prouincialibus Ordinis Minor. de Obseruantia, & Confessoribus per eos deputatis, vt Monasterium Monialium Sanctæ Claræ, quæ eorum regimini immediatè subijciuntur, pro administratione Sacramentorum, tempore necessitatis, & alijs rationabilibus causis interdum occurrentibus, prout secundum Deum, expedire viderint, Clausuras interiores ingredi possint. Et voluit, quòd tunc Moniales prædictæ, portam maiorem aperire licitè valeant. B. fo. 71. Et ffo. 155. concessione 373.

Licentia p Prælati, & Confessoribus Monialium. S. Claræ.

Huiusmodi Cõcessio non permanet iam in suo vigore, quia Leone X. circa illam ordinauit quòd immediatè sequitur.

Collector.

**D** LEO X. prohibuit, sub aternæ maledictionis interminatione, in virtute sanctæ obedientiæ, ne quis Frater cuiuscunque præminentia, aut officij inter Fratres Mino. sit; ad ipsas Moniales, aut in ipsarum Monasteria ingredi vel intrare præsumat; nisi in casibus in eadem Regula, & Institutionibus ipsius Ordinis Minorum contentis, & quoad ipsorum Monasterium ingressum edictis. Nec etiam aliæ vtriusq; sexus seculares persone etiam prætextu cuiusuis Indulti etiam Cõfessionalium, prædicta Monasteria ingredi valeant. B. ffo. 17. conce. 56.

28

Prohibitio, & licentia p Monast. S. Claræ.

Nota.

**E** Sciendum, ac notandum est virtute prohibitionis huiusmodi, reuocari Concessiones factas per plures Summos Pontifices prædecessores Leonis X. quibus ultra casus in Regula Monialium contentos concedebatur ingressus. Et tales sunt supra positæ. §. 11. & 18. & 19. & 20. ad 27. Quibus Concessiõibus, tanquam penitus reuocatis, & annullatis, nullus iam vti potest vlllo modo.

Collector.

Nota.

Idem

19 Prohibitio pro Tertiariis. Idem Leo in literis suprapositis, §. 28. dirigendo verba ad A. Prælatos, scilicet Generales, & Prouinciales, ait. Nec ipsi Fratres Ordinis vestri ad Tertiarias, in congregatione viuentes; nisi de licentia, & speciali mandato vestro, intrare præsumât. Vos propterea monendo, vt non passim ingressum huiusmodi relaxetis, sed in Capitulis vestris prouincialibus, & generalibus prouidè de similibus, & alijs ad obseruantiam honestatis, & continentiaë spectantibus ordinetis.

Circa præfata verba est valde aduertendum, ne quis decipiatur, sicut decepti sunt qui impetrauit prædictū Breue, & Pōtifex qui illud concessit; credèdo, ac præsupponendo, quòd ingressus ad Monasteria Tertiariarum, non erat prohibitus, Posita sunt enim in relatione, seu supplicatione huiusmodi Breuis (postquam dictum fuerat de Monialibus Sanctæ Claræ) sequentia verba. Et pariter ad Tertiarias in Congregatione viuentes, ad quas accedere licet, prohibitum non sit, &c. hoc enim præsuppositum esse falsum, constat tam ex Regula, C quam ex declarationibus ipsius, præsertim ex determinatione Eugenij IV. supra posita. §. 13. Ac per consequens hoc Breue est surreptitium, & nullius valoris, quoad Concessionem fundatam super præfatam relationem. Et ideo indubitatè tenendum est, quòd nulli Fratres Mino. etiã si sint prælati, queūt magis ingredi Monasteria Tertiariarum collegialiter viuentium, quamuis non sint inclusa, quàm Monasteria Sanctæ Claræ. Et facit ad hoc Ordinatio eiusdem Leonis, contenta in Regula nona, quam ipsæ edidit pro Tertiarijs, in cap. 8. eiusdem Regulæ; vbi etiam prælati non concedit posse ingredi Clausuram post factam visitationem. Nec similiter possunt Prælati pro talibus Monasterijs, alijs personis ad ingrediendum licentiam concedere. Ac propterea illud, quod in præfatis literis Leonis dicitur, scilicet, quòd in Capitulis generalibus, & prouincialibus prouideatur de modo intrãdi ad Tertiarias, &c. nil penitus operatur, quia fundatur super falsa relatione, E scilicet, quòd non sit prohibitus ingressus ad Monasteria Tertiariarum. ¶ Istud declaratur, & probatur latius, infra, notabili vltimo.

30 Licentia pro sceminis secularibus, Idem Leo declarauit, Moniales Sanctæ Claræ sub regimine Fratrum Mi de Obseruan. existentes, non teneri, nec obligatas esse contra voluntatem suam, ingressum ad sua Monasteria præbere aliquibus mulieribus vigore facultatum Apostolicarum

- A**rum prædictis mulieribus per ipsum Leonem in Confessiona-  
libus ad ingrediendum præfata Monasteria concessarum. Ac  
similiter concessit prædictis Monialibus, vt absque aliquarum  
Censurarum, seu pœnarum incurfu, & absq; aliquo conscien-  
tiarum suarum scrupulo, eisdem mulieribus ( dum & quoties  
oportunum, & expediens visum fuerit ) ingressum in eadem  
Monasteria licitè denegare valeant. Et insuper hortatur Mõ-  
niales huiusmodi, vt præfatis mulieribus ingrediendi prædi-  
**B**cta Monasteria consensum, quàm rarius, & parcius fieri po-  
terit concedant. B. ffo. 38. concessione 124.

Idem Leo prædictam declarationem iteratò fecit per eadẽ  
verba, addens, quòd etiam vigore aliarum facultatum, quàm  
in confessionalibus contentarum, non teneantur Moniales cõ-  
tra volùtatem suam ingressum præbere aliquibus mulieribus  
in suis Monasterijs. Non obstantibus prædictis facultatibus,  
tàm concessis, quàm in posterum concedendis, quas reuoca-  
**C**uit, cassauit, & annullauit; ac reuocatas, & nullas esse decre-  
uit. B. ffo. 39. concessione 125.

Idem Leo concessit, quòd Fratres Min. vocati, rogati, aut  
inuitati à Prælati Ecclesiarum, aut à Prælati religiosi, vel  
Visitatoribus, habentibus curam aliquorum Monasteriorum  
Monialium: ad hoc ut visitent prædicta Monasteria: vel exer-  
ceant omnia alia, quę in Monasterijs sibi subiectis exercent:  
aut ad hoc vt intrent cum ipsis Prælati, sine Visitatoribus ad  
**D**videndum Officinas, & totum Monasterium interius, possint  
sicut possunt in Monasterijs sibi subiectis, siue intra, vel extra  
Clausuram visitando, & alia faciendo: vel cum ipsis Prælati  
intra. Non obstante prohibitione suæ Regulæ, vel decla-  
ratione eiusdem Regulę. Dum tamen prædicti Fratres si fue-  
rint subditi, hoc faciant de licentia suorum Prælatorum. O.  
ffo. 61. conce. 194.

- Idem Leo concessit, quòd Prælati Ordinis Mino. possint  
**E**dare licentiam suis subditis intrandi Clausuram Monasterio-  
rum S. Claræ ad faciendum sermonem de Kalenda: dum tamẽ  
intranses sint senes, & vitę exemplaris. O. ffo. 62. conce. 195.

Idem Leo concessit, quòd quando Moniales Sanctæ Claræ  
grauiter infirmantur taliter, quòd non possunt ad Cratem ve-  
nire ad audiendum Missam, possit illo tempore Sacerdos con-  
fessor earum, vel Prælati superior, introire clausuram, infir-  
mariam, & Monasterium ad celebrandum, nè tales Moniales  
rema-

31

Licentia pro  
fœminis se-  
cularibus.

32

Licentia pro  
omnib; Fra-  
tibus.

33

Licentia pro  
Prædicato-  
ribus.

34

Licentia pro  
Prælati, &  
Confessori-  
bus Monast.  
S. Clarę.

Pro Monialib<sup>9</sup> infirmis remaneant sine Missa. Dummodo sacerdos ad nulla alia loca, A  
quàm ad altare diuertat; nec moretur, nisi tanto tēpore quā-  
to indiget ad celebrandum; nec loquatur, nisi quantum est  
opus in Missa. O. ffo. 93. concessione 290.

SEQVNTVR ALIQUA NOTABILIA  
circa præfatam materiã; quę licet aliquibus videatur  
clara; continet tamen multas difficultates elucida-  
tione indigentes. B

Primum no-  
tabile.

Primo circa casus in secunda Regula Sanctę Clarę edita  
per Vrbanum IV. in quibus diuersis personis conceditur  
licentia ingrediendi Clausurã Monasterium Monialiũ huius-  
modi: licet superius sint positi .s. 6. & 7. tamen hic singillatim  
ponitur vnusquisq; casus cum declaratione expediēti; prout  
probatissimis quibusdam patribus Ordinis Min. in iure, ac  
rebus Religionis, præuia matura discussione visum est. Quos  
ad tutē incedendum sequi oportet. C

Primus cas<sup>9</sup>

Primus casus est, quo datur licentia ingrediendi illi, cui cõ-  
missa fuerit administratio Sacramentorum idest Confessori,  
seu Vicario; quando aliqua Soror, vel Monialis tanta fuerit  
corporis infirmitate detenta, quòd ad loquutorum commodē  
venire non possit; & necessitatem habuerit confiteri vel Do-  
minici Corporis, seu alia recipere Sacramenta. Ita tamen,  
quòd exhibiturus huiusmodi sacramenta: Alba, & Stola, & Ma-  
nipulo, cum duobus idoneis, & religiosis socijs; vel vno ad  
minus: Alba vel saltem Superpellicio vestitis ingrediantur, ac  
morentur induti; & audita Confessione, vel alio tradito Sa-  
cramento, sicut ingressi fuerint, sic egrediantur induti. Nec  
moram faciant ibi longiorem. Caveant etiam, vt quamdiu  
intra Monasterium fuerint, nullatenus abinuicem separētur:  
quin semper mutuò possint liberè se videre. Hęc Vrbanus in  
Regula cap. 7. & supra .s. 6. ¶ Quoad istum primum casum

Expositio.

est aduertendum, quòd socius debet esse clericus, & non lai- E  
cus; vt expressè habetur in bulla Gregorij IX. quę habetur  
fo. 48. & ffo. 131. & supra .s. 3. Et idem innuitur in bulla Vrba-  
ni supraposita, cum dicit: quòd socius intret indutus Alba ad  
minus. Tale autem indumentum solum competit Clericis, &  
adhuc in sacris ordinibus constitutis: Consuetudo tamen est  
in contrarium; quę vtrum sit bona, & valida, aliorum sit iu-  
diciam. Mihi tamen non uidetur tuta.

Secun-

**A** Secūdus casus est, quādo aliqua Monialis vult exhalare spiritum; de quo dicit Vrbanus, vbi supra immediatè. Sic quoque se habent in animæ commendatione, sed Confessor, & socius, vel socij; prout in præcedenti casu dictum est.

Secūdus casus.

Tertius casus est, cū Abbatissæ, & cōuentui visum fuerit, & petierint, quòd Confessor ad exequias celebrandas debeat introire. Et tūc, modo supradicto, cū duobus socijs intret indutus; & sepulta mortua, cum eis exeat sine mora. Sed si Abbatissa, &

Tertius casus.

**B** Conuētus nō petierint hmoi Ingressum, dicit Papa, vbi supra, quòd nō ingrediatur Claustrū Sacerdos: sed exterius in cappella, quod ad officium pertinet, exequatur. ¶ Circa hoc autem notent Fratres, & aduertāt: si ingrediēdo aliter, aut in maiori numero, euadēt excōmunicationē Papalē, unā cū transgressione suæ Regulæ, si sint Fratres Minores. Nec sufficit pro excusatione cōsuetudo contraria, quæ in aliquibus fortè uiget: quia est abusus, cū careat cōditionibus requisitis ad hoc, ut cōsuetudo vim legis habeat, & deroget legi iustæ, ac rationabili, & p̄ maiori parte obseruata: præsertim à Religiosis probis, & doctis suæ Regulæ obseruatoribus.

Expositio.

**C** Quartus casus est, si necesse fuerit, ut ingrediantur aliqui ad aperiendā sepulturā, seu postmodū coaptandā; & Abbatissæ, & Conuentui visum fuerit hoc expediens, propter imbecillitatē Sororū. Quo casu dicit Vrbanus, vbi supra: sit Sacerdoti, vel alicui alij ad hoc idoneo, & honesto, cū vno socio, vel duobus, dicitum introire. Et hoc peracto, exeant sine mora.

Quartus casus.

Præfati quatuor casus habentur 7. cap. secundæ Regulæ S. Clare, fo. 285. tracta. 3. & fo. 295. tracta. 2. & supra. §. 6.

Pro Confessoribus, seu Vicariis.

**E** Notandum, quòd ultra quatuor prædictos casus, sunt etiam nonnulli alij casus, in quibus Confessores, seu Vicarij Monialium S. Clare ingredi possunt Claustrā Monasteriorum, quibus deputati sunt, scilicet, pro exercendo ipsorum Monasteriorum opere, vel illis conseruandis ab incendio, seu à latronibus defendendis; ut habetur supra, §. 3. ac prout declaratur infra, casu sexto. Item causa celebrandi Missam Monialibus grauitè infirmantibus; ut patet supra. §. ultimo. Et insuper causa renouationis Sacramenti. Nam ex quo Clemens VII. concessit, quòd possunt habere Sacramentum in Ecclesia interiori, ut habetur supra: Eucharistia. §. 2. & infra casu 12. indirectè visus est cōcedere Ingressū ad consecrandum, aut renouandum Sacramentum. In nullo verò alio casu reperitur

Ggg concef-

concessus Ingressus præfatis Confessoribus, seu Vicarijs. Et A idcirco Reuerendissimus Pater-Frater Franciscus Angelorum cum esset Minister Generalis in suis præmonitionibus, seu auisamentis, extra præfatos casus, distinctè prohibuit Ingressum, vel potius declarauit prohibitum.

Quintus casus.

Quintus casus est, quòd Medicus causa multum gravis infirmitatis, & Minutor, cum necessitas exegerit, possiat ingredi. Qui tamen non absq; duobus socijs de Familia Monasterij introducantur: nec ab inuicem intra Monasterium separen- B tur. Hæc Urbanus præfatus. ¶ Circa hoc tamen nunc habetur Concessio Sixti IV. vt loco duorum familiarium prædictorum, sufficiat, quòd Medicus, & Minutor à duabus, vel tribus Monialibus antiquis associetur: vt habetur supra, §. 24.

Expositio.

Quoad hunc casum oportet aduertere, quòd cum Papa dicat, quòd Medicus possit ingredi causa multum grauis infirmitatis; quòd pro leuibus infirmitatibus, ut quartana, vel alijs malis dispositionibus, seu causa visitationis, nec Medicus, nec Confessor possunt ingredi. Et quando Medicus causa multum grauis infirmitatis ingreditur, non potest cum ipso Ingressi famulus suus, aut alia persona: nisi prout in Regula, & Concessione Sixti continetur. Item ad hoc, ut Minutor possit ingredi, oportet, quòd prius per Medicum determinetur expedire, aut necessarium fore. Vel si aliqua Monialis haberet in consuetudine minuendi se aliquoties, debet fieri præuio assensu Abbatissæ cum consilio discretarum Conuen- D tus.

Sextus casus

Sextus casus est, occasione incendij, vel ruinæ, aut alterius periculi, seu dispendij, vel pro tuendis à violentia quorumlibet Monasterium, aut personas.

Expositio.

Circa hunc casum est notandum, quòd cum Regula non de claret, seu specificet quantum, aut quale debeat esse periculum, seu dispendium, ratione cuius liceat ingredi Clausuram, determinari debet arbitrio Abbatissæ, & discretarum Conuen- E tus. Vt autem magis innotescat huiusmodi casus, sequentibus exemplis elucidabitur.

Primum exemplum. Aliquis malefactor fugit ad Monasterium Monialium. Moniales verò propter suam honestatem uolunt illum eicere foras, & non sufficiunt earum vires, tunc poterunt intromittere tot seculares, quot sufficiant, vel opus sint ad illius expulsionem. Qui poterunt impune, ac licite ingredi.

- A** gredi. Item aliud exemplum. Quædam vidua intrat Religionem Monialium, & post ingressum inuenitur, quod remansit prægnans de viro suo. Venit tempus partus, talis poterit parere intra clausuram Monasterij, sicut posset curari ab alia infirmitate, ac per consequens posset ingredi obstetrix, prout ingreditur Medicus. ¶ Tertium exemplum. Si fortè tam grâdis contentio, & discordia foret inter aliquas ex Monialibus, quod aliæ Moniales non possent eas pacificare, timereturque
- B** mors, aut aliquod magnum damnum. Vel si fortè aliqua inuaderetur, & vexaretur à spiritibus malignis, & aliæ Moniales non possent eam recolligere, nec impedire à nocementis inferendis; possent tunc ingredi illi, qui necessarij essent ad apponendum remedium in ijs, & consimilibus. ¶ Quantû verò ad alium casum, scilicet, tueri eas ab aliqua violentia, pôt sic exemplificari. Si accideret, quod aliqua desponsata ante cõsummationem matrimonij ingrederetur Religionẽ, & Spon-
- C** sus ante professionem attentaret per vim extrahere illam, & Moniales non possent resistere, tunc licitè possent ingredi oës illi, qui ad resistendum huiusmodi violentiæ essent necessarij: Non tamen ad obuiandum reformationi, seu correctioni ipsarum Monialium. ¶ Quoad incendium autem, necnon quoad
- D** alia in præfato casu contenta, est summè aduertendum, & notandum, quod huiusmodi Concessio non extenditur ad Fratres Minores, quia est generalis; & ipsi, iuxta suam Regulam, indigent Concessione speciali. quæ, respectu Fratrum huiusmodi obsequijs Monialium deputatorum duntaxat, facta est per Gregorium IX. vt habetur supra, s. 3. Quapropter reliqui Fratres Minores non possunt in prædicto casu ingredi Clausuram: nisi extrema necessitate instante; utpote quando non est sufficiens copia aliarum personarum; quæ in tali casu possint, & velint succurrere; prout inferius magis declaratur.

Septim<sup>us</sup> casus est, cum pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra Monasterium fieri non potest, necessitas exegerit introire. Hoc est, cum necesse est facere aliquid opus interius, & ad faciendum illud non sufficiunt Moniales, nec potest fieri exterius. ¶ Huiusmodi casus habet locum, quando aliqua res nimium ponderosa defertur ad Monasterium, nec posset introduci à Monialibus dâdo illam à foris, nec posset diuidi in partes, vt sic partita intromitteretur. Tunc enim posset ingredi, qui ad hoc esset necessarius. Sed quia

Nota.

Septim<sup>us</sup> casus.

Expositio.



Regula non dicit, quòd, ingredienti pro opere exercendo, A  
 adiungatur socius, debet Ingredi solus: nisi fortè socius ad  
 idem opus esset necessarius. Videtur etiam circa præfatum  
 casum, quòd, quemadmodum secularis potest Ingredi pro ope  
 re exercendo, similiter Fratres deputati ad seruitium Monia  
 lium Ingredi possunt ad dandum ordinem, & industriam in  
 opere faciendo. Et quòd, si iidem Fratres deputati seruitio  
 Monialium fuerint artifices idonei, poterunt Ingredi ad labo  
 randum in tali opere, etiam si inuenirètur artifices seculares: B  
 Fratres tamen non deputati ad seruitium Monialium, quãuis  
 sint artifices, non poterunt Ingredi, quia pro ipsis non habe  
 tur licentia specialis, prout requiritur. Et, quando artifex  
 fuerit secularis, debet Ingredi absque socio, vt supradictam  
 est: quia Regula illum non concedit. Ita quòd nec Confessor,  
 seu Vicarius, nec aliquis sociorum eius poterit Ingredi cum  
 huiusmodi seculari, nisi opus esset, vt dictum est, ad dandum  
 ordinem, & industriam in opere faciendo. Licet autem de ri  
 gore literæ Regulæ Monialiũ prædictarũ, videatur, quòd Fra  
 ter Minor, si fuerit artifex illius operis, possit Ingredi, sicut se  
 cularis: tñ hoc nõ est cõforme intentioni eiusdẽ literæ; nec per  
 consequens debet fieri: quia, cum de mente constat, verborum  
 qualitas non debet attendi, ut est vulgatum in Iure. C

Octauus ca  
 sus.

Expositio.

Octauus casus est, si quis de Sanctæ Ecclesiæ Cardinalibus  
 ad aliquod Monasterium huiusmodi Religionis aliquando ve  
 nerit, intra Clausuram Ingredi voluerit. Qui cum reueren  
 tia quidem est suscipiendus: rogandus tamen, vt cum paucis  
 socijs ingrediatur. ¶ Istud, secundum aliquos, est intelligen  
 dum de Cardinalibus Protectoribus solùm: nihilominus ta  
 men videtur certum, quòd absolutè intelligi debeat de qui  
 buslibet Cardinalibus, quamuis Protectores nõ sint huiusmo  
 di Ordinis Sanctæ Claræ.

Nonus ca  
 sus.

Expositio.

Nonus casus est, de quo dicitur in præfata Regula: Liceat  
 quoque Generali Ministro Ordinis Fratrum Minorum, quãdo E  
 ibidẽ celebrare voluerit, vel proponere Sororibus verbũ Dei,  
 cũ quatuor, vel quinque Fratribus ipsius Ordinis, intra Clau  
 suram Ingredi Monasterij, si quando ei videbitur expedire.  
 Hęc Vrbanus. ¶ Circa hoc est aduertendũ, quòd nullus alius  
 Prælatus Ecclesiasticus, vel Religiosus, etiam si sit nostri Or  
 dinis, potest Ingredi præfatum Clausuram, nisi vt inferius sub  
 dicitur in Regula, verbis subsequentibus. ¶ Alius aut prælatus

(cui

**A** (cui aliquādo fortè de licentia Sedis Apostolicæ, vel dicti Cardinalis intrare licuerit) duobus, vel tribus tantum religiosis & honestis socijs sit contentus.

Decimus casus est, quòd, si fortè pro consecratione, vel benedictione Sororum, vel in alio modo concessum fuerit Epò alicui Missam interius celebrare aliquando, quā paucioribus, & honestioribus socijs sit còtentus, & ministris. ¶ Quoad istum casum est notandum, quòd Episcopis non potest dari præfata

Decimus casus.

Expositio.

**B** licentia, nisi per Summum Pontificem, & non per alium inferiorem, etiam si vocati essent ad conferendum Sacramentum confirmationis aliquibus Monialibus. Ob quam causam nec ipsæ Moniales egredi possunt Clausuram, absq; speciali licentia Papæ.

Præfati sex casus ultimi continentur in Regula per Urbanum IV. edita cap. 7. Et habetur fo. 288. tracta. 3. & ffo. 297. tracta. 2. & supra. §. 7.

**C** Undecimus casus ponitur in eadem Regula cap. 24. & habetur fo. 290. tracta. 3. & ffo. 298. tracta. 2. dicendo, quòd Visitatores Monialium possint ingredi ad tenendum Capitulum Visitationis, vel aliquid simile, tangens suum officium, quod de foris nequit fieri. Et tunc cum duobus Religiosis, ac idoneis, idest exemplaribus socijs, & non cum pluribus debet ingredi. Qui videlicet socij simul maneant, & dum fuerint intra Clausuram, ab inuicem nullatenus separentur. Hęc Urbanus.

Undecimus casus.

**D** ¶ Sciendum circa hoc, quòd virtute huius facultatis, & hoc titulo solum ingrediuntur his temporibus nostri Prouinciales Ministri in Monasterijs Sanctæ Claræ suarum Prouinciarum; super quæ habent gubernationem commissam à Papa. Et similiter Commissarij, quos ipsi Ministri Prouinciales, aut Generalis mittunt suo nomine ad visitandum Moniales.

Expositio.

Notandum, quòd hic non facimus mentionem licentiæ, quæ Nicolaus V. dedit seruitricibus Monialium ad ingrediendum

Collector.

**E** Clausuram, quando requisitæ, seu vocatæ essent ab Abbatisa, cum consilio discretarum &c. vt habetur supra. §. 19. Hoc enim non reperitur fuisse in vsu, nec per consequens creditur esse acceptatum. Et dato casu, quòd huiusmodi Concessio esset in vsu, & acceptata foret, reuocata tñ est per prouisionem Leonis suprapositam. §. 28.

In supradictis ergo casibus concessum est per Urbanum IV. posse ingredi Clausuram Monasteriorum Sanctæ Claræ. Verum

tamen cum ista sit Concessio generalis, quæ non sufficit pro A  
 Fratribus Minoribus, pro quibus requiritur specialis; ut pa-  
 tet ex textu suæ Regulæ, non possunt virtute illius ingredi præ-  
 fatam Clausuram. Idcirco dubium est qua facultate Visita-  
 tores, & Fratres deputati ad seruitium Monialium possunt in-  
 gredi Clausuram? Ad hoc respondetur, quòd Vrbanus præfa-  
 tus sciens, quòd alia via erat circa hoc prouisum, non speci-  
 ficauit amplius, sed solùm concessit, quòd Commissio facta  
 pro Monasterijs Primæ Regulæ Sanctæ Claræ extenderetur, B  
 seu cõmunicaretur Monasterijs secundæ Regulæ, prout in pro-  
 logo dictæ Regulæ Urbani continetur, fo. 283. tracta. 3. & ffo.  
 293. tracta. 2. Concesserat autem Gregorius IX. quòd Visita-  
 tores, & Capellani, seu Confessores Monialium sanctæ Claræ  
 essent Fratres Minores. Ac per consequens visus est concede-  
 re omne, quod necessarium erat ad executionem suorum offi-  
 ciorum Visitationibus ad visitandum, & Cõfessoribus, alijsq;  
 Fratribus ad seruitium Monialium deputatis in casibus cer- C  
 tis, & determinatis; prout habetur supra. s. idest. Et in vlti-  
 mo capitulo primæ Regulæ Sanctæ Claræ dicitur, quòd pro cõ-  
 fessione infirmarum; quæ ad loquutorium ire non possunt, ac  
 pro communicandis eisdem, & pro extrema vnctione, & ani-  
 mæ recommendatione, liceat Confessori cum socio introire,  
 vt habetur, fo. 283. tracta. 3. & ffo. 293. tracta. 2.

Duodecim<sup>o</sup>  
casus.

Duodecimus casus potest assignari, ad renouandum Sacra-  
 mentum tempore consueto. Et hoc virtute Concessionis Cle D  
 mentis VII. quæ habetur in dictione Eucharistia. s. 2.

Collector.

Sed circa suprascripta est notandum, quòd Protectores, cum  
 essent principales Prelati Monialium, disposuerunt de Visita-  
 tione illarum, alijsq; rebus gubernationem ipsarum concer-  
 nentibus, illa quæ suis temporibus visa sunt expedire, exten-  
 dendo, aut restringendo auctoritatem suorum Commissariorũ  
 ad libitum suum, & fortè non curando de ijs, quæ Gregorius  
 IX. statuerat; vt supra positum est. Inter quos Protectores suc- E  
 cessit vnus dominus Matthæus appellatus; qui volens se exo-  
 nerare ab huiusmodi cura Monialium, subdelegauit guber-  
 nationem ipsarum Genenali, & Prouincialibus Ministris, dā-  
 do illis quandam Commissionem. Et quia visum est ei postea  
 Commissionem illam esse diminutam in aliquibus, dedit aliã  
 in supplementum illius; ut habetur fo. 33. & 34. & 35. tracta. 1.  
 vbi concessit ea, quæ in huiusmodi Commissionibus continen-  
 tur.

- A** tur. Quo Protectore defuncto, expirauerunt illæ Commiffio- Nota.  
nes. Et quia iam nullius erant valoris, non sunt positæ in se-  
cunda imprefione libri Monumenta Ordinis nuncupati: li-  
cèt per inaduertentiam, atq; errorem positæ sunt in prima im-  
prefione eiuſdem libri. Ex quo fequentum eſt, quòd aliqui de-  
cepti ſunt, credendo, quòd præfata Cómiffiones manebant in  
priſtino vigore, atq; volendo ſe iuuare illis, & adducendo eas  
ad ſuum propositum; præfertim quidam bonus Pater in quodã  
**B** libello, ſeu tractatu, quem circa huiuſmodi materiam edidit.  
Et idem iudicium eſt de commiffionibus, & conceſſionibus  
alterius Protectoris, qui dicebatur Philippus; prout habetur  
in quadam tabula Priuilegiorum per Fratrem Ioannem Ierni-  
gon editam, qui etiam deceptus eſt, credendo, quòd poſt mor-  
tem eius durarent Commiffiones, & Conceſſiones per illum  
factæ. Quòd autem per mortem Protectoris expirauerint il-  
læ ſuæ Commiffiones, patèt, quia ſecùdum Iura, per mortè de-  
**C** legantis expirat delegatio. Item, quia licèt ille Protector ad-  
huc uiueret; Martinus V. Papa reuocauit illas, auferendo au-  
ctoritatem, & poteſtatem à Protectoribus in hoc caſu; vt ha-  
betur ſupra. §. 13. Quapropter ab huiuſmodi commiffionibus  
& alijs conſimilibus per nonnullos Protectores factis, cau-  
endum eſt poſt illorum obitum. ¶ Item eſt notandũ, quòd Pro-  
tectores, qui præfato domino Matthæo ſucceſſerunt, noluerunt  
facere Prælatis Ordinis conſimiles commiffiones, aut Prælati  
**D** noluerunt eas accipere de manu illorum. quapropter Sùmi  
Pontifices, fortè artedentes, quòd prouifione Protectorum,  
ſuarumq; cômiffionum, minus bene gubernabantur Monia-  
les, volentes apponere remedium in hoc, commiferunt onus  
gubernationis earum Ordini noſtro Minorum, ſeu Prælatis  
eius in generali, & aliquorum Monasteriorum, per Commiſ-  
ſiones, ſeu Prouiſiones ſpeciales. Taliter, quòd Auctoritas,  
quam Ordo noſter habet nunc ſuper huiuſmodi Moniales, non  
**E** dependet à Protectore, ſed immediatè à Papa. Et ſic cùm no-  
ſter Ordo habeat hanc ſpecialem Commiſſionem à Sede A-  
poſtolica, habent Viſitatores, & Fratres deputati ſeruitio Mo-  
nialium licentiam ſpecialem ad ingrediendum Clauſuram in  
certis caſibus, conformiter ad Regulam noſtrã: quamuis præ-  
fata licentia Gregorij IX. non præceſſiſſet. Ita quòd per vnã  
uiam, & aliam, Viſitatores, & Fratres deputati obſequijs hu-  
iuſmodi Monialium, poſſunt (abſq; ſcrupulo) ingredi Clauſu-  
ram

ram suorum Monasteriorum in casibus per Gregorium IX. A  
 specificatis; vt supra patuit. ¶ Circa supradicta tamen, & in-  
 ferius dicenda, oportet aduertere, quòd post prefatam Con-  
 cessionem Gregorij IX. & sufficientem specificationem casuū,  
 in quibus Fratres Mino. licitè possunt ingredi Clausuram Mo-  
 nasteriorum huiusmodi, aliqui Summi Pontifices ampliauerūt  
 prædicta, concedendo ingressum in alijs casibus; vt patet su-  
 pra in concessionibus Bonifacij VIII. §. 11. & Nicolai V. §. 19.  
 & Alexandri VI. §. 26. Quas tamen Concessionem, & quaslibet B  
 consimiles, Leo X. renouauit, & annullauit: quia aliqui fortè  
 illis abutebantur, vt patet supra. §. 28. Ita quòd solum manent  
 in tuo vigore Concessionem Gregorij IX. & Urbani IV. necnò  
 illè, què post datam Breuis prefati Leonis reperiuntur factæ;  
 prout sunt tres, quas idem Leo anno Domini 1517. oraculo vi-  
 uæ vocis fecit, quæ habentur etiã supra in tribus vltimis Cõ-  
 cessionibus dictionis Ingressi &c. ¶ Notandum est insuper  
 circa omnes casus supradictos, in quibus conceditur posse in- C  
 gredi Clausuram, quòd sunt respectu Monasteriorum Sanctæ  
 Claræ: ultimo duntaxat excepto, scilicet sup. §. 31. Quapropter  
 si Fratres Mino. habuerint gubernationem Monasteriorum  
 Monialium aliorum Ordinum, attendant ad Auctoritatè, quæ  
 ipsis conceditur in Regula, & Priuilegijs ipsarum. Nam, licèt  
 sit Minister Generalis, non potest ingredi Clausuram Mona-  
 sterij religiosarum alterius Ordinis, absque speciali licentia  
 Papæ. Idcirco oportet bene aspicere Regulam, & Priuilegia D  
 talium Monialium, nè limites excedendo, quos sancti Patres  
 posuerunt, transgressores sui voti efficiantur. Quod, ne acci-  
 dat alicui, aduertat ad resolutionem sequentem.

Resolutio  
 notabilis.

Tandè resolutio huius materiæ est, quòd nullus Frater Mi-  
 potest ingredi (absq; transgressione suæ Regulæ) in Monaste-  
 ria Monialium cuiuscunque Religionis, exceptis Ministro  
 Generali, ac Visitatoribus, & Fratribus deputatis seruitio  
 Monialium Sanctæ Claræ, in casibus supradictis; & eo modo, E  
 quo in ipsis continetur, atq; in prefatis tribus per Leonè cõ-  
 celsis. Idcirco ingredi ad dandum Velum, seu ad videndum  
 solatas, seu infirmas, aut Confessor accipiens occasionem in-  
 trandi ob renouationem Sacramenti, vt aliquem Fratrem in-  
 troducat secum; cū tamen secundum veritatè tūc non sit tem-  
 pus, in quo deberet hoc fieri, vel sub colore edificiorum, seu  
 alicuius

- A** alicuius operis exercendi, non habendo illud pro fine principali; aut carendo arte, & industria ad dandum ordinē in hoc, vel quando non est neceſſe, quòd Fratres dent talem industriā, & ordinem: quia ſufficiunt artifices ſeculares, aut Moniales; ſeu quādo abſq; rationabili timore defectus poteſt à foris ſufficienter dari forma, & industria, aut ſub quibuſcunq; alijs inuentionibus, fictionibus, fraudibus, cautelis, coloribus, ſeu excuſationibus, quamuis foret in caſibus alijs conſeſſis, nullo tenore licet.
- B** Omnia enim huiusmodi ſunt clarè prohibita per Regulam noſtram, & Summos Pontifices. Et quia, vt dicitur in Clemētina Exiui de Paradifo, de verborum ſign. vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſſè non conceditur, intelligitur denegatum.

Ultra omnia ſupradicta, ſunt duo notanda, propter ſcrupuloſos, circa huiusmodi materiam. Primū eſt, quòd licet intrans Clauſuram præſatam cum licentia ſufficienti (prout in

Pro ſcrupuloſis.

- C** caſibus conſeſſis per Regulam, ſuperius expreſſis, ſeu alijs) debeat exire ſtatim finito negotio, pro quo ingreſſus ē: quāuis tamen aliquantulum demoretur, vel ſe detineat: dum tamen non ſit corrupta intentione, ſed quadam curioſitate circueat Officinas, aut loquatur cum aliquibus Monialibus, non propterea incurrit aliquam Centuram, nec peccat mortaliter. Verū tamen, ſi corrupta intentione faceret ſupradicta, non excuſaretur à peccato mortali, & ab incurſu Cenſurarum.

- D** Alterum notandum eſt, quòd exceptis Viſitatoribus, & Fratribus deputatis ad obſequium Monialium, nullus Frater propter aliquam cauſam poteſt ingredi Clauſuram huiusmodi, niſi in caſu extremæ neceſſitatis. Vt exempli gratia. Si aliqua Monialis eſſet propinqua morti, & non aſſet Confefſor, qui illam audiret in Confefſione, aut in defectum ſocij. Tunc. n. poſſet alius Sacerdos introire, vel Confefſor accipere alium ſocium, ceſſante tamen fraude.

- E** **S**ECUNDÒ principaliter circa huiusmodi materiā ingreſſus Monasterium Monialium eſt ſciendum, & notandum, quòd aliqui arbitrati ſunt prohibitionem ſupradictam nō extendi ad Monasteria Tertiariarum, allegando, quòd Tertiarię non ſunt, nec vocantur Moniales, ac per conſequeſ nō includi ſub prohibitione Regulę, quę dicit. Fratres non ingrediuntur Monasteria Monacharum, &c. Et licet contrarium ſit veritas tam manifeſta, quòd nulla indigeat probatione: tamē,

Secundū notabile.  
De Monasteriis tertij Ordinis.

vt ob-

vt obstruantur ora loquentium iniqua; probabitur huiusmo- A  
 di veritas; excludeturq; contraria falsitas euidenter. Pro  
 cuius declaratione, & probatione supponitur, quòd modus vi-  
 uendi Tertiariorù à Patre nostro Fráncisco institutus, non fuit  
 pro viris, aut fœminis religiosis, qui deberêt viuere collegia-  
 liter, seu in congregatione, vel in communi. Pro talibus .n.  
 iam ipse ordinauerat duas Regulas, scilicet, Minorum pro vi-  
 ris, & Sanctæ Claræ pro fœminis. Sed tertiam Regulam, seu  
 modum viuendi instituit pro existentibus in suis proprijs do- B  
 mibus, etiam si essent, ac manerêt coniugati: prout dicit glo-  
 sa in Clementina. Cùm ex eo, de sententia excommunicationis.  
 Et tales propriè non erant, nec dicebantur Religiosi, aut  
 Fratres, vel Sorores: sed solùm continentis, vel pœnitentes,  
 seu Tertiarij, vel Tertiariæ, aut Bizocæ; vt in Italia; seu Bea-  
 ta, vt in Hispania. Ideo de talibus dicunt Doctores: præser-  
 tim glo. in Clementina primâ de Religiosis domibus, & in su-  
 pradictâ Clementina Cùm ex eo, quòd Sorores Minorum, C  
 quæ dicuntur tertij Ordinis: licêt promittant obediētiam, nō  
 habent Regulam propriè dictam quoad tria substantialia: sed  
 quendam modum viuendi per Sedem Apostolicâ approbatū.  
 Et iste tertius Ordo, etiam pro viuentibus in coniugio ma-  
 ribus, & fœminis adinuentus est: immo principaliter pro ta-  
 libus. Et habent professi proprium in singulari. Et potius  
 est modus viuendi, quàm propriè dicatur Regula. Est tamen  
 approbatus per Nicolaum IV. Sed quia non vouent tria sub- D  
 stantialia: quæ sunt in Religione, non est propriè Ordo. Et  
 Abbas in cap. Causam, de iudicijs, dicit. Isti de tertio Ordine  
 Sancti Francisci, appellantur Fratres, & Sorores in Clemen-  
 na Cum ex eo: de sententia excommunicationis: sed non sim-  
 pliciter, sed de Pœnitentia. Et in Concilio Lateranensi ce-  
 lebrato anno Domini 1516. in quadam determinatione factâ  
 circa huiusmodi Tertiarios, qui collegialiter non viuunt, no-  
 minantur Fratres, & Sorores tertij Ordinis; vt habetur ffo. E  
 26. Igitur ingredi Domus Tertiariarum huiusmodi, quæ in cō-  
 muni non viuunt, sed in proprijs, vel particularibus domibus  
 suis, non est Ingredi Monasteria; nec per consequens, sic in-  
 trans, transgreditur Regulam; secundùm declarationes Gre-  
 gorij IX. & Nicolai III. Sed quia postea Sedes Apostolica de-  
 dit Tertiarijs facultatem collegialiter viuendi; illis qui sic in  
 cōmuni viuere vellent, multiq; ex ipsis posuerunt se in con-  
 grega-

- A** gregatione. Sixtus IV. informatus, quòd tales faciebant tria Vota essentialia Religionis solenniter in manibus suorum Superiorum, & coram suo Collegio, vel Congregatione, declaravit, seu concessit, quòd huiusmodi votum in omnibus, & per omnia haberet eundem effectum, & vigorem, quem habet in quacunq; aliarum Religionum per Ecclesiam approbatarum; vt habetur fo. 33. tracta. 2. Et ffo. 117. conce. 256. ¶ Cum ergo post præfatam Declarationem, seu Concessionem Sixti III. fœ
- B** minæ profitentes solenniter Tertiam Regulam Sancti Patris Nostri Francisci, & Collegialiter, seu in communi viuètes, sint verè, ac propriè Religiosæ: sequitur clarissimè, atq; euidenter, quòd eandem prohibitionem habent Fratres Min. circa Ingressum Monasteriorum, seu habitationum prædictarû Tertiariarum, & accessum ad loca exteriora, vbi seculares communiter accedunt, sicut habent erga alia Monasteria quarumcûq; Monacharum, vel Religiosarum. Et in hoc non potest du
- C** bitare, nisi qui vult claudere oculos intellectus, nolens intelligere, vt bene agat. Sed ad ampliorem abundantiam, immo super abundantiam, Eugenius IV. volens (aliquibus proteruis ac excelsiuè affectis, seu deuotis erga Tertiarias huiusmodi) penitus amouere causam altercandi amplius in hoc, statuit, quòd in omnibus Tertij Ordinis Sororum, & Monialiû Collegijs, Fratres Mino. de accessu & Ingressu sic se habeant, sicut seruatur in Monasterijs Sanctæ Claræ, vt habetur supra, §. 17.
- D** Quid clarius, aut euidentius queri, & inueniri potest? ¶ Sed adhuc fortè contra prædicta insurget aliquis, dicendo, non esse prohibitum Ingressum Monasteriorum huiusmodi Tertiariarum, quia in quodam Breui Leonis X. supraposito post. §. 29. sic continetur. Et pariter ad Tertiarias in Congregatione viuètes, ad quas accedere licet prohibitum non sit &c. Verûtamè sic dicentes, grauiter errant, & ad pauca respicientes, de facili paralogizantur. Præfata namque verba posita sunt in relatione, aut supplicatione dicti Breuis à supplicante, qui hoc præsupponebat tanquam verum, cum tamen esset falsum. Falsitas autem huius præsuppositi patet, tam ex Regula nostra benè ponderata, quam ex declarationibus eius, præsertim ex determinatione Eugenij IV. superius posita. Ac per consequens, præfatû Breue Leonis est subrepticium, & nullius valoris, quoad Concessionem fundatam super præfatam relationem. Idcirco indubitatè tenendum est, quòd nulli Fratres Minores, quacunq;



cunque Prælatione fungantur, possunt magis Ingressi Mona- A  
 steria Tertiariarum collegialiter viuentium, quamuis non  
 seruent Clausuram, quam Monasteria Sanctæ Claræ. Ad quod  
 etiam facit Ordinatio præfati Leonis, contenta in Regula  
 noua; quia ipse edidit pro huiusmodi Tertiarijs, vbi cap.  
 8. dicit, quòd Visitator visitet quolibet anno semel tantum  
 quamlibet Domum, cum præsentia Seniorum; & quòd, facta  
 Visitatione, non intret Officinas, nec alia interiora Soro-  
 rum. Nec similiter possunt Prælati, seu Visitatores pro ta- B  
 libus Monasterijs, aliquibus personis licentiam ad ingre-  
 diendum concedere. Ac propterea illud, quod in præfato Bre-  
 ui Leonis dicitur, scilicet, quòd in Capitulis generalibus, &  
 prouincialibus prouideatur de modo intrandi ad Tertiarias,  
 &c. nihil penitus operatur, quia fundatur super præfata re-  
 latione falsa, scilicet, quòd non sit prohibitus Ingressus Mo-  
 nasteriorum Tertiariarum. ¶ Ad corroborationem autem C  
 prædictorum, est notandum, & ponderandum, quòd Euge-  
 nius in Ordinatione superius adducta, Tertiarias in com-  
 muni viuentes, appellauit Moniales. Ex quo apparet, quòd  
 non sunt tales illæ, quæ in vulgari Hispano dicuntur Beatæ:  
 sed Beatæ sunt, vel possunt, aut debent dici illæ scemina, non  
 conjugatæ; quæ (vt vulgariter dicitur) Toman toca por  
 amor de Dios; idest accipiunt velum, seu cooperimentum ca-  
 pitis lineum, quo non vtuntur communiter coniugatæ, nec  
 domicellæ, aut scemina seculares solutæ, & remanent in suis D  
 domibus, & facultatibus temporalibus, siue sint coniugatæ,  
 seu viduæ, siue non. Ex defectu autem huius intelligentiæ,  
 ac distinctionis præfate, habuit originem error asserentium,  
 non esse prohibitum Ingressum ad Clausuram Tertiariarum  
 collegialiter viuentium, dicendo, quòd tales non erant Mona-  
 chæ, nec Religiosæ, sed Beatæ, æquiparando collegialiter vi-  
 uentes, his, quæ manent in suis proprijs domibus, & facul-  
 tatibus téporalibus, sicuti aliæ personæ seculares. Talis erat E  
 quidam Frater Minor, qui in Capitulo generali celebrato An-  
 tuerpia, in Prouincia Coloniæ, seu Alemanix inferioris, per-  
 tinaciter altercabatur circa hoc, nolens assentire præfate ve-  
 ritati manifestæ, quousq; in pleno Capitulo generali fuit pro-  
 positum, & declaratum, vt supradictum est; habendo hoc pro  
 tam manifesto, ac euidenti, quòd noluerunt adducere aliam  
 probationem ad hoc, nisi Regulam, & declarationes eius. Et  
 verè

**A** verè sic est, quòd totum reliquum hic adductum, potest dici superfluum intelligenti suam professionem, & nolenti proteruire.

**T**ertium notandum est, quòd prohibitio ingressus Monasteriorum Monialium comprehendit generaliter omnia, & singula Monasteria, seu habitationes, vel domus quorumlibet foeminarum religiosarum collegialiter, vel in communi viuentium. Dubitatum est autem hoc tempore Gregorij IX. Tertium notabile.

**B** Ad quòd respondit ipse in declaratione, quam edidit super Regulam Fratrum Mino. præmittendo sequentia verba: Cum ex longa familiaritate, quam idem Confessor. s. Sanctus Franciscus nobiscum habuit, plenius nouerimus intentionem ipsius, & in condendo prædictam Regulam, & obtinendo confirmationem ipsius per Sedem Apostolicam, sibi astiterimus, dū adhuc essemus in minoiori officio constituti &c. Nos utiq; generaliter (cū regula nullum excipiat) dicimus esse prohibi-

**C** bitum de quarumlibet Cœnobijs Monialium; vt habetur supra. s. primo. Et notandum, quòd præfatus Summus Pontifex, vt amoueret occasionem alterius gloriæ, aut interpretationis; hoc est ne aliquis diceret: Ista non sunt Monasteria: & ista sunt Monasteria: non posuit Dicimus esse prohibitum de quarumlibet Monasterijs, sed de quarumlibet Cœnobijs. Cœnobium autem est communis habitatio ad simul habitandum, & conuiuendum, vel commanendum. Vnde etiam quatuor

**D** Magistri expositores eiusdem Regulæ, non potuerūt amplius, nec aliter dicere, nisi quòd generaliter erat obseruandum, sicut præfata declaratio Papæ dicebat; vt habetur, fo. 22. tracta. 3. & fo. 24. tracta. 2. Et Sanctus Bonauentura dicit in declaratione eiusdem Regulæ, Hæc inhibitio, de omnibus Monialium domibus intelligitur. Vbi enim est maius periculum colloquij, ibi prudentius obuietur. Ipsæ autem Moniales Sancti Damiani, vel Sanctæ Claræ, præ cæteris mulieribus ab humanis consortijs excluduntur. Licet ergo in frequentatione earum posset oriri periculum, propter quandam familiaritate Fratrum Minor. & propter hoc sit licentia adeundi talia loca Sedi Apostolicæ reseruata: tamen quia aliæ Moniales se amplius exponunt humanis colloquijs, quàm illæ, necesse est, vt illud mandatum ad omnes Monachas referatur, secundum expositionem Domini Gregorij. Et sicut Monachi sunt non solum collegiati, verum etiam solitarij, sic & Monachæ, & Moniales

**E**

niales intelligendæ sunt, non solum collegiata, verum etiam A  
 inclusa, & quæ solitariam vitam agunt. Et hæc etiam sunt vitæ  
 dæ, sicut collegiata, propter maius periculum solitudinis; ex  
 tenore præcepti, vt existimo, præcedentis, habetur fo. 43. tra-  
 cta. 3. & ffo. 44. tracta. 2. Et Hugo de digna in sua solenni decla-  
 ratione Regulæ dicit. Nullum Monacharum Cœnobium pro-  
 hibitio excipit generalis. Omnes autem mulieres commu-  
 niter viuentes, & regularem vitam canonicè profitentes, Mo-  
 nachæ dici possunt. Et Monasterium est, vbi Regularium con- B  
 gregatio residet personarum. Congregationem duæ, vel tres  
 (vt volunt) personæ constituunt. Monasterium autem non fa-  
 cit domorum ambitio, sed continua Regularium habitatio per-  
 sonarum, ecclesiasticis maximè, seu diuinis officijs deditarū.  
 Ob hoc Fratres discreti, omnem libenter Monialium locum  
 vitant, Qui cauet laqueos, securus est. Sæpe vbi Congregatio  
 minor, ibi suspitio maior consistit; & maioris peccati oportu-  
 nitatem ipsa solitudo ministrat. Habetur fo. 73. tracta. 3. & C  
 ffo. 75. tracta. 2. ¶ Sed quia post supradictam declarationem  
 Gregorij IX. Innocentius IV. & Alexander IV. deuiauerunt  
 aliquantulum à præfata declaratione Gregorij: Nicolaus III.  
 in sua solenni declaratione super Regulam nostram edita, quæ  
 nunc principaliter habemus, & qua vtimur; & in qua quicquid  
 boni erat in alijs declarationibus, cõtinetur; & minus bonum,  
 seu malum in præcedentibus contentum, reuocatur; inseruit,  
 & ad literam posuit illudmet, quod Gregorius in sua declara- D  
 tione dixerat; vt habetur supra. §. 10. ¶ Sed aduertendum,  
 quod aliqui in isto passu faciebant quandam ridiculosam obie-  
 ctionem, dicendo, quod Regula solum prohibet Fratribus  
 Minor. nè ingrediantur Monasteria Monacharum, & quod  
 Monachæ, seu Moniales dicuntur illæ, quæ institutæ sunt per  
 Ordinem Monachorum, seu per institutores Ordinum Mona-  
 chalium; prout sunt illæ, quæ dicuntur Sancti Basilij, Benedi-  
 cti, aut Bernardi, &c. sicut apparet per antiqua decreta, quæ E  
 de hac materia loquuntur. Vnde inferebant, quod in Mona-  
 sterijs talium Monacharum solum erat prohibitus ingressus  
 Fratribus Minoribus, & quod in Monasterijs fœminarum re-  
 ligiosarum aliorum Ordinum non Monachalium erat licitus  
 ingressus. Ita quod secundum istam vanam argumetationem,  
 non erat prohibitus per Regulam nostram ingressus Monaste-  
 riorum S. Clare, nec aliarum Religiosarum Ordinum Men-  
 dican-

- A** dicantium: quia secundum strictam nominum significationem, primè dicuntur Machæ, reliquæ verò appellantur Sorores; ut patet in Regula S. Clare, & alijs Regulis Mendicantium. Attamen cū iam Ecclesia declarauerit debere intelligi de quarumlibet Cœnobijs, non meretur prædicta obiectio responsionem aliam, nisi quærere à faciente illam, si credit quòd Papa habuit potestatem ad declarandum hoc modo supradictò? Et cū quilibet ratione vtens nequeat negare istud, manet conclusum nostrum propositum, absq; vltiori altercatione. Verumtamen ad maiorem abundantiam, & superabundantiam, omiſſis præfatis declarationibus, ostendetur qualiter adhuc per nostram Regulam intellectam, secundum Ius commune, prohibitio nè Fratres ingrediantur Monasteria Monacharum intelligitur generaliter de quibuslibet scæminis Religiosis. Nam, licèt sit certum, quòd ista nomina Monacha, seu Monialis à principio imposita sunt solis scæminis Religiosis Ordinū
- C** Monachalium: quia tunc nõ erant alię Religiones præter Monachales: quæ sub gubernatione sua haberent scæminas Religiosas: tamen postquam aliij Ordines, præsertim Mendicantium instituti sunt: quamuis scæminæ Religiosæ, sub eorum gubernatione existentes, acceperunt pro peculiari, seu proprio nomine vocari Sorores, non tamen præter hoc renunciauerunt nomini antiquo .s. Monacharum: immo fuerunt, & sunt hoc nomine vtræque nuncupatę, absque vlla differentia. Nam,
- D** vt in plurimum, sic nominantur in iure communi: & in Bullis Summorum Pontificum; & in libris iurisperitorū. Vnde Abbas, in c. Causamq; de electione, dicit, quòd ista nomina Sorores, & Moniales, sunt synonyma, hoc est idem importancia, & significancia. Alijsq; varijs in locis Canonistę concorditer hoc idem tenent. Igitur Regula nostra dicens, Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum, noluit aliud dicere, nisi quòd Fratres non ingrediantur habitationes Congregationum scæminarum Religiosarum. Pater namq; Noster Sanctus Franciscus non curabat de rigore grammaticali significationis nominum, seu proprietatis verborum; prout nec in similibus est curandum. Aliter enim esset dare legem verbis, & non rebus, quòd nõ patitur ius aliqd, nec ratio naturalis. Cū ergo intentio legislatoris (quando de illa constat) sequi debeat nõ curando de verbis, seu tenore literali, quamuis aliud de rigore significare videatur; vt in c. vltimo, de regulis iuris, li. 6.
- quia

quia ratio legis est, quæ dat illi verum esse; vt in c. Rô de præ- A  
bendis: & cùm constet, quòd intentio, & finis Patris Nostri ac  
legislatorum nostræ Regulæ, in huiusmodi prohibitione, fuit  
amouere periculum, & scandalum, quæ facilliter sequi possunt  
ex conuersatione cum fœminis Religiosis; & ista non minuã-  
tur propter differentiam istorum nominum, vel illorum; siue  
dicantur Monachæ, Moniales, Sorores, Dominæ, Pauperes,  
Sancti Damiani, vel Tertiariæ, seu quorumcunq; nomine nun-  
cupentur, fœminæ existentes in Congregatione Religiosa: no- B  
tum est, quòd in omnibus illis habet locum prohibitio supra-  
dicta Regulæ quoad Fratres Mino. quamuis Ecclesia istud  
non declarasset, vt dictum est.

Quantum  
notabile.

Quantum & vltimum notandum circa præfatam materiã  
est, quòd Prælati sub quorum gubernatione Monia-  
les Sanctæ Claræ existunt, non possunt dare licentiã  
personis secularibus, Ecclesiasticis, vel Religiosis, tam viris  
quàm fœminis, vt ingredi possint Clausuram Monasteriorum C  
huiusmodi Monialium, absq; Sedis Apostolicæ licentiã, seu au-  
ctoritate speciali, denuò obtenta. Hoc patet sic. Nam, si Præla-  
ti habentes gubernationem Monialium Sanctæ Claræ, possent  
dare licentiã personis secularibus & c. ingrediendi Monaste-  
ria huiusmodi: hoc maximè esset, quia Iulius II. concessit,  
quòd Pronuinciales Fratrum Mino. habeant eandem potesta-  
tem, & Facultatem circa Moniales Sanctæ Claræ illorum cu-  
ræ commissas, quam Vrbanus IV. in Regula earundem Mo- D  
nialium commisit Protectori dicti Ordinis; vt habetur ff. 72.  
In Regula autem præfata. c. 18. sic habetur: De ingressu per-  
sonarum in Monasterium, firmiter, ac districtè præcipimus, vt  
nulla vnquam Abbatissa, vel eius Sorores aliquam personam  
Religiosam, vel secularem, aut cuiuslibet dignitatis in Mona-  
sterij Clausuram intrinsecam intrare permittant: nec omni-  
no alicui liceat, nisi quibus concessum à Sede Apostolica fue-  
rit, vel à Cardinali, cui fuerit Sororum Ordo commissus. Hac E  
Vrbanus. Sed virtute huius Concessionis non possunt præfa-  
tam licentiã dare, vt probabitur: igitur & c. Hoc patet pri-  
mò: quia auctoritas supradicta concessa Protectori, quoad  
præfatum casum, reuocata est per Martinum V. vt habetur  
supra. s. 13. ¶ De personis autem exceptis in constitutioni-  
bus Benedicti 12. de quibus Vrbanus facit mentionem vbi su-  
pra, dicitur c. 30. earundem constitutionum. Nulli Regulari,  
vel

**A** vel laicę personę, &c. vt habetur supra, s. 12. Itaq; voluit Martinus dicere, quod licet in Regula Sanctę Clarę per Urbanũ edita concessum esset Protectori Ordinis, posse dare licentiã intrandi Monasteria prædicta: tamen, quod de cætero, nec Protector, nec Generalis Minister, nec multò minus Prouinciales Ministri, aut Visitatores possint dare licentiam huiusmodi alicui personę cuiuscunque status fuerit, absq; Sedis Apostolicę licentiã speciali. ¶ Sed adhuc fortè instabit aliquis tenentium oppositum, dicens: quod, cum Concessio Iulij facta sit post supradictam reuocationem Martini, viuificata est per huiusmodi Concessionem Iulij Concessio Urbani, facta Protectori ad hoc, vt Prouinciales Fratrum Min. possint illa vti. Ad quod respondetur, istud non obstare: quod Concessio Iulij fuit subreptitia quoad hunc casum, & per consequens, nullius valoris. Nã in supplicatione non fuerunt expressa aliqua, quę si exprimerentur non esset fortè concessa. s. quod prædicta potestas, & facultas Protectoris per Urbanum concessa, erat reuocata per Martinum. Si enim hoc fuisset expressum, non est veri-simile, quod Iulius concessisset generaliter, & absolute, prout concessit. Et facit ad hoc illud, quod idem Iulius in quadam Bulla, quę habetur fo. 43. tracta. 2. & fo. 126. declarauit, dicens, quod per confirmationem Priuilegiorum per Sixtum IV. factam, ac eorundem Priuilegiorum nouam Concessionem, Per hæc verba de nouo concedimus, solummodò esse confirmata, & de nouo concessa Priuilegia Ordini concessa; & aliã non reuocata. Igitur cum Concessio Urbani esset reuocata per Martinum, non intenderet Iulius viuificare illam, si constaret sibi de reuocatione præfata. Et quod non constiterit præfato Iulio de huiusmodi reuocatione, patet etiam ex hoc, quia in derogationibus, seu nõ obstantijs in fine positis, vt moris est, nullam penitus fecit mentionem prædictę reuocationis, prout in similibus secundum stylum Curię Romanę fieri solet, dicendo, Non obstantibus talibus, & talibus literis Apostolicis. ¶ Item dato casu, quod præfatę literę Iulij non essent subreptitię; prout secundum veritatem sunt; vt supra probatum est: tamen adhuc videntur non sufficere ad licentiãdũ personas seculares, vel quascunque alias pro ingressu prædicto, si bene cõsiderentur, & ponderentur verba in Concessione Iulij posita; quę talia sunt. Vt circa prædictas Sorores. s. S. Clarę, illa potestas, seu facultas, prædictis Vicarijs Prouin-

cialib<sup>9</sup> per præfatas literas Apostolicas cõseatur esse cõmissa, A  
 quæ per præfatũ Urbanũ prædecessorẽ, qui prædictã Regulam  
 confirmavit, & approbavit, in eadem Regula Protectoribus  
 eiusdẽ Ordinis cõmissa fuit auctoritate Apostolica, tenore præ  
 sentiũ declaramus. Ponderãdũ est, quod dicit in principio Cõ  
 cessionis. Ut circa Sorores prædictas illa potestas, &c. Non. n.  
 dixit absolutẽ, ac generaliter circa Sorores, earũq; Monaste  
 ria, &c. Nec specificavit aliquid de ingressu Clausurę: nec mi  
 nus de potestate dandi licentiam aliquibus psonis pro ingres  
 su huiusmodi; sicut in similibus fieri solet, ac debet. ¶ Tandẽ  
 apparet veritas supradicta ex hoc, quod, cũ pbatiores, ac do  
 ctiores Patres Religionis haberent istud pro certissimo, & in  
 dubitabili, ac proteruire nolẽtes, Reuerẽdissimus Pater Fra  
 ter Franciscus Angelorũ, dũ esset Generalis Minister, obtinuit  
 à Clemẽte VII. anno Dñi 1526. p gratia speciali, facultatẽ, vt  
 posset dare licentiã mulierib<sup>9</sup> viduis, & honestis ad ingrediẽdũ  
 Monast. S. Clarę. Quę facultas illi cõcessa, & licentiã virtutes il  
 li<sup>9</sup> datę, solũmodo durauerũt quãdiu tẽpus sui officij duravit. C  
 Qui verò plenius oĩa supradicta videre voluerit, reperiet in  
 quodã tractatu, Clipeus Sacrarũ Monialiũ, intitulado, p Reue  
 rendum Patrem Fratrem Ioannem de Argomanes clarę me  
 moriã editum. Cui, tanquam doctissimo, ac peritissimo, indu  
 bia fides adhibenda est.

ANNOTATIO CORDVBÆ. D

Pro sociis p  
 latorum in  
 gredientiũ.



Notandum  
 quod pro  
 infrascriptis  
 declarationi  
 bus Cordu  
 bę, quoad  
 hęc materiã  
 intrãdi, &c.  
 quid nũc sit  
 obseruãdũ, e  
 videre in se  
 quẽũ nostra  
 annotat. Ca  
 puccini.

¶ *Quoad tit. Ingredi. s. 6. & 7. & quoad primum notandum, ubi Collector dicit, quod, si plures Fratres socij intrant cum Prelatis, aut Confessoribus, quã ibi assignantur in Regula Sanctę Clarę in casibus ibi expressis, peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem. Notavit quidam pater in huiusmodi satis eruditus, quod, cessante fraude, Fratres socij intrantes cum Prelato, vel Visitatore, aut Confessore de licentia Prouincia- E  
 lis, seu Prelati habentis curam Monialium, in casibus, in quibus Prelatus, vel Visitator, aut Confessor intrare licitẽ potest (de cuius oppo-  
 sito talibus Fratribus socijs non constat) non incurrunt ipsi, neque ali-  
 quis eorum excommunicationem, aut mortale peccatum propter talem  
 ingressum, et si in maiori numero intrẽt socij, quã in Regula cõtinetur.*

*Ratio, quia in dicta Regula Sanctę Clarę per Urbanum Quartum edita, in Rubri. seu capit. 7. 18. & 24. ubi de his agitur, non imponitur sub præ-*

- A** Sub præcepto obligatorie aliquibus taxatio de hoc numero sociorum prædictorum; sed sub consilio, aut statuto expediente, secundum rationabilem taxationem illam iam factam per ipsam Regulam; quod patet ex verbis Regula ipsius, ubi solum dicit, quod liceat cum tot socijs intrare, vel quod cum tot sit contentus, &c. ubi videtur relinquere id curialitati, & prudentiæ Prælati intrantis, ut cum honesta, & decenti societate intret in casibus concessis. Alioquin sequeretur, quod similiter obligatorie imponeret Regula ipsis Prælati, aut Visitatoribus alia omnia, quæ ibi dicuntur, puta quod legat, & exponat eis Regulam, & alia eiusmodi ibi contenta; & per consequens peccaret mortaliter, & incurreret excommunicationem intrando ad uisitandum, vel ad alia concessa; nisi seruaret modum, & conditiones ibi præfixas, legendo Regulam, aut diuertendo ad alia loca, aut moram faciendo, aut loquendo, &c. Cuius oppositum Collector, quoad hoc, in fine primi notabilis pro scrupulosi bene notauit, & ex ipsa ratione, & practicata consuetudine proborum virorum, patet: quia non censetur incurrere mortale, aut excommunicationem, qui talem modum in prædictis omittit: ergo solum est obligatio prædictis, ad intrandum non nisi cum honesta, & decenti societate in casibus sibi concessis. Ideo intrantes socij plures cum prædictis Prælati sine dolo, ut dictum est, non incurrunt mortale, nec excommunicationem: quod autem quis mandato facit iudicis (& per consequens uocatus, aut licentiatu à Prælati ad id) iam sine dolo facere videtur; ut habetur de Reg. iuris lib. 6.

**D** Ultra prædicta, etiam ad maiorem confirmationem dictorum, notandum, quod id, quod habetur in dicta Regula Sanctæ Claræ, Rubric. 18. (alius autem Prælatu, cui aliquando &c.) ut habetur sup. in Comp. tit. Ingredi. s. 7. non videtur intelligendum de Prælati nostri Ordinis, sed de alijs; tum quia, cum Papa, ibi immediate superius loquutus fuisset de Ministr. Gen. nostri Ord. videtur consequenter, quod dicturus erat (alius autem Prælatu eiusdem Ord. cui alijs, &c.) vel quid simile, non autem sic absolute (alius autem Prælatu, cui, &c.) tum etiam, quia si de Ministris Pronincialibus, aut Visitatoribus Monialium id intelligeretur, iam, cum in Rubric. 24. non detur licentia pluribus, quam duobus socijs intromittendis, in Rubr. autem 18. hoc extendatur ad tres socios, videtur certè contradictio, aut magna inconuenientia; quod non est admittendum. Ergo relinquitur ex dictis, quod nostri Prælati, non tenentur, nisi cum decenti, & honesta societate intrare in casibus concessis, ut dict. est, virtute Reg. S. Clare. Hæc ille Pater: sed virtute Eugenij IV. prohibitionis credo quod incurritur peccatum mortale, & excommunicatio, si plures intrarent; ut ait Collector; & sic habet



practica communis, & hoc vt tutius ego tenerem.

Quoad .s. 11. vbi ponitur Concessio Bonifacii Octaui, & dicit Col-  
lector, quod iam est reuocata per Leo. X. ffff. 17. quam ipse Col-  
lector ponit inferius .s. 28. Tu dic, quod solum est reuocata præ-  
fata Concessio Bonifacii Octaui quoad Monasterium Monialium  
Sanctæ Claræ, non quoad Monasteria aliarum Monialium: quia  
Leo x. sic reuocauit, solum quoad Monasteria Sanctæ Claræ, vt pa-  
tet infra .s. 28.

Quoad .s. 13. vbi ponitur restrictio licentię facta à Domino Marti-  
no V. Protectoribus, & Minist. Generali. An similiter nunc restri-  
cta sit in nostris Minist. Generalibus, & Prouincialibus? latius videat-  
ur infra. in annotatione quarta notabilis Compendij, in fine huius tituli  
de Progressu ad Monasteria Monialium.

Quoad .s. 14. vbi ponitur Concessio Bonif. IX. Notandum, quod idē  
Bonif. ibidem ante prædicta verba immediatē, sic præmiserat, dicens:  
Nullus Secularis, aut Regularis, aliquod Monasterium Sororum præ-  
diclarum, scilicet, sub cura dicti Ordinis Prædicatorum Commissarum,  
nisi in quantum eorum, seu earum Constitutiones id patiuntur, vel de  
Sedis Apostolicę, aut Ministri Generalis eiusdem Ordinis licentia spe-  
ciali, intrare, aut aliqua Sororum inde exire, quoquo modo presumat.  
Cõtrarium verò facientes, similis excommunicationis sententia, à qua,  
præterquam per Sedem, vel Ministrum memoratos, aut per aliquem  
ex dictis Fratribus, cui Minister prædictus id commiserit, absolui non  
possunt, volumus subiaccere, hæc ibi. & immediatē sequuntur verba,  
quę hic Collector ponit, Quod si quis infra Clausuram &c. & nescio, D  
quare Collector omisit illa, quę magis ad rem facere uidentur. Et no-  
tandum, quod nos Fratres Min. uirtute huius concessionis Bonif. IX. nõ  
possimus intrare præfata Monasteria Monialium S. Dominici, de qui-  
bus ibi agitur, etiam in casibus contentis in Statutis ipsarum, quamuis  
alijs possint intrare. Et ratio est, quia ista Concessio, est generalis pro  
omnibus Christianis; & pro nobis Fratribus Min. requiritur, quod sit  
specialis pro nostro Ordine, propter Regulę nostrę prohibitionem, ut  
etiam ait concordans Collector in hoc tit. in 1. notabili, in exposi-  
tione 6. & 7. casus. Et in annotatione super idem facta, quę habe-  
tur hic infra.

Quoad .s. 15. vbi Eugenius IV. sub excõmunicatione ipso facto Pa-  
pæ reseruata, prohibet ingressum omnibus Christianis ad Monast. S. Cla-  
ræ, &c. Hic uidentur tria dubia examinanda. Quorum 1. est utrum nos  
Fratres Min. incurramus excõmunicationē, intrãdo Clausurã Monia-  
liũ S. Claræ, S. Dominici & Cõceptionis? Respon. simpliciter, quod sic.

Et de

- A** Et de ingressu ad Monast. S. Domi. patet per Bonif. IX. fffo. 120. vt proximè posita est. §. 14. De ingressu autem ad Monast. Monialium S. Clare, patet per Greg. IX. folio 4. ff. 132. Et latius per Eug. 4. aggrauatur folio 52. ff. 49. vt habetur in Cöp. in hoc tit. §. 2. & in hoc. §. 15. & referunt sum. Ros. tit. Excommunicatio 1. Excommunicatio 26. & Sum. Sil. Excommunicatio 7. casu 51. & habetur in Spec. ffff. 11. De ingressu verò, ad Monast. Monialium Conceptionis, patet per Iulium II. in Regula ipsarum, c. 9. vt habetur hic in Compend. post titulos alphabeticos priuileg. ibi Iulius II. excommunicauit ipso facto, omnes ingredienti, & etiam ipsas Moniales admittentes intra ipsa Monast. aliter, quàm ibi in ipsarum Reg. disponitur. Et hæc excommunicatio nulli reseruatur. Ideo Confessor ordinarius potest absoluerè, & sic patet intentum. Ex quibus patet, quòd solum Moniales Conceptionis admittentes aliquos intra Clausuram, aliter quàm in earum Reg. conceditur, sunt excommunicatæ. Alia autem Moniales aliorum Ordinum admittentes, non sunt excommunicatæ, quia eas Papa non excommunicat, vbi sup. aut alibi. Neq. participant in crimine, cum iam excommunicato intrante, quamuis participant in crimine cum nondum excommunicato intrante, dum intrat, vt de his latius Sum. Ros. tit. excommunicatio 1. excommunicatione 17. §. 1. quamuis Florent. in suo Defecerunt, vbi de interrogationibus Religiosorum agit, dicat, quòd omnes Moniales intromittentes, seu admittentes aliquem intra Clausuram, etiam cum ipsis intrantibus, excommunicantur, tanquam participantes cum eis in crimine. Contra supradicta aliquis dicet, quòd iam
- D** nos Frat. Minor. non ligamur illa excommunicatione Greg. IX. Nec illa Eug. IV. & per consequens, nec illa Bonif. IX. supra posita, nec aliorum prædecessorum ante Six. IV. quoad hoc, & ratio eius esse videtur quia Six. IV. reuocauit, & abstulit omnes censuras, & pœnas spirituales quascunq. impositas, à quibuscunq. etiam à Papa, in nos Frat. Minor. vltra, seu præter nostram Reg. qualis est præfata excommunicatio, quæ non continetur in nostra Reg. Ideo videretur, quòd solum ligamur sub censura posita per eius successorem Iulium II. quoad ingressum Monast. Conceptionis, non autem censuris prædecessorum suorum. Sed cerè ista opinio nullo modo videtur vera: & ratio est, quia dato, quòd prædict. priuileg. Six. IV. intelligatur reuocare, & tollere Statuta, & Declarationes, etiam Papæ, ligantes nos ad censuras vltra, seu præter Reg. & quidem probabiliter satis, vt patebit infra tit. Statuta §. 1. in his annotationibus; tamen adhuc, præfatum Priuileg. Six. sic intellectum, non facit pro eo, ad suum propositum, quia præfatum Priuilegium Six. loquitur expressè, & intelligitur reuocare, &

An Fratres  
Minores  
possint in-  
trare in Mo-  
nast. S. Cla-  
re, S. Dom.  
& Concep

Obiectio.

Responsio.

Intellectus  
Priuilegii  
Six. IV.

tollere Constitutiones, & Declara. à quibuscunq; editas &c. non qui- A  
dem generaliter editas pro omnibus Christianis, aut pro omnibus Re-  
ligiosis; sed editas specialiter pro nostro Ordine tantum, vt apertè di-  
citur in eo Priuileg. vbi dicitur, ex Statutis, seu Consuetudinibus, vel  
Declarationibus ipsius Ordinis &c. notandum, ly. ipsius Ordinis idest in  
ipso Ordine factis, vt glossat Collector Compendij tit. Statuta, vel po-  
tius, ipsius Ordinis. i. pro ipso tantum Ordine specialiter factis, quomodo-  
libet, & à quibuscunq;. Item presatum Priuileg. Six. IV. intelligitur cū  
aliam limitationem, ibidem immediatè subsequenter expressa .s. nisi tales B  
essent casus, vel excessus, qui diuina lege, seu precepto vere Ecclesia,  
meritò inducerent ad mortale; ergo cum supradictę prohibitiones, &  
excommunicationes Greg. IX. Eug. IV. Bonifac. IX. sint generales,  
pro omnibus Christ. & per Ecclesiam approbatę, sequitur, quòd non  
reuocantur, nec tolluntur per predictum Priuilegium Six. IV. Alio-  
qui, eadem ratione deberet dicere, quòd non ligamur prohibitionibus,  
& excommunicationibus in numeris alijs Papalibus, generaliter con- C  
tra omnes Christianos, seu Religiosos latis à iure: vt potè, contra percus-  
sores clericorum: contra falsantes literas Apost. contra participantes  
cum excommunicatis: Contra incendiarios; Contra effractores Eccle-  
siarum: Contra symoniacos in ord. &c. Contra facientes libellos famo-  
sos &c. Contra detinentes Apostatas aliorum, vel nostri Ord. Contra  
dispensantes in v. votis. Contra Religiosos ministrates. Eucha. Contra  
Religiosos inducentes ad pœnitendum de electione sepulturę, &c. Con-  
tra nos Fratres Minor. recipientes temp. Interdicti quasdam persona s  
non priuileg. Contra Fratres Min. apost. seu transcentes ad aliam Relig. D  
non concessam; quia hec omnia sunt preter, uel ultra Regulam nostram,  
quę magis quàm prohibitio, & excommunicatio Papalis: contra in-  
trantes monast. S. Clare & S. Dominici, ut patet. ergo quoad hoc pri-  
mum dubium, dicamus, quòd manent in suo uigore illę prohibitiones;  
et excommunicationes presatę omnes, nec sunt reuocatę ullo modo per  
Six. IV. ut dictum est.

Intran' o in  
Monast. Ter-  
tiarum an  
incurratur  
in Escom.  
Respon.

Secundum dubium est, vtrum nos Frat. Min. incurramus excommu-  
nicationem, intrando Monast. Religiosarum Tertiariarum nostri Ord. ? & E  
ratio dubij est, quia Eug. IV. folio 46. fff. 42. dixit, quòd Fratres om-  
nes nostri Ord. ita se haberent cum Monast. presatarum Tertiariarum,  
sicut cum Monast. S. Clare. Respondet ad hoc spec. fff. 10. quòd aliqui  
dicunt, quòd non, quia illud de Eug. quoad excommunicationem, potest  
intelligi de Tertiarijs Collegialiter uiuentibus, & seruantibus Clausu-  
ram, hec ibi. Sed certè indistinctè uidetur, quòd non incurritur pręsa-  
ta excommunicatio, intrando carum Monast. etiam si seruēt clausuram.

Ratio

**A** Ratio, quia ibi Eug. IV. solum dicit, quod nos habeamus eodem modo & c. & nullam insuper infligit excommunicationem, neq; dicit, quod sub eisdem penis, ergo solum obligamur sub illo mandato Papæ, ad faciendum ex parte nostra, seu ad habendum nos quoad ingressum & c. & non obligamur ad patiendum aliquam excommunicationem, que ibi non imponitur: Tanto magis (& est alia ratio) quod illud Privilegium Eug. IV. solum loquitur cum ultramon. ut de hoc latius dicetur infra, in annotatione sup. 2. notabile Collectoris.

**B** Tertium dubium, utrum incurramus excommunicationem intrando alia Monasteria Monialium à supradictis? Respondeo, quod nulla excommunicatio reperitur nunc à iure communi, seu à Papa contra intrantes alia Monasteria à prædictis. Ideo eam non incurrimus; quamvis peccemus mortaliter contra Regulam, & contra prohibitionem Papæ & c. ut hoc etiam habetur in Spec. fff. 110. sed si esset excommunicatio aliqua lata per Statuta synodalia, seu per Diocesanos in suis synodis (sicut nunc per Statuta Cardinalis Sanctæ Sabine, que

**C** extenduntur ad totum Regnum Castellæ, est excommunicatio ipso facto lata, contra omnes quoscunque intrantes quecunque Monasteria, quarumcunque; Monialium, saltem inclusarum) dicit Dominus Florentinus in suo defecerunt, ubi supra in 1, dubio habetur, quod sic, maxime si malo animo, seu si causa turpiter agendi intraremus: & videtur concordare Serena conscient. quest. 87. Secus si causa boni intraremus. Sed saluo meliori iudicio, mihi videtur, quod ex quacunque causa intremus, non incurrimus talem excommunicationem synodalem, aut Di-

**D** cesani, quamvis peccemus mortaliter, ut dictum est. Ratio, quia sumus omnino exempti ab eis, etiam ratione delicti, seu rei, de qua agitur, ut latius habetur in Compendio tit. exemptio & c. & concordat. Summa Rossel. tit. Missa, §. 20. Dictum autem domini Florentini, locum habet in exemptis quibuscunque; si non sunt etiam exempti ratione delicti. quia tales, ligantur excommunicationibus præfatis Synodalibus, si causa turpiter agendi intrarent; ut hoc etiam ait Summa Rossel. tit. Excommunicatio 1. excommunicat. 26. & illa excommunicatio

**E** Statutorum Cardinalis S. Sabine, iam non valet, per dissuetudinem, & quia est renocata per Six. IV. fff. 102. Igitur resolutorie, quoad omnia tria Dubia dicamus, quod solum intrando Monasteria Sanctæ Clare, Sancti Dominici, & Conceptionis incurrimus excommunicationem ipso facto, & ipsæ Moniales Conceptionis dumtaxat, admittentes aliquem ultra casus, & formam concessam in Regula ipsarum; Intrando autem alia quecunque Monasteria, non incurrimus ullam excommunicationem Papalem, quia nulla talis est: neq; Synodalem,

Utum incuratur Excom. intrando alia Monast.

An subiiciamur statutis & censuris Synodalibus & c.

Et habetur in cōc. Trid.

Resolutio trium supra dictorum dubiorum.

Secus autē est nunc per Pium S. &

Greg. 13. or  
dinatum vt  
infra dice-  
tur in anor.  
nostra Ca-  
pucini.

quia nos ligare non potest. Si autem per nostros Prælatos, aut per no-  
stra Capitula generalia vel Provin. infligeretur excommunicatio, pri-  
que ligemur. Dico 2. quod ab excommunicatione lata per Iulium  
II. ubi sup. contra intrantes Monasteria Conceptionis, potest absol-  
uere quicumque Confessor ordinarius, ex quo nulli reseruatur: sed ab  
excommunicatione lata per Eug. IV. & Bonif. 9. contra intrantes  
Monasteria S. Clare & S. Dominici, possumus nos Fratres Mino. ab-  
soluti, per nostros Min. Gen. & Provinc. & Cust. & per eos, quibus  
ipsi commiserit: quia ab omni casu Papali possunt absolueri, potestate  
ordinaria; quamuis per Priuilegium habita (exceptis à quibusdam ex-  
pressis per Six. IV.) Imò & per Guardianos nostros possumus absolui.  
per Communicationem Priuilegiorum Fratrum Prædicatorum; vt  
latius de his habetur in Compend. tit. Absolut. ordinaria quoad Fra-  
tres. §. 7. §. 13 §. 14. & post §. 40. in 1. & 2. notabili, & in nostris  
his annotationibus sup. tit. Absolut. ord. quoad Fratres. §. 7. & tit.  
Absolut. quoad seculares 2. §. 9. vide de hoc.

Quoad §. 17. ubi ponitur prohibitio Eug. 4. quomodo debeat intel-  
ligi tanquam particularis pro ultramont. tantum facta, uideatur infra  
in his Annotationibus supra 2. notabili Collectoris.

Quoad §. 18. ubi dicit Collector, quod illa Concessio Eug. 4. est iam  
reuocata per Leonē 10. tu dic, quod solum est reuocata per ipsum Leo.  
10. quoad ingressum ad Monasteria S. Clare, non quoad alia; ut infra §.  
28. patebit.

Quoad §. 19. ubi dicit Collector, quod illa Concessio Nic. V. iam est  
reuocata, & c. Tu dic quod nullo modo est reuocata, quod patet. Nam  
per prædecessores suos, Urbanum, Benedictum, Martinum, Eug. non  
reuocatur Concessio successoris huius Nic. V. ut patet, neque etiam re-  
uocatur per successorem Leo. 10. fff. 17. cuius prohibitio ponitur inf. §.  
28. etiam quoad Monast. Sanct. Clare; & ratio est, quia, ut bene di-  
cit quidam Pater satis eruditus, & patet intuenti, præfata prohibitio  
Leonis. 10. facta personis secularibus, non intelligitur, nisi quoad uo-  
lentes intrare ipsa Monasteria Sanctæ Clare, uirtute Confessionalium,  
& huiusmodi Bullarum, seu gratiarum, quas solent persona seculares  
extorquere à Papa, seu quas Papa generaliter concedit, & in graui-  
men ipsarum Monialium, ut patet in præfata prohibitione Leonis 10.  
Non autem intelligitur de his mulieribus seruitricibus Monialium & c.  
quæ pro utilitate Monasterij requisita ab Abbatisis, cum licentia Pro-  
uincialis permittuntur intrare, secundum hanc cōcessionem Nic. V.  
ergo & c.

Quoad §. 20. ubi dicit Collector, quod illa Concessio Pij 2. est omni-  
no re-

**A** no reuocata, quoad intrandum Clausuram quarumcunq; *Monialium*, Tu dic, quòd solùm est reuocata per *Leo. 10.* quoad ingressum ad Clausura Monasteriorum Sanctæ Claræ, non quoad ingressum ad prædicandum, etiam in claustris *Monast. aliorum Monialium*, ad quæ Clausura, seculares cõmuniter intrant, etc. ibi cõceditur, ut patebit infra super s. 28.

Quoad. s. 21. vbi ponitur *Concessio Six. IV.* & remittitur sup. ad tit. *Absolutio* quoad seculares 2. s. 9. videatur ibi, & quod ibi annotatũ est.

**B** Quoad. s. 25. vbi ponitur *Concessio Innoc. VIII.* notandum, quòd si illæ *Moniales* seruientes pestilentiatis, ambulent per domum simul cum alijs *Monialibus* sanis, iam non videtur habere locum hæc *Concessio Innoc. VIII.* ad intrandum quoad illas, quia solùm videtur hoc concedere *Innoc. VIII.* pro illis, quæ stant separatè ab alijs, vt expressè habetur in prædicta *Concessione*.

Quoad. s. 27. notandum, quòd hæc *Cõcessio Alex. VI.* iam est omnino reuocata per *Leo X.* ut infra. s. 28. habetur, & post s. 27. Nota

**C** iterum, quòd *Iulius II.* (vt habetur in eod. *Compendio* post titulos alphabeticos, in *Regula Monialium Conceptionis* cap. 9. folio 23. ait sic. Si verò, aliqua aliter ingrediuntur, tam ingredientes, quàm admittentes, in excommunicationis sententiam incurrant, hæc ibi. & nulli reseruatur præfata excommunicatio.

Quoad. s. 28. vbi dicit *Collector*, quòd per hanc *Prohibitionem Leo. X.* reuocantur omnes *Concessiones* suorum prædecessorum, Tu dic, quòd solùm reuocantur quoad ingressum ad *Monasteria S. Claræ*, non quoad alia; vt expressè loquitur *Leo X.* vt dictum est. Ideò illa *Concessio Bonif. VIII.* quæ habetur. s. 11. Et illa *Eug. IV.* quæ habetur. s. 18. & illa *Pij II.* quæ habetur. s. 20. solùm sunt reuocata, quoad *Monasteria Sanctæ Claræ*; vt in ipsis. §§. notatum est. Illa autem *Concessio Alex. VI.* quæ habetur. s. 27. omnino est reuocata, quia de *Monialibus Sanctæ Claræ* solùm loquitur, Ideo omnino reuocatur; & credo, quòd non possimus ea *Concessione* gaudere quoad *Moniales Conceptionis*, &c. per *Communicationem Priuilegiorum*, quia *Priuilegia* reuocata, non communicantur.

**D** Illa autem *Concessio Innoc. VIII.* quæ habetur. s. 25. nullomodo est reuocata, quia pertinet ad administrationem Sacrorum, quæ per *Regulam* conceditur, sed cum limitatione ibi posita per *Innoc. VIII.* vt ibi notatum est. illa autem *Concessio Nic. V.* quæ habetur. s. 19. nullomodo reuocata est, vt ibi notatum est, per rationes ibi positas. Et similiter non sunt reuocata alia *Concessiones Leo. X.* postea concessæ quæ ibidem paulò inferius habentur. s. 32. s. 33.

Quoad. s. 29. vbi *Collector* dicit, quòd in illa *Concessione Leo. X.* est  
subre-

subreptio, seu falsa relatio, vel error: videatur infra in his annotationibus, ubi de hoc latius in 2. notabili.

Quoad. §. 30. notandum, quod Clem. VII. per quoddam breue, anno Domini 1533. ut dicit quidam Pater fide dignus, dat facultatem Ministr. Generali, & Prouinc. quod auctoritate Apostolica possint prohibere, & mandare quibuscunque personis secularibus, ne vigore quarumcunque facultatum Apostolicarum audeant intrare Monasteria Monialium, promulgantes super hoc quascumque censuras, quodque contra hoc Abbatisse, nec Moniales, nisi de voluntate Prelatorum, valeant aliquem admittere.

Quoad. §. 33. notandum, quod nomine Prelati, qui possunt dare prefatam licentiam, quomodo ibi à Leone X. conceditur, intelliguntur etiã Guardiani, quia sunt verè Prelati, ut supra. titu. Guard. §. 1. notatum est.

Quoad. §. 34. notandum, quod stando in rigore literæ, & limitationum ibi à Leo. X. positarum, ut dicit quidam Pater satis doctus, non videtur, quod Prelatus Superior, de quo ibi agitur, alligatur seruare illas limitationes ibi positas, dummodò sacerdos, & c. sed solùm alligatur alius sacerdos, intrans ad prædictam Missam celebrandam, quia expressè, ipsi tantùm Sacerdoti, ibi imponuntur præfatæ limitationes (dummodò Sacerdos & c.) non autem Prelato, de quo Paulò superius ibidem mentionem fecit Papa. Et notandum, quod ista Concessio, communicatur etiam Monialibus Conceptionis, per Communicationè Priuileg. ut habetur supra in Compend. §. 18. & etiam alijs Monialibus, quibus eadem Priuileg. Sanctæ Claræ communicantur, ut patet.

Declaratur casus, in quibus licet intrare in Monast. Mon.   
 Quoad 1. notabile Collectoris, ubi explicantur casus, in quibus licitum sit intrare Clausuram Monialium Sanctæ Claræ. Et primò, quoad casum 3. qui ponitur eo sol. notand. quod ubi in eo 3. casu dicitur, quod non ingrediatur Claustrum Sacerdos, & c. hoc in 4. ca. u. proximè sequenti, ibidem ampliatur, ut ibidem potest videri. Item quoad eundem 3. casum vid. sup. §. 6. §. 7. Et quoad, 6. casum ibid. ubi Collector tandem, & benè quoad, incendium, & c. exemplificando dicit, quod est licitum in prædictis casibus intrare, non quidem omnibus Fratribus Minoribus, si adsint alij sufficientes ad prouidendum tali periculo, sed solùm Fratribus Mino. deputatis seruitio ipsarum Monialium, & hoc per Concessionè. Gregory VIII. quam ibi Collector allegat. Notandum, quod licet Gregory IX. ibidem id concedat Monialibus Sanctæ Claræ primæ Regule, quæ dicuntur Collectanæ, tamen benè valet etiam, quod Moniales S. Claræ 2. Regule, quæ dicuntur Urbanis, quales sunt omnes serè in Hyspania, quia ipse Urbanus IV. in prologo Regule ipsarum, commu-

- A** communicat illis omnia Privilegia, & Concessionem aliarum Monialium primæ Regula. Et quoad id, quod tandem ibidem ait Collector, quod alij Fratres Min. non possent intrare, nisi in casu extrema necessitatis corporalis, vel spiritualis, notandum, quod ad hoc facit Statutum Cap. gener. Laualis, anno Dom. 1505. celebrari, & habetur in tab. 21. Vic. Gener. vbi sic habetur. Declaratur, quod Fratres nostri non possunt, nec debent intrare interiores officinas quorumlibet Monast. Monialium, Regula prohibente, nisi in articulo extrema necessitatis,
- B** videlicet, si aliqua Monialis moreretur, & quod alius Confessor, pro ea audienda faciliter non possit inueniri, hæc ibi. Et similiter (vt ait Collector in fine totius huius primi notabilis) in defectum socij, tunc Cōfessor possit quemlibet Fratrem Min. pro socio introducere secum, cessante tamen fraude. Et hoc est consonum rationi, quia secundum Hug. 11. cap. Extrema necessitas caret lege, & Leo x. ffff. 17. sup. s. 28. approbanit casus in Regula ipsarum Monialium, & in nostris Constitutionibus contentos, in quibus licitum est intrare. Et quoad 7. casum ibidem, notandum est, quod ubi dicitur, quod pro opere exercendo, quod commodè extra Monasterium fieri non potest, & c. Et ibi Collector exemplificans dicit, quod hoc habet locum, quando aliqua res nimium ponderosa fertur, & c. Adde & tu generaliter dicens, quod hoc habet locum in quocumq; opere edificij, aut refarcimenti, aut plantationis arborum, aut cuiuscunque alterius rei, seu operis intra Monasterium faciendi, quod extra, seu ab extra non potest commodè fieri, aut si opus est industria, seu adiutorio, ita quod ipse Monachæ per se, sine tali adiutorio, vel industria, aut opere nequeunt, aut nesciunt commodè facere, quia si Fratres deputati seruitio earum possent, & scirent facere æque benè, vt seculares, vel si sunt ad id necessarij cum ipsis secularibus, ita quod ab extra non possent id commodè facere, tunc prædicti Fratres deputati, & non alij, possent intrare ad prædicta; quia sine vlla exceptione Gregorius IX. conformiter ad Regulam ipsarum, id concessit solum præfatis deputatis Fratribus, vt pro quocumq; opere, quod commodè, & c. vt habetur in eod. Compend. eod. tit. s. 3. s. 7.
- E** Secundò notandum, quoad ipsum 7. casum, quod in casu prædicto conceditur intrare ad præfata Monasteria; & hoc solum cōceditur Fratribus deputatis seruitio earum, & non alijs, vt patet per Gregorium IX. vbi sup. quia quamuis in Regula Vrbansarum, rubrica 18. vt habetur in Compend. eod. tit. s. 7. id generaliter cōcedatur omnibus Christianis; quia tamen illa Concessio est generalis, non sufficit pro nobis Fratribus Min. pro quibus, ex Regula nostra, requiritur licentia Pape specialis. Papa autem Greg. IX. solum hoc concedit vbi sup. præfatis



tis Fratribus deputatis. Ideo tales, & non alij possent equè bend, ut  
 seculares ingredi, ut dictum est, quoties opus fuerit, ut hoc bend dicit  
 Collector ibidem.

Fratres de-  
 putati qui  
 dicantur.

Tertio quod ad ipsum 7. casum notandum, quod nomine Fratrum de  
 putatorum, intelligitur Frater Confessor, seu Vicarius ipsarum Mo-  
 nialium, & Frater socius eius ad tale officium destinatus. Sed quod ad  
 hoc de socio, dicit quidam Pater satis doctus, & placet mihi, quod ex  
 quo, iam his temporibus socij prædicti ponuntur, & deponuntur quoti-  
 diè, ad libitum per Prouin. vel per Guard. de licentia saltem implici-  
 ta ipsorum Prouin. Ideo quandocunque voluerit, poterit Prouin. vel  
 de eius prædicta licentia Guard. ei assignare quemcumq; socium Fratrem  
 voluerit, ad hoc (dummodo fiat sine fraude) ut in fine huius primi No-  
 tabilis, in resolutione duodecimi casus ait Collector quomodo intelli-  
 gitur sine fraude) & pro tunc ille est deputatus socius ad seruitium  
 Monialium, sicq; quilibet Frater habens industriam ad tale opus, seu  
 etiam non habens eam potest cum prædicto Confessore ipsarum, ut so-  
 cius eius, prædicto modo assignatus a Prouinciali, vel Guardiano, ut  
 dictum est, intrare: quod si sic intellexit Collector, bend quidem, si aut  
 opposito modo intellexit, cum in fine huius 7. casus dixit finaliter, quod  
 hoc nõ est conforme intentioni eiusdem literæ & c. dic quod nimis serui-  
 pulosè loquutus est, nimis literæ adherens, cum in his humanis Consti-  
 tutionibus, potius sit standum Consuetudini, aliàs non culpabili, aut non  
 vitiose, neque peccatum fouenti vlllo modo, sicut & in proposito dictum  
 est, si sine fraude omnia fiant. Sed an similiter quoad hoc possit intel-  
 ligi Min. Prouincialis, vel eius Commissarius habens curam ipsarum  
 Monialium pro magno, vel paruo tempore, ut .s. sit Frater deputatus  
 seruitio earum, ut sic possit intrare in hoc casu, sicut & Vicarius, seu  
 Confessor earum? Videtur quidam patri satis erudito quod sic, ratio  
 eius est, quia seruitium earum, hic accipitur pro administratione seu cu-  
 ra earum, quæ principalis est apud prædictos prælatos, in ibi verò eius sen-  
 tentia placet quidem, sed ratio prædicta non satisfacit, quia quamuis  
 seruitium sit idem quod administratio earum, tamen stado in rigore, &  
 proprietate, seu vsu vocabulorum, Fratres deputati ad tale seruitium earum,  
 nunquam ferè dicuntur prædicti Prælati, Sed solùm Confessor, seu  
 Vicarius earum cum suo socio, ut est facile uidere in omnibus Priuile-  
 giis, & Constitut. ubi dicitur quod Prælati in suis Capitulis constituent  
 deputatos Fratres seruitio earum: & alibi, sæpius Fratres deputati, seu  
 assignati seruitio earum, distinguuntur à prædictis Prælati, ut patet in  
 Constitutionibus generalibus Ordinis cap. 5. & in Priuilegijs Bonif. viij.  
 Innoc. i. v. fol. 32. 34. ff. 201. vbi habetur quod præfati Prælati depu-  
 tent

**A** tent Fratres, qui Monialium prædictarum confessiones audiant, & mo-  
rentur apud eas, & quòd per Prælatos possint visitari, & puniri tales  
deputati, vt habetur in Compendio, tit. Monasteria, §. 5. & §. 6. &  
Leo. 10. fff. 37. vt habetur in eodem Compendio, tit. Moniales, §.  
27. ibi videatur, & alibi sapius. Ergo ratio, qua mihi magis suadet  
prædictam sententiam prædicti Patris, est, quia sic videtur iam consue-  
tudine practicari, qua est optima interpres, & moderatrix legum hu-  
manarum: quàmuis etiam in fauorem tam sententiæ, quàm rationis

**B** prædicti Patris, potest facere Greg. IX. vt habetur in Compendio hoc,  
eo. tit. sup. §. 3. vbi, postquàm generaliter omnibus deputatis seruitio Mo-  
nialium id concessit, proximè post prædicta uerba, ibidem specialiter de  
confessore ipsarum loquitur, concedens, quòd possit intrare pro audien-  
dis confessionibus, & ministrandis sacris, ex quo videtur, quòd in supe-  
rioribus, loquens de Fratribus deputatis seruitio earum, concedens eis,  
quòd possint intrare in casu penitentiæ, & alijs ibi expressis, non solum in  
telligebat Papa de Vicario earum, sed & de omnibus habentibus curam

**C** ipsarum Monialium, cuiusmodi sunt prædicti Prælati principalis;  
vt dicebat prædictus Pater. Ergo quomodocunq; sit, propter hanc,  
vel propter illam rationem, eius sententia mihi placet, vt dictum est.

Quartum quoad ipsum 7. casum, vbi dicit Collector ibidem, quòd ta-  
lis Frater intrans pro opere exercendo; ut dictum est, debet intrare so-  
lus, sine socio alio, nisi fortè idem socius ad idem opus esset; necessarius.  
Notandum, quòd, quàmuis pro seculari possit dici, quòd debet intrare  
solus, si solus potest facere quòd faciendum est, ut ait Collector: tamen

**D** si Religiosus intrat, non debet intrare solus; tum quia ridiculum esset  
sic tam lite rationaliter intelligere; & Regula, ubi loquitur de Confessore,  
seu Prælato, semper dicit, quòd intret sociatus: tum etiam, quia Greg.  
IX. ubi sup; ut habetur §. 3. indistinctè dicit, quod Fratres deputati in-  
trent pro opere exercendo. ergo non solus deputatus Frater, sed simul  
prædicti Fratres deputati. Quoad casum 10. ubi Collector dicit, quòd  
Prælati nostri non possunt Episcopis dare præfatam licentiam, & c. Tu  
dic, quòd quoad Moniales S. Clare tantum, est uerum, quod Collector  
**E** ait, non quoad alias; nam quoad alias, possunt Ministr. General. & Pro-  
vincialis dare præfatam licentiam Episcopis, secundum Priuileg. Eng. IV.  
ut dictum est, & habetur sup. §. 18. & 28. ibi uidetur.

Quoad casum 11. ubi Collector dicit, quòd non facit mentionem de  
Concessione Nic. V. quia non est in usu, & quia est reuocata per Leo.  
10. & c. Tu dic, quòd nullo modo est reuocata per Leo. 10. neque est  
per non usum derogata, sed est ualida. & ego illam sepe uidi practica-  
ri, etiam in Monasterijs Monialium Conceptionis per communicatio-

nem Priuil. ut de his dictum est, sup. §. 19. & §. 28. in his annotationibus. A

Quoad casum 12. ubi Collector dicit duo: primò, quòd Leo. 10. annullauit Concessionem Bonf. VIII. que habentur §. 11. & Nic. V. que habentur §. 19. & alias consimiles. Tu dic, quòd solum quoad Moniales S. Clarae, reuocauit eas: & Concessio Nic. V. nullo modo est reuocata, etiam quoad ipsas Moniales S. Clarae; ut dictum est in eisde §. 11. §. 18. §. 19. §. 20. & §. 28.

Secundò dicit iterum ibidem paulò inferius, resoluendo, quòd prædictæ Concessionem sunt reuocata: tu dic, ut dictum est, quòd non; ut in dictis §. habetur. Et similiter habent locum, & est ualida Concessio Capituli generalis Laualis, quæ supraposita est in annotatione sup. 6. casu in hoc 1. notabili. B

Quoad 2. Notabile, quod ponit Collector, quoad ingressum ad Tertiarias, an sit prohibitus nobis, quoad illam prohibitionem Eug. 1v. quam ibi allegat, prout habetur sup. §. 17. notandum, quòd illa prohibitio Eug. 1v. non potest ualere ad probandum generaliter quod interdicit Collector; quia Eug. 1v. solum pro Ultramon. id prohibuit, quibus & loquebatur, scilicet cum Vicario Generali, eiusq; familia Ultramon. idest Italica, & c. ut patet, ubi dicitur in tui Vicariatus partibus cismon. idest Italicis, & c. & infra. (infra tui Vicariatus terminos, & c.) & infra (tu, & Successores tui, & c.) Ergo, tanquam odiosa, non potest extendi ad nos cismon. præfata prohibitio: & si quis pro parte Collectoris dicat, quòd Moniales, seu Sorores istarum partium Hispaniæ gaudent, utunturq; dispensationibus ibi factis per ipsum Eug. 1v. quòd scilicet non tenentur, nisi ad ieiunia Fratrum; quòdq; Moniales non obligantur ex Regula sub mortali, nisi ad 4. Vota. Quòd ergo, sicut dispensatio eis extenditur, etiam quoad eas extenditur præfata prohibitio, Respondeo uno modo, negando consequentiam: quia prohibitio, tanquam odiosa, non extenditur, neq; communicatur; Concessio autem, seu dispensatio, tanquam favorabilis extenditur, per regulam, Odia restringit, de reg. iur. Alio modo Respon. etiam negando antecedens, dico enim, quòd per illas literas Eug. 1v. non habuerunt Religiosæ harum partium Hispaniæ dispensationes illas immediatè, cum ad ipsas ille literæ non dirigantur: sed per communicationem Priuil. quam fecit Six. 1v. & Innoc. VIII. intra Ultramon. & cismon. Fratres, & Sorores; ut habetur in Compendio, tit. Communicatio Priuil. §. 7. & supra in his annotationibus, eo tit. Communicatio, §. 1. habetur, quia idem Eug. 1v. postea ad supplicationem Fratris Angeli de Bulsena, extendit hanc dispensationem ad omnes Moniales secundæ Regule Sanctæ Clarae, sub

- A** Sub qua uiuunt omnes serè *Moniales* *Hyspanie*; vt patet fff. 257. quòd quidem erat *superuacaneum* si primè litera *Eugenij* tangerent *uniuersaliter* *Fratres* omnes, & *Moniales*: ergo *prafata* *prohibitio* *Eug.* non facit pro *Collectore*, quoad nos *cismon.* vt probatum est. Item *ibidem* eo fo. *Collector* *pertractans* illam *aliam* *Concessionem* *Leo.* 10. fff. 17. de qua paulò *superius*, eo tit. §. 29. egerat, dicit *vtrobiq;* quòd *talis* *Concessio* est *subreptitia*, & *ex falsa* *relatione* *impetrata*, & c. & *ideò* nullius *valoris*, saltem in *conscientia*. Nota hic tria, primū, quòd
- B** in *relatione*, aut *supplicatione* *prædicti* *Priuleg.* habetur fff. 16. quòd non erat nobis *prohibitum* *accedere* ad *Monasteria* *Tertiariarum* in *cōgregatione* *uiuentium*. & quidem hoc *dicitum* est *secundū* *opinionem* *probabilem* *multorum*, quam tenebat ille *Pater*, qui tale *Priulegium* *impetrauit*: nam *alia* est *opinio*, quòd *prafatus* *accessus* ad *omnia* *Monast.* *quarumcunq;* *Religiosarum*, saltem ad *loquendum*, est *prohibitus* nobis per *Regulam*: Et *alia* *opinio* est, quòd non per *Regulam*, sed per *prohibitionem* *Papalem*, seu *Ecclesiasticam* est nobis *specialiter*
- C** *prohibitus* *prafatus* *accessus*; vt de his *latius* *diximus* *supra* in *annotatione*, *supra*, tit. *accedere*, §. 4. & *semper* de *accessu* non de *ingressu* *prædicto*, *dicitur* sunt; vt patet. Igitur si *propter* hoc *dicendum* est *subreptitium*, & *ex falsa* *relatione* *concessum* *prafatum* *Priulegium* *Leo.* 10. quia *scilicet* *tanquam* *certum* *fuit* *relatum* *ipsi* *domino* *Papæ* *id*, quòd *adhuc* *erat* *sub* *opinionem* *probabili*, non *audeo* *asserere*, aut *negare*: & *crederem*, quòd non est *propter* hoc *dicendum* *subreptitium* *priulegium*, neq; *falsa* *relatio* *prædicta*: si non *esset* *tibi* *aliud*, *propter* quòd
- D** *sit* *dicendum* *subreptitium*; quòd an *sit*, an non, *proximè* *dicitur*. *Secundò* *notandum*, quoad *prafatum* *Priuil.* *Leo.* 10. quòd *ibi* *Papa* *Paulò* *inferius* *stringens* *valde* *ingressum* *ad* *interiores* *Officinas* *Monasteriorum* *Monialium* *Sanctæ* *Clare*, *valde* *laxauit* *ingressum* *ad* *Monasteria* *prafatarum* *Tertiariarum* *in* *Congregatione* *uiuentium*, *sub* *Clausura*, *vel* *sine* *Clausura*: nam *concessit*, quòd de *licentia*, seu *mandato* *speciali* *Ministri* *Generalis* *vel* *Prouincialis* *possumus* *intrare*, & *secundū* *quòd* *fuert* *statutum* *in* *nostris* *Capitulis* *generalibus*, & *prouincialibus*;
- E** *sicq;* *videtur*, quòd si non *esset* *aliqua* *subreptio*, iam *possemus*, quoad *Tertiariarias* *tantū*, vti *prafata* *Concessione* *Leonis* 10. quousque *reuocare* *iu*, quia per *ipsam*, quoad hoc, *reuocantur* *omnes* *prohibitiones* *prædecessorum*, etiam *Nic.* 3. de qua *expresse* *in* *prædicto* *priulegio* *Leo.* X. *dicitur*, non *obstan.* *se.* *Rec.* *Nic.* *Papæ.* III. *prædecessoris* *nostri*, quæ *incipit*. *Exiit* *qui* *seminat*, & c. & *conceditur* *licentia* *specialis* *nobis* *modo* *prædicto* *ad* *id*. Et *quidē* *hoc* *cōmuniter* *prædicatur*, quia, s. de *licentia* *Prou.* *ex* *rationabili* *causa* *quacunq;*, *intrant* *Fra-*  
tres

tres cum eo, & sine eo ad Monast. prædictarum Tertiariarum. Sed tan A  
dem tertio notandū, quoad præfatum priuileg. Leo. X. quòd mihi, saluo  
meliori iudicio, videtur tanquam tutius, quòd sit aliquomodo subrepti-  
tium, quoad præfatum ingressum ad Tertiarias, quòdque sit à tali Conces-  
sione cauendum. Ratio est, quia quamuis in relatione expressè dicatur,  
quòd accessus non erat prohibitus nobis ad Tertiarias, credo tamen;  
quòd ibi sub nomine accessus, latè fuit intellectus etiam ingressus ad eas;  
& saltem Papa sic videtur intellexisse, si verba Priuil. ipsius in ipsa re  
latione subsequenter videantur; ubi dicitur (tam propter scandalum, B  
quòd interuenire posset, non sine nota fortè incontinentiæ & c.) quæ in  
conuenientia ex ingressu, non ex solo accessu solent prouenire; sicut &  
de ingressu ad Monasteria S. Clara, paulò superius ibidem fuerant ex-  
plicata, & infra ibidem in Concessione, seu Prouisione, quam fecit  
Papa, quoad ipsas Tertiarias nullam mentionem facit de accessu, sed  
de ingressu, ut dictum est. Ex quo videtur, quòd ipse sic de ingressu ad  
eas specialiter intellexerat, quando in relatione ei dictum est, quòd ta  
lis accessus ad eas non erat nobis prohibitus: & per consequens falsum C  
est dicere, quòd accedere largè sumptum pro ingredi ad Monast. Tertia-  
riarum, seu aliarum quarumcunque, non sit, aut non erat nobis prohibi-  
tus. constat enim ex Regul. & Declarationibus, esse nobis prohibitum;  
vt hic benè probat Collector. Ideò, quoad hoc, non videtur valida hæc  
Concessio Leo. 10. Et facit ad hoc, quòd postea idem Leo. 10. in Regu  
la Tertiariarum ipsarum in Congregatione viuientium, seruantium,  
vel non seruantium Clausuram, in cap. 8. statuit, ut hic refert Colle-  
ctor. Ideò quoad hoc credo, vt tutius, standum esse sententiæ Collecto- D  
ris, quòd, scilicet, nobis ex Regula, & ex Prohibitionibus Papalibus  
& Ecclesiæ prohibitus est ingressus ad Monast. Religiosarum Tertia-  
riarum quarumcunque in Congregatione viuientium, etiam non ser-  
uantium Clausuram. Nisi in casibus, quos concedunt Statuta nostra,  
& secundum alias Concessiones speciales Pontificum supradictorum  
non reuocatas; vt habetur in Compend. & in his Annotationibus di-  
ctum est. Si quis autem voluerit opinari, quòd præfatum Priuileg. E  
Leo. 10. non sit subreptitium, quòdque virtute eius conceditur nobis,  
licentia Prouincial. posse intrare Monasteria Tertiariarum, abundet  
vnusquisque in suo sensu, & suæ conscientiæ prouideat; & fortè ad id  
facit id, quòd habetur Statutum in tab. Capituli generalis Radulphi  
anno Domini 1488. celebrati, vbi sic habetur, Sorores tria Vota Re-  
ligionis publicè promittentes, & in communi, more Religiosarum, vi-  
uentes, taliter includantur, quòd uiris, quibuscunque; ad Officinas inte-  
riores earum accedendi facultas non pateat, absque rationabili causa, &  
canoni-

- A** canonica, per Prouincialem iudicanda. Fratres verò, quouis quæsito colore, ad dictas Sorores, contra præscriptam formam, scienter non accedant, sub pœna priuationis actuum legitimorum, hæc ibi. Sed, vt dixi, prima opinio mihi videtur tutior, vt dictum est: quamuis per consuetudinem hæc secunda opinio habeat vim, & non sit damnanda; & fortè sufficit prædicta Consuetudo ad interpretandum prædictum Priuilegium Leonis, quòd non sit subreptitium, sed validum; vt dicit ista secunda opinio, contra Collectorem.
- B** Quoad tertium notabile, vbi Collector dicit f. 105. dicit ex Bonau. quòd, sicut Monachi sunt non solum collegiati, verum etiam solitarij, sic & Monachæ, & Moniales intelligendæ sunt, &c. Notandum, quòd videtur aliquibus, quòd stando in rigore literæ Reg. nostræ, & Declarationum eius, non habeat verum id, quòd dictum est; & ratio est, quia in Reg. & Declarationibus solum prohibetur nobis ingressus ad Monasteria Monacharum, ut patet. ergo, quamuis ratione scandalali, aut periculi, vel suspicionis, prohibeatur alio iure, & alio præcepto Regule, ingredi talia loca solitiarum, non tamen prohibetur ex vi illius præcepti de non intrando Monasteria Monacharum, quòd solum agit de Cœnobijs, aut Monasterijs Monialium, non de alijs locis. ergo, propter hoc, sic videtur aliquibus. Sed his non obstan. videtur bene posse saluari dictum Bonauent. quia, quamuis ita sit, quòd, s. ingressus ad talia loca interiora habitationum Monacharum Religiosarum verarum solitiarum non prohibetur per Papam, vel per Ecclesiam, vbi sup. neq; talia loca ingrediendo incurritur excõicat. inflicta contra
- D** intrantes Monasteria Monacharum. tamen adhuc videtur, saltem ex intentione Reg. nostræ, prohibentis ingressum ad Monasteria Monacharum, prohibitum esse nobis talia loca solitiarum Religiosarum intrare. nam totum intentum Beati Patris nostri Francisci in hoc fuit amouere scandalum, & periculum, quòd facile sequi potest ex tali ingressu, seu conuersatione cum feminis religiosis in domibus earum; vt ait Bonauent. vbi sup. de quo crederem, quòd bene nouerit intentionem Beati Patris nostri Francisci; quæ ratio etiam habet locum in domibus
- E** solitiarum religiosarum, sicut in Monasterijs Religiosarum in Congregatione viuentium; & fortè magis in illis, quàm istis. Ideò non videtur omnino securum recedere ab opinione, & sententia prædicta Bonauent. quamuis, stando in rigore, & sonitu literæ, de quo Beatus Pater Franciscus non multum saepe curauit, aliud possit quis opinari; vt dictum est. Sed in dubijs, & periculosis, tutius eligendum est cum viris sanctis. Et notandum, quòd hospitia ad tempus breue transeuntium, non propriè dicuntur domus, aut domicilia seu habitacula personarum,

Idèd, quòto aliqua Moniales hospitantur in aliqua domo secularium **A**  
ad breue tempus, quia non sunt ibi mansionem longam factura, non  
prohibetur nobis ex vi prædictæ prohibitionis Regulæ de non ingre-  
diendo Monasteria, & habitacula ipsarum, illuc introire, & loqui cum  
ipsis Monialibus, nisi aliunde sit scandalum, aut periculum, &c. no-  
tandum tamen, quòd non obligamur ad intentionem præcipientis, nisi  
quando ipsum, quòd intenditur, præcipitur in ipso, vel alio præcepto  
aliquo modo, ut communiter dicitur à Doctoribus.

Quoad quartum notabile, ubi Collector, &c. pertractat vtrum Mi- **B**  
nister General. & Provin. virtute Privileg. Iulij II. habeat auctori-  
tatem, quam Protectores habebant, ex Regula Monialium Sanctæ Cla-  
ræ integram, & illimitatam ante tempora Martini V. ad omnia etiam  
licentiandum Seculares, seu etiam Religiosos ad intrandum Monaste-  
ria ipsarum Monialium Sanctæ Claræ, in quibuscunq; casibus aliàs  
licitis. An potius habeat eam limitatam, & restrictam, sicut Marti-  
nus V. eam restrictit ipsis Protectoribus; ita, quòd nullo modo possent  
aliquem licentiare ad prædictum ingressum. Notanda circa hoc est **C**  
duplex opinio, vna est Collectoris ibidem, & speculi Fratrum Min. fff.  
12. cuius auctor latius idem tenuit in tract. dicto Clipeus sacrarum Mo-  
nialium; à quo sumpta sunt omnia, quæ Collector in Compendio, quoad  
Moniales, & accessum, & ingressum ad earum Monasteria, ponit: &  
multi alij sequuntur hanc opinionem Collectoris; quæ opinio dicit, quòd  
habent eam limitatam, & restrictam, secundum Martin. V. & ad hoc  
ponit 4. rationes in sententia. Prima ratio est, quia supplicatio facta Iu-  
lio II. super hoc, fuit subreptitia: sed certè hæc ratio nil valere videtur. **D**  
Nam, cum subreptio sit quedam secreta informatio alicuius falsitatis,  
aut taciturnitas eius, quòd deberet exprimi: hic autem nulla talis sug-  
gestio, seu taciturnitas subdola esse videtur. Ex quo planè, & syncerè  
fuit prædicto Iulio propositum dubium, super auctoritate Minist. Pro-  
vincialium, quoad Moniales, vt prouideret in hoc (vt clarè patet in ip-  
so Privilegio, eiusq; relatione, fff. 7. docere autem quòd idèd est sub-  
reptitia, quia Papa Iulius non habuit notitiam reuocationis, seu re-  
strictionis factæ per Martin. V. ipsis Protectoribus, ex quo ipse Iulius **E**  
non facit mentionem de ea, hoc non valet. Nam potius est credibile,  
quòd Papa Iulius, qui tanto tempore fuerat Protector, non ignorauit,  
quòd ad officium Protectoris attinebat, præsertim cum etiam in suis  
litteris præfatis referat aliqua verba, quæ in libris Marini V. habentur,  
quòd. s. aliqua Monasteria Monialium mittebantur aliquibus  
Fratribus, &c. & idèd prouidit, sicut & Martinus V. circa hoc, vt  
ipsi placuit, & visum est. Nec obstat, quòd Iulius non fecit mentionem  
de præ-

**A** de prefata restrictione facta per Martinū V. eam reuocando; quia, sine tali specialiter nominatione, sufficienter derogatur per clausulas reuocatorias, aut derogatorias generales; vt habetur in Compendio, tit. Priuilegia, post. §. 32. in q. qua ibi ponitur, quoad hoc: nisi Papa aliud intendisset: ergo illa prima ratio non concludit intentum Collectoris.

Secunda ratio eius est, quod Iulius ipse alibi declarauerat, quod per confirmationem nostrorum Priuilegiorum, quam fecerat Six. IV. non confirmantur Priuilegia alijs reuocata, quod ergo similiter est intelli-

**B** gendum in proposito, quod, scilicet, non intelligatur concessa per Iulium auctoritas Protectoris Ministris Prouincialibus, que iam alijs per Martinum V. erat reuocata; sed limitata, prout erat tunc temporis in ipsis Protectoribus: sed nec ista 2. ratio est sufficiens. Nam in nostro proposito de potestate Protectoris concessa nostris Ministris Prouincialibus, non fuit confirmatio rei, aut concessionis iam collatæ, sed declaratio rei dubiæ, & concessio, seu cõmissio facta de nouo per ipsum Iulium (ut patet expressè, fff. 72.) in prima enim Declaratione, quam

**C** ipse Iulius fecerat, ff. 126. dixerat, quod per confirmationem priuilegij factam per Six. IV. ac per eorundem priuilegiorum nouam concessionem, non reuocantur priuilegia reuocata; nisi de nouo fuissent concessa. In hac autem Concessione, seu Literis de potestate nostrorum Ministrorum, quoad Moniales, fff. 72. fecit specialem mentionem, declarationem, nouamq; concessionem, aut prouisionem auctoritatis Protectoris, contentę in Regula ipsarum Monialium, sine ulla limitatione translata ad Ministros Prou. Tertia ratio eius est, quod Iulius

**D** non concessit auctoritatem Prouinciali super Monast. sed super ipsas Moniales tantum: sed nec ista ratio valet. Nam, concessio principali, scilicet, potestate in Moniales, conceditur & accessoriè annexum (scilicet potestas etiam in Monasteria earum) Maxime, quia, sicut tertio polytic. s. ciuitas dicitur ciuium vnitas, aut societas, non autem parietes soli, sic non facit Monasteria murorum ambitus tantum, sed habitatio Religiosarum; vt etiam ait ipse Collector paulò superius in tertio notabili; vt etiam ait Abbas Pyamon (ut habetur in Col-

**E** lationibus) cap. 10. quod Monasterium est locus, vbi habitant Monachi, licet sit vnus tantum Monachus habitator. Cõnobium autem dicitur habitatio, & congregatio multarum personarum simul uiuentium cum certo ordine certę professionis; alioqui Proum. non possent visitare, & prouidere, quoad seruitiales earum, & Cappellanos, villicos, crates, scales &c. Monialium. Sed solum quoad personas ipsarum Monialium: quod absit. Ex quibus videtur, quod potius dicitur Monasterium Monialium congregatio ipsarum,



simul cum loco sue habitationis, quam ipse duntaxat murorum am- **A**  
bitus earum; quodq; concessa potestate super Moniales, sine alia limita-  
tione excludente, intelligitur concessa etiam super ipsarum Monaste-  
ria. Quarta ratio eius est, quod Minister Gener. Frater Franciscus  
de Angelis habuit specialem auctoritatem à Papa, ut possit licentia-  
re mulieres honestas ad intrandum Monasteria prefatarum Monialium;  
ex quo videtur, quod eam non habebat, &c. Sed neq; ista ratio valet:  
quia bene stat, quod, licet eam haberet, vellet etiam specialem aucto-  
ritatem super hoc habere à Papa; ut certius securiusq; sibi consuleret, **B**  
& ageret; sicut & quilibet solet facere in alijs negocijs, &c. Item po-  
tuit dubitare, an talem potestatem haberet, licet verè eam haberet;  
ideo habuit specialem. Ergo prædictæ rationes non concludunt  
pro opinione Collectoris supradictæ. Ideò est alia aliorum opi-  
nio, quod scilicet, nostri Ministri Prouin. habeant auctoritatem Pro-  
tectoris, sine ulla limitatione, sicut ex Regula Monialium sanctæ Clara cõ-  
cessa erat protectori, antequam per Mart. V. limitaretur: quodq; ideo  
possunt, sicut & ipse Protector poterat licentiaré quemcunque ad in- **C**  
trandum Monasteria prefata, in casibus alijs licitis. Ratio huius opi-  
nionis est, quia Iulius II. ubi sup. fff. 72. sine ulla alia limitatione, aut  
restrictione, declarauit, & concessit Ministris Prou. habentibus curam  
prefatarum Monialium, habere potestatem illam, s. u facultatem cir-  
ca prædictas Sorores, quæ per Urbanum IV. in eadem ipsarum Regu-  
la Protectoribus eiusdem Ordinis commissa fuit. ergo, sine limitatio-  
ne facta per Mart. V. conceditur prædicta facultas Proui. sed absolu-  
tè, prout in Regula ipsarum commissa est Protectoribus, non prout li- **D**  
mitata fuit postea per Mart. V. & ideo sicut protector potest licentia-  
re, ut ibi allegatur in Regula ipsarum, cap. 18. ita potest & Minister  
Prouin. Sed certè ista opinio non videtur segura. Primò, quia con-  
suetudo, quæ est optima interpres legum humanarum, & ualet pro le-  
ge, & derogat leges, & Statuta humana videtur oppos. habere: com-  
muniter enim Prouin. non sic intellexerunt præfatam Concessionem  
Iulij II. neq; uirtute eius audent licentiaré aliquos ad præfatum in-  
gressum indifferenter, sicut Protectores poterant ante Martinum V. **E**

Item secundò, quia, quod concessit Iulius II. fff. 72. ubi sup. scili-  
cet, quòd haberet potestatem super eas, quæ concessa est in earum Regu-  
la Protectoribus, potest intelligi quoad curam, & gubernationem ea-  
rum tantum, sicut in ipsarum Regula, Rubric. 25. conceditur expressè  
Protectoribus, & mādatur Monialibus obedire, nō aut quoad licentiā-  
dum ad ingressum; de quo in eadem Regula Rubric. 18. habetur sp. cia-  
liter; super quo etiam prouiderat Martinus V. restringendo potestatem;  
ut di-

**A** ut dictum est: quia & sic etiam expresserat, statuendo, & declarando Innocentius IV., & Bonifacius VIII. in simili causa.

Idem credendum est, quod sic etiam voluit Iulius II. declarare, & concedere plenam auctoritatem Ministris Prouincialibus super Moniales, quoad curam, & gubernationem earum duntaxat, ut dictum est, q. 2. de hoc tantum videtur fuisse dubium, propter quod fuit à prædicto Iulio II. petita Declaratio, & Concessio; non autem de potestate ad concedendum licentiam ad ingrediendum earum Monasteria; ut po-

**B** test videri, & innuitur in relatione præfati priuilegij ffff. 72.

Item tertio, dato, sed nondum concesso, quod virtute præfata Concessionis Iulij II. concederetur absolute facultas nostris Prouincialibus etiam ad licentiandum ad prædictum ingressum, credo quod non sufficeret ad licentiandum nos Fratres Minores: neque, ut ex tali licentia nos Fratres Minores possemus licite intrare præfata Monasteria.

Ratio, quia ista est Concessio generalis, facta ad licentiandum generaliter omnes Christianos, sicut Protector poterat licentiarum: pro nobis autem

**C** Fratribus Minor. ex vi Regulæ requiritur licentia, seu concessio specialis Papæ; ut possumus licite licentiarum, & de tali licentia intrare; ut dictum est. ergo, sicut si non esset restricta per Martinum V. seu ablata talis potestas à Protectore, non possemus nos Fratres Min. de eius licentia intrare præfata Monasteria: sequitur, quod nec de licentia nostrorum Prouincialium: quia per prædictum Priuilegium Iulij II. non conceditur illis, etiam secundum hanc secundam opinionem, si esset vera, nisi eadem facultas, quam Protector habebat, quoad hoc, ex Regula ipsarum Monialium, & nihil aliud conceditur, quoad nos specialiter, quoad prædictum ingressum.

**D** Igitur quid resolutorie sit tenendum circa hoc, dico tria. Primo, quod dubium est, nec est omnino certum, quomodo debeat intelligi prædicta facultas, seu potestas Protectoris, concessa nostris Prouincial. an simpliciter quoad omnia, ut dicit secunda opinio, an potius restricta, ut dicit opinio Collectoris. & ratio Dubij stat in hoc, quod rationes pro utraq; opinione non concludunt intentum pro sua opinione: quia ad

**E** omnes rationes utriusq; opinionis, potest facile responderi; ut visum est. & de intentione Papæ Iulij id concedentis non constat: ergo manet dubium. Secundo dico, quod hoc dubium potest solui, scilicet, si Ministri Prouinciales simul cum aliqua persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & duobus alijs iurisperitis, examinaret hoc dubium; & secum omnes Fratres possumus tali declarationi stare, quousq; per Papam aliud declaratur, aut prouideatur; ut habetur in Compendio, tit. Priuilegia, §. 13.

Tertiò dico, quòd interim, quoad non sit prædicta declaratio, prohibibilis, & non solum securius videtur tenere primam opinionem supradictam Collectoris, quàm secundam aliorum opinionem. Et hoc nõ propter rationes Collectoris supradictas, quæ solutæ sunt: sed propter tres illas rationes, quæ factæ sunt contra secundam opinionem, & præcipuè hoc credo verissimum, quòd, scilicet, quomodocunq; illa potestas sit concessa nostris Minist. Prouincialibus, tamen virtute illius etiã absolutissimè concessæ per Iulium II. non possumus nos Fratres Min. licètiari, nec de tali licentia intrare præfata Monasteria Monialium: quia requiritur licentia specialis, illa autem non esset nisi generalis, vt dictum est.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.



Quoad istam materiam Ingrediendi Monasteria Monialium, quia Declarationes super hanc factæ à Collectore, & à Corduba, sunt satis antiquæ, & aliud est nunc in multis illis obseruandum, ob subsequentes Sommorù Pontific. ac Conc. Trid. determinationes; Ideo cautè ac maturè ea omnia discutiendo.

Excom. reseruata contra Ingrediētes Monast. Religiosorū

Est sciendum, quòd Pius V. Excommunicauit cum reseruatione omnes Mulieres, etiam Ducissas ingredientes Claustra Monasteriorum cuiuscunque Ordinis, virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocauit: & concedentes licentiam, comitantes, & recipientes, & Prælatos, ac Monachos eas introducentes, vel admittentes, suspendit; vt habetur in suo Motu proprio, qui incipit, Ad perpetuam vel memoriam Regularium personarum. anno. 1566. sui Pont. an. primo, edito.

Constit. 22.

Constit. 36.

Cõtra Ingrediētes Monast. Monialium, & viroium.

Et Gregorius XIII. postea supradicta confirmans, ampliauit procedere, etiam in ingredientibus mulieribus Monasteria, domus, ac loca Monialium, vt in Motu proprio, qui incipit Gregorius Episcopus vbi gratia, & indulta, anno 1575. & sui Pontificatus anno 4.

Idem Gregorius prohibuit, vt nisi in casibus à iure permissis liceat Fratribus intrare, aliàs incurrant non solum priuationem, sed etiam excom. vt in const. sua 75. edita anno 1581. quæ ponitur integra, infra, post finem huius Comp. cum alijs Bullis ibi positis f. 22. Bulla 9.

Prohibitio ne Conuersæ recipiantur in Monasterio. Nauarr.

Et Idem Pius V. & Greg. XIII. prohibuerunt, ne vllæ conuersæ, seu Tertiariæ recipi possint in Monasterio Monialium, nisi Professionè suo tempore emissuræ, atq; sub perpetua Clausura mansuræ. Vt in eorum extrauagantibus apparet; de quibus facit mentionum Nauar. de Voto Religios. super cap. statuimus, num. 165.

De il-

**A** De illis vero, quæ vellent intrare, non ut Tertiaria, nec ut Conuersa, seu oblata, sed tantum ut famule, causa inseruendi domesticis seruitijs; An licitè possint permitti; non obstante Concilij Trid. prohibitionem; Ne intra septa Monasterij Monialiũ, nemini liceat cuiuscũq; generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia, in scriptis obtenta; sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda? Nauar. vbi supra disputat hanc quæstionem, & tandem concludit, licitè posse permitti à DD. Cardinalibus, qui habent facultatem interpretandi, & prudenter temperandi Conc. Trid.

An licet intrare seruitices in Monast. Monia. Sess. 23. c. 5. tit. de Regu

**B** De Puellis autem, quæ educationis causa solent introduci in dictis Monasterijs; extant literæ, scilicet, Congreg. Conc. ad D. Episcopum Hieracensem (quas vidisse testatur Passarellus in scol. 22. ex cap. Ianuense, in quibus dicebatur, ab eadem Congreg. Statutum esse, nullo Concilij Decreto prohiberi; quo minus Puellæ in Monasterijs Monialium educerentur: si tamen, eadem Monasteria, ante Concilium cõsueuerint huiusmodi Puellas recipere, & quæ à Superioribus Monasteriorum scriptam licentiam impetrarent, atq; Abbatissæ, & reliquarum Monialium consensus accesserit, & quod ipsæ Puellæ eo vestitu in Monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestiæ conueniant, nullamq; secum famulam adducant. Nec in eis manere possint, nisi vsq; ad ætatis suæ annum 25. Et quòd in eis, dum erunt, eandem seruent Clausuram, quam Moniales ipsæ: & si semel exierint, nullam habeant ad ea reuertendi facultatem; hæc in dictis literis.

An Puella causa educationis possint intrare. Passarellus. Congregat. Card.

**C** Sed in Monialibus Ordinis Minimorũ vacare supradicta omnia credit ipse Passarellus, & non posse licitè permitti famulas vllas, nec Puellas ibidem introduci; propter Regulam in conerarium, qua cauetur, Nullas personas posse, ibi hospitio suscipi: cui per Conc. Trid. minime derogatur, licitè tamen posse recipi, quando ibi traduntur educandæ, & instituendæ, quoad in eis fiant Monachæ, tempus debite ætatis expectantes, modò habitum non induant ante annum 12. expletum, secundum Conc. Trid. Sess. Vltima c. 17.

Cõditiones requisite in Puellarũ Ingressu.

In Monialibus Minim.

Sess. vltim. de Regul. cap. 22.

**D** Et ex eodem Decreto Conc. Trid. Sess. 25. tit. de Regularibus, c. 5. habetur, Episcopum, vel Superiorem, posse dare licentiam intrandi Monasteria Monialium, in casibus tantum necessarijs; & sic nec ipsis etiam, quibus data est facultas alijs licentias concedendi, licet intrare, nisi in casibus necessarijs, vt Gregorius XIII statuit in præfata const. 75. & tunc à paucis senioribus, vel Religiosis personis comitati sub penis ibi expressis.

An autem illi Prælati, qui habent facultatem licentiandi alios ad intrandum, possint etiam licentiare se ipsos? Vide Collectorem supra

in verbo *Accedere ad Monasteria*, ubi hanc questionem disputat; & <sup>A</sup>  
 ibidem vide additionem Cordubæ, qui tenet contra Collectorem.

Casus verò, in quibus licet diuersis personis Monialium Monasteria  
 Sanctæ Claræ intrare, ponuntur, ac explicantur hic ab ipso Collectore,  
 & à Corduba in Additione, qui multa alia circa hanc materiam decla-  
 rat.

Item hodie adest Decretum à sacra Congreg. Cardin. anno 1590.  
 factum. Ut nulli Religioso, cuiuscunque Ordinis sit (Superiore cui  
 Monasterii cura incumbit, Confessarioq; ordinario, & extraordinario, <sup>B</sup>  
 cum ad tempus deputabitur duntaxat, exceptis) liceat absq; licetia ex-  
 pressa eiusdem sacre Congregationis accedere ad Monasteria, seu  
 Domus quarumcunque Monialium, uel Sororum, siue sui, siue al-  
 terius cuiusuis Ordinis ac Religionis: eò pro Missis dicendis ab eorum  
 Superioribus missi, ullo quasito colore, Moniales, aut Sorores, aut quã-  
 libet aliam personam intra Clausuram degentes, alloqui possint.

Nec cum Mo-  
 nialibus lo-  
 quatur.

Nec ibi per-  
 noctetur,  
 nec cibus  
 sumatur.

Confessariis autem similiter interdixerunt, nè in ædibus Monasterii  
 seu Domus, uel eis contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, <sup>C</sup>  
 uel aliis secum retineant, neud ibi conmedant, bibant, reficiantur, aut  
 cibum sumant (excepto Confessore.) quæ omnia & singula sub pena pri-  
 uationis officiorum, ac vocis actiue, & passiuæ ipso facto incurrenda,  
 præceperunt inuiolabiliter obseruari.

Proponitur  
 declaratio  
 Motus pro-  
 prii Pii V. &  
 Greg. XII.

Verum quia Motus proprii Pii V. & Greg. XIII. multas continet  
 difficultates, Ideo eas declarare opera pretium est duxi. Ex qua de-  
 claratione nonnulla scitu digna resoluentur. Ac primò ponam verba  
 formalia ipsarum Constitutionum. Deinde aliqua videbimus pro de- <sup>D</sup>  
 claratione verborum illarum, ac pœnarum ibi contentarum. Et tertio  
 quæ à penis illis possit absoluerè.

Primò Motus Proprij sunt sequentes, videlicet.

Motus Pii V. **P**ius Quintus ad perpetuam memoriam Regularium persona-  
 rum, &c. & infra.

Quia igitur, & Carthusiensium Ordinis, & aliorum Regularem vi-  
 tam prostentium, quies non parùm solet (sicut accepimus) perturbari; <sup>E</sup>  
 Proptereaque Mulieres modestie matrimonialis oblitæ, Domus, ac Mo-  
 nasteria eorum, contra ipsorum instituta, prætextu Confessionalium, aut  
 aliarum literarum Apostolicarum, ingredi audeant. Huic rei prouide-  
 re uolentes, Motu proprio, & ex certa scientia, omnes, & singulas  
 facultates, ac licentias ingrediendi Monasteria, ac Domus Carthusien-  
 sium, & aliorum quorumcunque Ordinum, etiã Mendicantium mu-  
 lieribus cuiuscunque status, & conditionis, & quacũque dignitate præ-  
 ditis,

Prohibitio  
 ingressus.

**A**ditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscunq; uerborum tenoribus, & formis, & cum quibuscunq; etiam derogatoriarum derogatorijs, & c. ab Apostolica Sede quomodocunq; concessis, & c. Districtè prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætentibus, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notiam habuerint, à qua non possint absolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas Domus, & Monasteria ingredi audeant. Ipsis uerò Monasteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Prepositis, Prioribus, & alijs Præsidentibus, quocunq; nōe uocentur, siuè Mendicantibus, sub priuatione officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis à Diuinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittere uè præsumat. Non obstantibus, & c. Datum Romæ 23. Octobris anno Domini 1566. Pontificatus nostri anno primo.

Pœna applicata.

Confirmatio Gregorij XIII.

**C** GREGORIUS Episcopus, ubi gratiæ & indulta, & c. Proinde Sanctimonialium quieti consulere, atq; omnia quæ illas à spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaq; & scandala ab eis remouere cupientes; autoritate præsentium reuocamus, & abolemus omnes, & quasq; licentias, ac facultates ingrediendi Monasteria, domus, & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscunq; uiris etiam eiusdem status, & conditionis, & c. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipsos factò incurrenda, super quam à nemine, nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu, Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis uerò, necnon Abbatibus, & alijs Monasteriorum utriusque sexus superioribus districtè præcipimus, sub eadem excommunicationis pœna, ac priuationis dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia, in posterum obtinenda, ne in Monasteria, domus, et loca sua, quocunq; prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingrediendi faciant, uel permittant, quin etiã sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atq; interdiciamus omnibus, et quibuscunq; personis Ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam Ordinum quoruncunq; etiã Mendicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, uel à Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum, Ex decreto Conc. Trid. tribuitur, ne Monasteria ipsa Monialium pro libitu, sed necessitatibus urgentibus duntaxat ingredi. Ne uè Moniales, sub eisdem pœnis, aliter admittere præsumant

Reuocatio licentiarum.

Pœna.

Prohib. ne prætextu licentiarum.

mant, non obstantibus, &c. Datum Romæ Idibus Iulij anno Do- A  
mini 1575.

Primo Mo-  
nast ac do-  
mus.

An compre-  
hendantur  
horti?

Habetur  
sup. S. 4. &  
10.

An compre-  
hendantur  
Sacristiæ.

2

Qua ætate  
debent esse  
mulieres.

Secundò quia dixi circa intelligentiam supradictarum Bullarum aliqua occurrere dubia. Ideò est primò aduertendum, quòd licet ex uerbis illis in Motu Pij V. positis (Monasteria ac domus) posset dici, non comprehendi Hortos, Monasterijs ipsorum Fratrum adherentes; Cum, appellatione Monasterij, non ueniant horti, iuxta Declarationem quandam ab Innocentio IV. factam supra illud nostræ Regulæ, (ut Fratres non intrent in Monasteria Monialium) Intelligi enim ait per Mo- B  
nasterij nomen, solum Dormitoria, Claustra, & Officinas interiores, sicut etiam declarauit Nicolaus III.

Ex uerbis tamen Motus propriij Gregorij XIII. Nulli dubium est, illos comprehendi: non solum enim ipse Greg. ut Pius V. posuit Domus, & Monasteria; sed etiam addidit, (& loca sua,) Horti quidem sunt Monasterij loca; quando scilicet ipsi Monasterio fuerint contigui; & ita practicitur: sed an Sacristiæ etiam comprehendantur, adeò ut mu- C  
lieres ibi intrantes, ac eas introducentes istis pœnis subiiciantur.

Et respondendo dicitur, quòd, cum hic tantum prohibeatur ingres- sum Monasterij, & per Monasterium intelligatur Claustrum, Dormi- torium, aliæq; Officiæ interiores (ut supra est dictum) Ideò, si Sacri- stia taliter esset ab Ecclesia separata, quòd non aliter, quàm per ianuam Monasterij, uel per Claustrum posset in eam iri, tunc clarum esset, Mulieres ibi nullo modo ingredi posse. At si Sacristia taliter esset Ec- clesiæ contigua, quòd nisi paries diuideretur, ac directè absq; quòd septa Monasterij oporteret ingredi, ibi perueniretur, Tunc multi du- D  
bitarunt, si Religiosi, ibi mulieres introducentes, incurrerent in istas pœ- nas; adeò ut ex Mendicantibus aliqui teneant, quòd sic, iudicantes, Sa- cristias non tantum pro Officina Ecclesiæ, verum etiam pro Officina in- teriori Monasterij, Et quòd faciliter possent scandalizari Seculares, uidentes ibi Mulieres intrare, cum non sit solitum; Aliqui uerò alij, tenent contrarium, & admittunt in eam Mulieres Confessionis causa. Verum, Prælati circa hoc, esse debent valde circumspècti, examinan- do benè, si ex hoc posset, nec ne, scandalum aliquod, uel Fratrum inque- E  
tudo oriri, quæ sunt spiritus, & rationes, quibus motus Summus Pon- tifex hanc fecit prohibitionem, & ita se regulare, si non uelit errare.

Aduertendum quòd sub nominè Mulierum, quæ hic prohibita sunt intrare, possemus dicere illas tantum comprehendi, quæ fuerint talis ætatis, qua, in coniunctione cum hominibus, affinitas contrahitur, di- mens matrimonij iam consummatum, iuxta cap. Fraternitatis, & cap. ultimo, & penultimo in decretali tit. de eo quòd cognou. consang. Vel dica-

**A** dicamus, & fortè melius, quod requiritur, vt sint maiores sex annorum, cum tunc non sint iam in etate infantili, & habeant iudicium peccandi. Adèd, ut si quis ingredi faceret Monasteria aliquas mulierculas in minori etate sex annorum constitutas, pœnas istas non incurreret; & hoc comprobatur à Nauar. pluribus in locis resoluendo, quòd Paruulæ infantes intrantes Monialium Monasteria, non incurrunt in pœnas, Conc. Trid. sess. 25. de Regul.

Nauarr. in manu. c. 25. num. 143. in addit. c. 28. & in c. statuum? n. 49.

**B** Aduertendum, quòd ex illis verbis ( Postquam horum notitiam habuerint ) colligitur nullam mulierem hanc excommunicationem incurrere, nisi postquam huius prohibitionis notitiam habuerint. Si enim ignorarent, non incurrerent: Cum nullus maiorem excommunicatione incurrat, nisi contumax fuerit, & mortaliter peccauerit. Ex ignorantia dummodò non sit crassa ) humani iuris, aliquod atrox peccatum, Cum excommunicata, vel censura alia, prohibentis excuset, vt dicit Siluest. & Nauar. in manu. c. 27. n. 16.

3

Postquã notitiam habuerint. Nau. in manu. c. 27. nu. 16.

**C** Aliud aduertendum est, quòd ex illis verbis ( ne eas introducere, admittereue presumant ) non solum in istas pœnas Bulla eos incurrere, qui Mulieres aliquas in Monasterium introduxerint, vel intrare permiserint, sed eos etiam, qui postquam ingressæ fuerint, cum eis loquerentur, ac associarent se ambulando; prout sic Doctores, exponendo verbum illud ( admittereue ) tenent: dicunt enim verbum illud magis esse generale, quàm illud aliud ( introducere ) et admittere, tum introducere, tum etiam recipere, & associare.

4  
Introducere admittereue

**D** Est etiam notandum, quòd licet: ex prima facie verborum istorum ( introducere, admittereue ) videatur, introducentes tantum, & admittententes comprehendendi, & non Prælati illi, qui eas sic admitti, & introducti iuberent: cum lex pœnalis iubens aliquod, contra facientes, non comprehendat mandantes. & consentientes. Aliud tamen est dicendum, quòd videl. ipsi etiam Prælati mandantes comprehendantur, aliàs enim, si ipsi tantum admittentes, & recipientes comprehenderentur, faciliter quidem legis mens defraudari posset. Ipsi enim Prælati possent alicui laico demandare, ut illas introduceret, qui in suspensionibus à diuinis, nec in priuatione, & inhabilitatione Officiorum Ordinis, minime incurreret. Et hoc clarius liquet ex verbis positis à Greg. cum inquit ( Ingressi faciant vel permittant ) Et sic etiam tenet Nau. in manu. c. 27. n. 150. excom. 61.

5

Nauarr.

Item notandum, quòd per illud verbum ( admittereue presumant ) excluditur ille à pœnis istis, qui aliquam mulierem in Monasterio pro aliquo bono sine absconderet, vel introduceret. Imponuntur enim ista pœna contra eos, qui temerario ausu, & presumptione introduxerint;

Præsumat. 6.

Ita



Nauar.

Ita quidem sonat verbum supradictum (presumant.) Et sic Nauar. A  
in repet. cap. Statuimus 19. q. 3. nu. 62. ait quod Prelati, vel Fratres  
illi, qui in suis Monasterijs admississent Mulieres, antequam huius  
Motu proprię notitiam habuerint, vel post; Ante tamen notitiam eius ue  
ra intelligentiã, vel ex obliuione, vel inconsideratione, aut animi sim  
plicitate, nullo pacto istas pœnas incurrunt.

Nota.

Ideoq; sint cauti Prelati in inquirendo cum diligentia, quando ali  
qui ex suis subditis, fuerint in hoc delicto hic prohibito, si fuit nec n̄  
cum malitia, vel presumptione factum: & inueniens sufficientia indi  
B  
tia ad eorum animi sinceritatem, ac simplicitatem (quamuis aliqua in  
currerit venialis incuria) n̄ eos inquietare velint, vt querant suspen  
sionis dispensationem; sed eos, aliqua alia salutari pœnitentia tali eo  
rum inconsiderationi conuenienti, possent punire.

Nota hunc  
casum.

Et sic etiam per idem verbum (presumant) excludi ab his pœnis ui  
dentur illi, qui causa curationis alicuius infirmitatis (quando scilicet,  
non posset aliter curari, nisi ope, & arte illius, nec infirmus posset in  
Ecclesiam, vel alibi extra uenire) mulierem aliquam, cum honestis C  
personis associatam, cum licentia Prouincialis, uel Guard. in Infirma  
riam, ubi Frater infirmus maneret introducerent; Cuius ratio esse po  
test, quia defensio uitæ, & salutis proprię, est de iure naturæ; nec ne  
cessitas habet legem: Ac etiam comprobatur à simili, ex illa Sac.  
Conc. Trid. dispositione, sess. 25. c. 5. de Regular. ubi prohibens ne Mo  
niales septa Monasterij egrederentur, statim subnequit, dicens, Nisi ex  
legitima causa ab Episcopo examinanda. Idemq; ordinauit Bonifa  
cius VIII. dicendo, quod neq; ipsa Moniales egredi, nec aliæ honeste D  
personæ ingredi, eas uidendi causa, debeant nisi aliqua urgente neces  
sitate, quę erit periculosa aliqua infirmitas. Et Pius V. etiam in quo  
dam Motu proprio, eas egredi permittit ex causa ignis, infirmitatis, le  
præ, pestilentię. Quod ampliando Nauar. in dicto cap. Statuimus 19.  
q. 3. n. 48. ait, esse pariter intelligendum, in omnibus alijs similibus in  
firmitatibus, licet non contagiosis, adducens quoddã Breue Greg. XIII.  
ubi in alijs infirmitatibus licentiam concessit.

Vt in ca. pe  
riculoso de  
stat. regul. li.  
6. & habe  
tur sup. tit.  
Clausu. Mo  
nialiu. §. 1.

Unde, cum propter eandem causam infirmitatis, licitum sit Mo B  
nialibus Monasterio egredi, domusq; secularium adire, ubi per  
multos dies oportebit morari, absq; quod aliquam pœnam incurrant,  
nec ipse, neq; eas in suis domibus recipientes; Cur non erit etiam Re  
ligiosis licitum, ingredi facere in Infirmary mulierem aliquam, pro  
cura suprad. absq; quod pœnas incurrant? Et quidẽ quando sic Prela  
tus, supradictis obseruatis conditionibus, associatam uidelicet, cum ho  
nestis alijs personis & c. talem mulierem intromiserit, non aliter dici  
posse

**A** posse arbitror, quàm bono ac sincero animo illud facere.

Hic autem in Motu proprio, ij tantùm, qui ausu presumptuoso con-  
trauenerint, pœnis supponuntur; quæ uerba multum ponderari debe-  
rentur, pro nonnullorum occurrentium decisione.

Nota hoc di-  
ctum.

Item est ponderandum, quòd Pius 7. declarauit, quòd causa Pro-  
cessionis, Vigilia, Missæ, Tumulationis defunctorum, uel alterius cu-  
iusuis officij, poterunt ipsæ Mulieres intrare, & in Clausuram, & in  
alia loca ipsorum Religiosorum, quando ipsa opera pia celebrabuntur:

7  
1. declaratio  
Pii 7.

**B** dummodò, in Officinas interiores non admittantur. Et quòd, quando in  
aliqua Ecclesia Fratrum Minor. prædicaretur, & præ multitudi-  
nem non possent aliter Mulieres intrare, nisi per Clausuram, uel alium locum  
Fratrum, tunc eis licuisset; dummodò directè ad Ecclesiam pergerent.  
Quam declarationem refertur ait Author expositionis Bullæ Cruciatæ  
fol 511. in quadam ordinatione Generali suæ Religionis, habita anno  
1583. Toleti.

**C** Circa quam declarationem, cum dicatur ibi (ex causa processionis)  
queritur ab ipso Authore expositionis Bullæ cruciatæ, An possit Præ-  
latus aliquis mandare, ut aliqua fieret Processio extraordinaria, ut il-  
lius occasione possent Mulieres dicta loca intrare? Et iam resoluit,  
quòd, licet prima fronte uideatur dicendum quòd sic; quia, cum lex non  
distinguat, nec & nos debemus distinguere: & hic non dicitur de Pro-  
cessione ordinaria, uel extraordinaria: sed absolutè (ex causa proces-  
sionis) secundùm tamen rei ueritatem, ait, illum non excusare de pec-  
cato, & de pœnis hic taxatis: quia Summus Pontifex in sua Declara-  
tione præterdit tantùm scrupulos remouere, & illud tantùm concedere,

Intelligètia  
supradictæ  
declaratio-  
nis.

**D** ne præterdit tantùm scrupulos remouere, & illud tantùm concedere,  
quòd recta ratio in aliquo casu dicat, & non dare relaxationis incen-  
tinos, libertates, uel abusos; sicut in alio casu probat Corduba; Et hoc  
conuallidatur, quia, quando Summus Pontifex concedit, ut toties quo-  
ties &c. Nihil est solum concedere discretum, & prudentem usum,  
sicut ait Michael de Palatio post alios in 4. d. 20. disp. 3. fol. 433.

Lib. 99. q.  
37. Prop. 3.  
10. 473.

**E** Dubitatur etiam, dum dicitur (causa processionis, uel uigiliæ) quid  
si tales mulieres, tum per istos, cum etiam per alios malos respectus in-  
trauerint, an huiusmodi pœnas incurrant? Et concluditur, quòd non;  
cum Ecclesia non iudicet de occultis, iuxta id, quòd latè tradunt Cordu-  
ba in lib. 99. q. 35. Et Castro lib. 2. de leg. pen. cap. 15. fol. 608. Et  
etiam si aliquo actu exteriori peccarent: quia, cum hic excommunicen-  
tur Mulieres illæ, quæ in aliquibus locis prohibitis admittæ fuerint, &  
in casu isto, iam sunt admittæ in locis quandoq; licitis, & concessis (li-  
cèt ad peccandum uetitis) clarum est pœnas istas non incurrare.

Palatius.

Et dum dicitur (uel cuiusuis alterius officij) hoc sanè debet intelli-  
gi de

gi de officijs similiter pijs, ut per uerba sequentia magis liquet, dum dicitur ( quando in illis celebrabuntur dicta opera pia ) Ac illa pia officia dicentur, quando ex aliqua causa, uel predicabitur in Claustro, uel quando in Capitulo fieri solet carimonia lotionis pedum in cena Domini, uel dabitur alicui nouitio habitus, uel quis fiat professus. Debet tamen Prælati bene aduertere, ne alias interiores officinas intrent.

8  
Per poenam  
priuationis  
officiorum  
quid intelli-  
gitur.

Aduertendum, dum dicitur ( sub priuatione officiorum, quæ in præfenti obtinent, & in habilitatis ) quod huiusmodi officia sunt Generalatus, Prouincialatus, & eorum Commissariatus, Guardianatus, & Vicariatus, uel loci Presidentatus, secundum quandam ordinationem factam in Capitulo Toletano Fratrum de Obseruantia, &c.

Ex quibus uerbis liquet, Diffinitores ex hoc minime esse priuandos, ac pro discretis, & diffinitoribus Capituli Prouincialis, uel Generalis eligi posse. Bene tamen verum est, quod ueniunt priuati, propter excommunicationem incursum à Gregorio XIII. positam, tum quoad electionem actiuam, cum etiam quoad passiuam. Et per suspensionem à diuinis, acceptando electionem de se factam, uel alios eligendo, grauius peccaretur.

9  
Quid per sus-  
pensionem  
à diuinis in-  
telligatur.

Aduertendum, dum dicitur ( & suspensionis à diuinis ) quod per hæc uerba intelligitur esse suspensos ab exercitio Ordinum, quos habent, propter quod non possunt aliquod Sacramentum administrare cum solemnitate, nec sollemniter orationes in Choro, nec Euangelium cantare, nec cereos deferre; ac tandem sunt suspensi ab omnibus annexis ordinibus, licet sint Ordines minores; & illa exercendo irregularitatem incurrēt. Sunt etiam suspensi ab alijs Diuinis officijs, quæ non sunt Ordinibus deputata in Ecclesia, uel extrâ facienda ( exceptis Horis Canonicis, quæ priuatim à suspensio sunt dicende. )

Nauarr. in  
man. c. 27. n.  
178,  
Coar. inc. Al  
mam. 2. p. q.  
2. num. 2.

Officia autem diuina Ordinibus non deputata, sunt cantare in Choro cum alijs, Cantare defunctorum responsoria, seu litanias, Baptizare sine solemnitate, recipere Sacramenta ( nisi in casu necessitatis ) au-  
scultare Missam, acceptare electionem de se factam, Excommunicare & Beneficia conferre. Verum, si ille qui à Diuinis sic fuerit suspensus, ista Officia ordinibus non deputata durante suspensione perageret, quæ-  
uis peccaret; non tamen irregularitatem incurreret, sicut docet Nauarr. & Coarruuias.

10  
Pœna excō-  
municatio-  
nis.  
Notanda cir-  
ca pœnas.

Est notandum, quod Gregorius xiiij. supradictis pœnis, pœnam addidit excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruatę; ut ex sua confirmatione constat. Itaque istas pœnas incurritur ipso facto, absq; alia declaratione; ut in Motu proprio Pij V. dicitur.

Notandum est, an committens occultè delictum hic vetitum incur-  
rat

- A** rat istas pœnas? Ad quod, licet Author expositionis Bullę Cruciate ex professo hanc quęstionem tractans, nonnullos citet Doctores, ac per aliquas respondeat conclusiones. Nos tamen, breuitati studendo, dicimus, quod committens realiter (& non cum sola intentione, occultę delictum hic prohibitum, ipso factõ in excommunicationem incidat, licet in foro exteriori probari non possit. Et dum ponitur pœna suspensionis, est sciendum, quod licet delictum fuerit omnino occultum, statim tamen, sine aliqua declaratione, incurritur illam; quam conclusio-
- B** nem tenet Corduba contra Castrum. & Nauarr. multosq; alios, ac eã approbasse, videntur Patres Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de reformatione ibi Episcopis datur auctoritas dispensandi in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus a delicto occulto prouenientibus. Ex quo inferitur, quod Religiosi admittentes occultę Mulierem aliquam in Monasterio, incurrunt in pœnas huius Motus proprii, ipso factõ, absq; aliqua alia declaratione. Et licet a Doctoribus, contrariam partem tenentibus, fuerit dictum, non prius quis suspensionem incurrere, quã in iudice fuerit hoc declaratum; non tamen dicimus, illud intelligi esse verum, quando in Decreto hoc modo dicitur ( incidant in suspensionem, uel sint suspensi ipso factõ ) & nihil amplius dicendo; sed quando ultra additur ( sine aliqua declaratione ) ut in isto Motu proprio ponitur; Tunc dicimus non opus esse iudicis declaratione. Et hæc responsio ex his colligitur, quę latę tradidit Corduba in suo quęstion. q. 3. allegando Caietanum, & Coarruuiam; & ita hanc censuram fore intelligendã, Pius V. viue vocis Oraculo pluribus Regularibus declarauit, et eodem modo seruari, Gregorium præcepisse Summo Pœnitentiario, reliquisq; Officialibus sacri Officii pœnitentiarię, testatur R. Pater Magister Ioannes Baptista Antonucci Ordinis S. Augustini in Catechesi Neapol. fol. 227. Et itã etiam scribendo pluribus uerbis interpretari ait Nauar. in quodam comment. de vita & professione Religiosorum, & Monialium.

Idem dicendum esse, de pœna illa priuationis vocis actiue, & passiuę, taxata a sac. Cong. Card. contra eos, qui ad Monialium Monast. E iuerint, multi doctissimi viri in alma Vrbe Romę tenent. Sed est aduertendum, quod licet Religiosi modo supradictõ ex delicto occulto perpetrato incurrant istas pœnas ipso factõ; nullus tamen eorum erit obligatus statim relinquere, & renunciare officium quod habet, quãdo per huiusmodi renunciationem suum delictum posset manifestari; ac famam honoremq; amittere; & ita tenent Nauar. Sotus. Castr. & Cord. Verum ipsi Religiosi, ad procurandam sibi secretõ dispensam sine mora medijs quibuscunq; possibilibus vtentibus ad talia officia ren-

Siluest. tit. crimen q. 2. Coar. in c. Alma mater p. pri. §. 2. n. 10 fol. 23. Turrecrem. in c. de his. Castr. lib. 2. de leg. pen. c. 15. De pœna suspensionis. ipso factõ incurreda.

Author. Catechesis Neapolitana.

De pœna priuationis vocis actiue, & passiuę.

Admon.

nunciandum.

II  
Declaratio  
Cardinaliū  
cūca loca  
noua.

Est aduertendum, quod Illustrissimus Cardinalis Alexandrinus, non  
mine aliorum Cardinalium Congregationis, nostris Prælati, anno 1584  
respondit, *Monasteria*, seu loca nostra, quæ sunt in fieri, uel dum fa-  
bricantur, in quibus adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit in-  
troducendus, sed solùm ibi aliqui habitauerint Fratres, pro fabricæ potius  
seruitio, quàm aliter, in eis, clausuram ullam esse talem, ut si Mulie-  
res intrarent, pœnas propterea in supradicto Motu proprio contentas  
incurreretur. Idemq; dici, ait, de Domibus, seu Infirmarys in ciuitate  
positis, cùm nec Ecclesiam nec Conuentum habeant.

Secundum  
caput.

Circa autem secundum supra notatum. Quis uidelicet possit à su-  
pradictis pœnis absoluerè?

Primum,

Dico primum, quod ab Excommunicato solus Summus Pontifex, vel  
suam habens auctoritatem: cùm iam in isto Motu proprio sibi eam re-  
seruet. Dixi (vel suam habens auctoritatem) quia quilibet Confessa-  
rius ab Ordinario approbatus, poterit eos absoluerè, qui Bullam Cru-  
ciata, vel aliam similem habuerint, & hoc semel in uita, & in morte  
infra annum publicationis illius.

Quæ incipit  
cū ratèr cū  
ctas, edita  
ano 1545.

Item patres Cōfessores Societatis Iesu, ab Ordinario approbati, pos-  
sunt absoluerè toties quoties, per Concessionem quandam Pauli III.  
eandemq; auctoritatem habet Fratres Minores Regularis Observantiæ  
per Ordinarium approbati, per Bullam Clementis VII. qua possunt  
ipsi, omnibus Priuilegijs, & facultatibus concessis, & concedendis  
omnibus alijs Religionijs gaudere.

2

Dicitur secundo, quod à Suspensione à Diuinis possunt etiam uirtute  
Bullæ Cruciatæ, semel in uita, & in morte, ut supra, absolui; sicq; ab-  
soluti possent administrare actus ordinibus annexos, à quibus erant su-  
sponsi, dummodo tamen, suspensio illa non fuerit in iudicio deducta.

3

Dicitur tertio, quod nullus Confessor, absq; expressa Summi Ponti-  
ficis auctoritate, poterit pro officijs, quæ habent, uel habere possunt  
eos habilitare. Priuatio enim, & inhabilitatio, quoad officia, non sunt  
censuræ ecclesiasticæ, quæ possent ex uirtute Bullæ absolui, sed potius  
quædam pœna, à qua minimè Bulla posse absoluerè concedit.

Habetur su-  
pr. tit. abso-  
lut. extraor-  
din. quoad  
Fratres §. 3.  
& 4.

Iterum est Not. quod per quandam amplissimam Eugenij IV. Cō-  
cessionem Fratribus Minoribus Regularis Observantiæ datam, possunt  
ipsi Fratres, & per consequens omnes alij participantes, ab ista inha-  
bilitate, & alia simili absolui, ut possint officia, & dignitates Ordinis  
tenere, et hoc semel in uita. Et per Confessores à suis Prælati deputa-  
tos. Sed, ut huiusmodi indulto possint gaudere, debent septima qualibet  
per annum integrum septē psalmos pœnitentiales cum litanijs recitare

Videa-

**A** uideatur tamen id, quod dicit Collector in supradicto .s. 4. circa recitationem septem Psal.

Dicitur 4. quod Prouinciales Ordinis Sancti Dominici in Hispania, & per uiam communicationis, omnes Prouinciales aliorum, Religionum eorum Priuilegiorum participantium, possunt in foro conscientie suos subditos absoluere, non solum à Suspensione à Diuinis, sed etiam ab aliis pœnis in presenti Motu proprio contentis, habilitates eos ad officia habita, & habenda. Et hoc, quando, scilicet, secretò mulieres

**B** admiserint in Conuentu. Quæ quidem facultas, colligitur ex illa Bulla Pij V. Prouincialibus Ordinis Predicatorum in Hispania concessa; In qua conceditur pro suis subditis in foro conscientie tota illa auctoritas, quæ à Sacro Conc. Trid. Episcopis conceditur pro suis, ut possint, scilicet, dispensare in omnibus Irregularitatibus, & Suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus ( illa excepta quæ oritur ex homicidio uoluntario, & in iudicio non fuerit deducta ) de qua latius dixi supra in uerbo Absolutio.

**C** sed dicit aliquis, quod Concilium dat solum Episcopis dispensandi auctoritatem in Irregularitatibus, & Suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, ac maior auctoritas Prouincialibus non datur pro suis subditis; Et idcirco uidetur, quod, quamuis Prouinciales ipsi possint, in casu huius Motus proprii, à suspensione à Diuinis absoluere, non poterunt tamen dispensare in priuatione, & inhabilitate officiorum, cum ista, propriè loquendo, dici non possint suspensiones, quæ est una ex censuris ecclesiasticis: sed potius pœnæ. ad hoc tamen respondetur per **D** auctorem expositorè Bullæ Cruciatæ, quod, licet priuatio, & inhabilitatio in suo rigoroso, & stricto significato, non sint, nec suspensio, nec alia Ecclesiastica Censura: attamen multoties, Irregularitas, Depositio, Priuatio, Inhabilitatio, ac Degradatio, in lato significato appellantur Suspensiones: prout aduertunt Innocentius, multiq; alij Doctores, & notat Nauarr. in Manu. latino c. 27. num. 152. in fine.

**E** Unde ex hac doctrina concluditur, Episcopis à Conc. Trid. esse concessum dispensare posse in Priuatione, & Inhabilitate, in quam sui subditi ex delicto aliquo occulto incurrissent. Et supradictus auctor expositor Bullæ refert, quod doctissimus Doctor Frexa, totius Archiepiscopatus Valentie Prouisor, ita cõter practitari ei dixit. Et sic si Episcopi talem habent auctoritatem, habebunt etiam illam Prouinciales supradicti. Verùm, debent ipsi Prouinciales aduertere, quod, quamuis Episcopis concedat Concilium posse hanc auctoritatem delegare, eis tamen est denegata in Bulla Pij V. Cum dicat, quod ipsi per se ipsos tantum illud possint.

Hæc Bulla Pontif. in fine compeadii. Sess. 24. c. 6.

Dubium.

Innocen. c. querenti de verb. signifi. Ita tradit Abbas in c. at si. n. 7. de iudiciis, & Inn. in c. fin. de excess. Prælatorum.

Privilegium  
eorū qui mi-  
nistr. infir-  
morū ap-  
pellantur.

Nunc autem, idem etiam possunt per communicationem Priuile- **A**  
giorum concessorum à Sanctiss. Papa nostro Gregorio XIII. Congrè-  
gationi eorum, qui Ministri infirmorum appellantur, anno 1591.  
quorum Præfèctio generali inter alia conceditur, vt per se, vel per al-  
ios à se deputatos, omnes suos subditos possit absolvere ab omnibus pec-  
catis, & à quibusvis censuris, & pœnis à iure, vel ab homine (non ta-  
men nominatim) quomodolibet promulgatis, & ab omni Irregulari-  
tate (excepta Homicidij voluntarij, Mutilationis membrorum, & Bi-  
gamia) in foro conscientia tantum. Nec non, cum eis si opus fuerit, **B**  
etiam cum rehabilitatione, & abstersione inhabilitationis, & infamiae  
macula, dispensare.

Rehabilita-  
tio & abster-  
sio infamiae.  
Cum defe-  
ctu natal. pa-  
tientibus di-  
spens.  
Pro Fratib.  
Minimis

Ac concedit, vt defectum Natalium, etiam ex adulterio, sacrile-  
gio, incestu, prouenientem, patientes ad sacros ordines promoueri.

Necnon ad quascunq; dignitates, administrationes, & officia dicta  
Congregationis eligi, & aduari posse; vt latius ponitur supra in ver-  
bo Dispensatio.

Aduertendum est etiam pro hac materia, quod per Greg. XIII. ex **C**  
sententia Congregationis Conc. Trid. F. Andrea Amodeo, tunc zelo-  
so Italiæ Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, querenti, An per  
supradictum Pij V. Statutum censeretur derogatum suæ Regula Con-  
cessionis, vt singula Domina de stirpe Regia procreata, ac etiam om-  
nes huius Ordinis Fundatrices (quæ locorum eiusdem Ordinis septa cõ-  
muniore videre postulauerint) eadem honestè cum sua comitina intra-  
re, ac deuotè visitare tolerentur. Fuit declaratum non censeretur deroga-  
tum, quoad Reginas, vel Fundatrices dumtaxat: Ita refertur in **D**  
Actibus triū Capitulorū ipsorū Fratrum à Passarello compilatis. fo. 126

Et hæc sint dicta (saluo semper meliori iudicio) pro huiusmodi ma-  
teria ingressus Monasteriorum Monialium, ac Religiosorum.

## INQUISITORES HÆRETICÆ PRAVITATIS.

*Distinctio materiae inferius annotatæ.*

Collector.

**C**IRCA materiam Inquisitorum hæreticæ prauitatis ha-  
bètur in Priuilegijs Fratrum Mi. & aliorum Mendican-  
tium ea quæ sequuntur. ¶ Primò ponitur auctoritas Genera-  
lis Ministri super Fratres, qui fuerint Inquisitores, ac etiam  
super alios Fratres in huiusmodi casu. §. 1. & 2. ¶ Secundò ap-  
ponitur exemptio omnimoda à quibuslibet Inquisitoribus; &  
præsertim ne Fratres Mino, cum fuerint Inquisitores proced-  
ant

**A** dant contra Fratres Prædicatores: nec è contra. Et hoc à .§.3. vsque in finem.



**L**EMENS IV. concessit Generali Fratrū Mi. vt Fratres eiusdem Ordinis, qui ad inquirendū contra hæreticam prauitatē, seu ad alia huiusmodi negocia fuerint à Sede Apostolica deputati, possit liberè, ac licitè remouere; seu reuocare, & penitus transferre; ac eis, vt superse-

**1**  
Generalis  
Minister.

**B** deant iniungere, aliosq; substituere, si expedire viderit; & in eos, si contrauerint, Censuram Ecclesiasticam exercere. Ac etiam concessit, quòd quilibet Minister Prouincialis, vel eius Vicarius eiusdem Ordinis, possit id ipsum facere in sua Prouincia circa Fratres suos, quibus ab eadem Sede similiter cõtigerit committi. Non obstantibus aliquibus literis, vel indultis Apostolicis impetratis, vel in posterum impetradis; quæ de hoc non fecerint mentionem. B. fo. 57. & ffo. 141. concessione 326.

Prouincialis  
Minister.

**C** SIXTVS IV. concessit, quòd Generales Ordinum Prædicatorum, & Minorum possint examinare gesta per Fratres Inquisitores suorum Ordinum; & querelas contra illos propositas audire, ac super illis (quantum eis iustum, & æquum videbitur) statuere, & ordinare: & si eos in aliquo deliquisse inuenerint, illos, iuxta excessum exigentiam, etiam per eorum ab Officio amotionem, ac alias corrigere, & punire. Dictosq; Inquisitores; secundum quod æquum, & iustum, aut necessariū videbitur (non tamen in vna, eademq; diœcesi) multiplicare liberè, & licitè valeant. B. fo. 66. Et ffo. 149. conce. 366.

**2**  
Pro Fratribus  
Prædi. & Mi.

**D** Idem Sixtus statuit, vt Fratres Inquisitores Ordinis Prædicatorum; in Fratres Ordinis Mi. & è contra, Fratres Inquisitores Ordinis Mi. in Fratres Ordinis Prædicatorum quoscuq; Officio Inquisitionis huiusmodi fungi, illudq; exercere nullatenus possint, absq; Sedis Apostolicæ licentia speciali, de præsentibus literis specificam, & expressam faciente mentionem. B. fo. 66. Et ffo. 149. concessione 366.

**3**  
Pro Fratribus  
Prædicatori-  
bus, & Mino.

**E** Idem Sixtus, omnes Fratres Ordinis Carmelitarū, ab omni Iurisdictione Dominio, & Potestate Inquisitorum hæreticæ prauitatis, prorsus & omnimodo exemit, ac perpetuò liberavit. Ita quòd huiusmodi Inquisitores, èt si sint Ordinū Mendicantiū: quauis occasione, vel causa, contra personas dicti Or-

**4**  
Pro Fratribus  
Carmelita-  
nis.



Excōmuni-  
catio.

dinis nullatenus inquirere, procedere, aut iurisdictionem ali- **A**  
quam in eosdem exercere quoquo modo valeant, sub excom-  
municationis latę sententię pœna, quam quilibet cōtra faciēs  
eo iplo incurrat. Et voluit, quòd solùm teneantur coram Ro-  
mano Pontefice, aut sui Ordinis Protectore, vel camerę Apo-  
stolicę Generali Auditore, in causis fidei, aut Officium Inqui-  
sitorum concernentibus, respondere. Ac decreuit irritum, &  
inane, si secus luper ijs quicquam, quamuis Auctoritate etiam  
Apostolica, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. **B**  
fo. 112. Et ffo. 196. concessione 489.

5  
In fauorem  
Fratrum Cō-  
fessorum.

Idem Sixtus statuit, quòd Inquisitores hæreticę prauitatis,  
quicumq; fuerint, habeant facultatem procedendi contra eos,  
qui asseruerint, quòd confessi Fratribus Mendicantium Ordini-  
um, teneantur confiteri eadem peccata Rectoribus Pa-  
rochialium Ecclesiarum. **B**. fo. 61. Et ffo. 144. concessio-  
ne 353.

6  
In fauorem  
Fratrum Mi-  
norum, &  
Prædicatorū

INNOCENTIVS VIII. approbavit, & confirmavit literas **C**  
suprascriptas Sixti in .§. 2. & firmiter obseruari debere, ac Ro-  
bur perpetuę firmitatis obtinere decreuit, proq; potiori cau-  
tela eas de nouo statuit, & ordinauit. Ac vniuersis, & singulis  
Inquisitoribus hæreticę prauitatis Prædicatorum, & aliorum  
quorumcunq; Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Men-  
dicantium professoribus, & Clericis secularibus per vniuer-  
sum Orbem prohibuit: ne, prætextu cuiuscunq; potestatis,  
& facultatis eis attributę, seu attribuendę super inquisitione **D**  
huiusmodi, quantumcunq; amplissimę, contra quempiam  
Ordinis Minorum professorem procedere, & inquirere, aut  
officium suum exercere quoquo modo præsumant. Et quòd,  
si fortè præsumperint aliquos ex dictis Fratribus Minoribus  
capere, seu carceribus mancipare, debeant remittere Fratres  
iplos sic captos, infra triduum (postquam de præsentibus lite-  
ris notitiam qualitercunq; habuerint, aut requisiti fuerint)  
ad ipsorum sic captorum, & detentorum Superiores, per omnia **E**  
illaesos, & sine mora; per eos, iuxta Iuris formam, & Re-  
gularia Instituta debitis pœnis puniendos. Super quibus dat  
Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos; imponendo gra-  
ues pœnas in contrarium qualitercunq; facientibus. **B**. fo. 57  
Et ffo. 52. concessione 60.

Correctio.

LEO X. literas immediatè suprapositas Innoc. VIII. inseruit  
de verbo ad verbum, & approbavit, & innouauit, ac sui scripti  
patro-

**A** patrocínio communiuit, decernens illas ab omnibus debere inuiolabiliter obseruari, pro quàm potiori cautela, oĩa, prout per suos prædecesores prohibita, statuta, ordinata, & concessa fuerunt, prohibuit, statuit, ordinauit, & de nouo concessit. Non obstantibus quibuscunq; in contrarium facientibus  
B. ff. 21. conce. 64.

Idem Leo postea informatus, quòd aliqui Inquisitores (non obstantibus supradictis) attentabant procedere contra quosdã  
**B** Fratres Minores, præcepit, & mandauit Inquisitoribus præfatis Apostolica, vel quauis alia Auctoritate, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & plenitudine potestatis, etiam cõsistorialiter, in quibusuis Mundi partibus, sub excommunicationis sententia, & priuatione omnium & singulorum beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, & alijs pœnis in literis aliorum prædecesorum suorum contentis; quas

**C** cõtra facientes ipso facto incurrere voluit, ne de cetero cõtra dictos Fratres Mi. super causis prædictis, nec super quibusuis alijs ad suum Inquisitionis Officium pertinentibus, se intrormittere, testes examinare, & alios processus agitare præsumant. Et voluit, quòd si fortè ad aliqua de præmissis se intror miserint, aliquos Fratres capiendo, testes examinãdo, aut scripturas recipiendo, Fratres ipsos personalitèr, ac dicta testium examinatorum, & quoscunq; processus factos, & scripturas

**D** prædictas, super causis huiusmodi quomodolibet concernentes, Ministris Prouincialibus, alijsq; prædictorum Fratrum Minorum Prælatis, seu Superioribus, in locis illis, in quibus Inquisitores præfatos residere contigerit (nullis apud se retentis copijs, aut transumptis, vel notis) infra sex dierum spatiũ; postquam præsentium notitiã quomodolibet habuerint, realiter, & cum effectu restituant; vt Fratres huiusmodi delinquentes (siqui forte fuerint) iuxta excessuum, & delictorum exigentiã,

**E** per Prælatos, & alios Superiores dicti Ordinis Minorum, secundũ formam literarum Apostolicarum suorum prædecesorum castigari debeant. Super quibus etiam aduersus contra facientes, dat Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos, cum magnis non obstantijs .B. ff. 20. concessione 63.

CLEMENS VII. exemit de nouo Fratres Minores Regularis Obseruantia ab inquisitoribus hæretica prauitatis, & sub

In fauorem  
Frat. Mi. Ob-  
ler.

Excõmuni-  
catio.



Correctio.

Exemptio.

Excommu-  
nicatio.Addit Cap-  
puccinus.

protectione sua, & Apostolicæ Sedis eos suscepit. Ipsiq; In- A  
 quisitoribus, sub excommunicationis sententia, & Officiorum  
 suorum priuatione, inhibuit, ne de dictis Fratribus, etiam ra-  
 tione criminis hæresis, quomodolibet se intromittere præsu-  
 mant. Sicq; per quoscunque, tam ordinaria, quam delegata,  
 & mixta auctoritate fungentes Iudices, & personas, vbiq; iu-  
 dicari, cognosci, atq; decidi debere; sublata eis, & cuilibet  
 eorum quavis aliter iudicandi, cognoscendi, & decidendi  
 facultate. Necnon irritum, & inane, si secus super ijs à quo- B  
 quâ, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit  
 attentari .B. Et per Breue, quod incipit Propter labem lu-  
 therianam, vult, vt Inquisitores teneantur solummodò eos præ-  
 monere, & infra mensem, à die monitionis computandum,  
 expectare remedia, cum effectu adhibenda contra suspectos de  
 hæresi ab his, qui debent; prout ibi continetur, &c.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.

I n D. S.

210.

r

i-

es

f-

es

i-D

m

l-

e-

e,

es,

es

es

es, E

r-

e-


o-

m

v.

is,

r



INTERDICTVM.

*Distinctio materiae Interdicti.*

**C** Aduertendum, quòd earum Concessionum, quæ in Priuilegijs Fratrum Mendicantium circa Interdictum habentur, quædam attinent ad modum se habendi tempore, quo ab omnibus seruatur, vel seruari debet interdictum. Et hæc ponuntur primo loco. ¶ Alia verò pertinent ad suspensionem Interdicti in certis Festiuitatibus, ac circa modum, quò tunc se possunt habere Fratres. Quæ ponuntur successiuè secundo loco. ¶ Nonnulla uerò concernunt familiares, & procuratores Fratrum, Et hæc ultimo loco collocantur.

Collector.

INTERDICTVM. I.



**I**NNOCENTIVS IIII. concessit, vt cum Fratres Mino. ad loca Interdicto supposita venire contigerit, possint in eis, (excommunicatis & interdictis exclusis) submissa voce, & non pulsatis campanis, Diuina Officia celebrare: nisi id fuerit eis specialiter prohibitum .B.

**I**  
Celebrare diuina.

fo. 21. Et ffo. 105. concessione 224.

Aduertendum, quòd hoc est iam ius commune, per capitulum Alma mater, cum ibi notatis.

Collector.

CLEMENS IV. concessit, vt cum generale Interdictum ap-  
poni contigerit, possint Fratres Minores in Ecclesijs, & Oratorijs suis, ac in alijs quibuscunq; cum ad loca peruenierint

**2**  
Pro quocun-  
que Interdi-  
cto.

**Sacramēta** . ecclesiastico supposita Interdicto, clausis ianuis (excommu- **A**  
nicatis, & interdictis exclusis) non pulsatis campanis, & sub-  
missa voce celebrare diuina, & ecclesiastica recipere Sacra-  
menta: dummodo causam non dederint Interdicto, nec con-  
tingat id eis specialiter interdicti: nisi Ecclesie, & Oratoria  
eadē fuerit specialiter interdicta. B. fo. 56. Et ffo. 140. cōce. 3 14.

**3**  
**Ex Priuileg.**  
**Fratrū Pred.**  
**Pro Interdi-**  
**cto strictissi-**  
**mo.**  
Idem Clemens cōcessit Fratribus Ordinis Prædicatorum,  
quòd tempore strictissimi Interdicti (in suis domibus dunta-  
xat, exclusis omnibus, qui non fuerint de Ordine suo, clausis **B**  
ianuis, & non pulsatis campanis) valeant quotidie vnam Mis-  
sam in communi legendo audire, seu quilibet Sacerdos eius-  
dem Ordinis, cum duobus, aut tribus tantum ministris, mo-  
do simili, vnam Missam celebrare possit: dummodo in eisdem  
interdicti sententijs de Ordine prædicto, & de hac Concessio-  
ne non fiat mentio specialis. B. ffo. 73. coacessione 189. Et ffo.  
115. concessione 512.

**Collector.** Aduertendum est, quòd quando tale ponitur Interdictum, **C**  
semper derogantur ista Priuilegia. Et ideò non decipiatur ali-  
quis credendo, quòd semper sint in suo vigore. Et idem dico  
de sequenti Concessione. Itaq; ista valebant solummodo, qñ  
hmōi Interdictum ponetur sine sufficiētibus derogationibus.

**4**  
**Pro quocū-**  
**que Interdi-**  
**cto.**  
NICOLAVS III. concessit Fratribus Mi. quòd dum appo-  
positum fuerit interdictum in ciuitatibus, vel locis, vbi habi-  
tant prædicti Fratres, taliter, quòd, non obstantibus Priuile-  
gijs, seu Indultis quibuscunq; Religiosis à Sede Apostolica cō- **D**  
cessis, omnia in huiusmodi Interdictis Ecclesiastica Sacramē-  
ta (exceptis Baptismate paruulorum, & penitētijs morientiu)  
prohibeantur, possint Fratres tēpore talis Interdicti sua con-  
fiteri peccata, & ab ipsis absolui, ac intelligere Diuinum Of-  
ficiū, & Missas celebrare, ianuis clausis, non pulsatis cāpanis,  
voce submissa (excomunicatis, & interdictis, ac omnibus per-  
soni, quæ nō sint de Ordine prædicto, exclusis.) Necnon tēpo-  
ribus consuetis, iuxta morem dicti Ordinis, Sacra Commu- **E**  
nionis, & Extreme Vnctionis Sacramenta recipere; nō obstā-  
te prohibitione præfata, seu aliquibus literis super hoc à Sede  
Apost. impetratis; quæ de ordine prædicto, & de hac Indulg. spe-  
cialē nō fecerint mentionē. B. fo. 21. Et ffo. 105. concess. 222.

**Sacramenta**  
**5**  
**Ex iure cō-**  
**muni.**  
BONIFACIUS VIII. in cap. Alma Mater, de sententia excō-  
municationis, statuit multa circa interdictū, sequētib<sup>9</sup> verbis.  
Cōcedim<sup>9</sup>, qđ tpe Interdicti ab hoīe, vel à iure prælati, nō im mo-  
rientes

**A** rientes, sed etiam viuentes, tam sani etiam quam infirmi ad pœnitentiam (quę, propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum, summę necessaria est) licitę admittantur; dum tamen excommunicati non fuerint; quos admitti (pręterquam in mortis articulo) nolumus ad eandem. ¶ Illis ęt, propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata est sententia Interdicti; vel qui ad perpetrandum delictum (cuius occasione ipsum interdictum est latum) prębuerunt auxilium, **B** consilium, vel fauorem: nisi de ipso delicto (si sint tales, quod id facere valeant) prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem: aut si satisfacere nequeunt, vel huiusmodi cautionem pręstare, iurauerint, quod, cum poterunt, satisfacient, & ad satisfactionem huiusmodi, per eum, vel per eos, qui facere ipsam debent, & possunt, pręstandam, dabunt consilium, & auxilium; ac, iuxta posse suum, fideliter laborabunt: non est pœnitentię beneficium aliquatenus concedendum. Nec tunc, quoad istos, vel alios, qui circa hoc minimę deliquerunt (vbi Ciuitas, vel locus alius, seu Vniuersitas interdicti existunt) facienda est relaxatio Interdicti: sed est eis solum modõ iniungenda pœnitentia salutaris. Habetur vbi supra.

Idem Bonifacius in præfata Decretali sic dicit. Adijcimus præterea, quod singulis diebus in Ecclesijs, & Monasterijs Missę celebrentur, & alia dicantur Diuina Officia, sicut prius, **D** submissa tamen voce, & ianuis clausis: excommunicatis, & interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Habetur vbi supra.

Idem Bonifacius in prædicta Decretali addit. In Festiuitatibus verõ Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis Gloriosę, campanę pulsentur, & ianuis apertis, alta voce Diuina Officia solenniter celebrentur: excommunicatis prorsus exclusis: scilicet, interdictis admissis; quibus, ob reuerentiam solennitatum, & ut ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum, facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus Diuinorum. Sicut tamen, quod illi, propter quorũ excessum Interdictum huiusmodi est prolatum, Altari nullatenus appropinquent. Cæterisq; circa obseruationem Interdictorum à nostris sunt prædecessoribus instituta, in suo robore duraturis. Non obstantibus quibusuis Priuilegijs Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus,

Reli-

Confessio  
Excommu-  
nicatio.

6

Forma Ob-  
seruationis  
Interdicti.

7

Ex Iure cõ-  
muni De su-  
spensione  
Interdicti in  
certis Festiui-  
tatibus.

Religionibus, seu personis Ecclesiasticis, Secularibus, vel Regularibus, exemptis, & non exemptis, sub quavis forma, vel expressione verborum ab Apostolica Sede concessis. Habetur ubi superius.

8 CLEMENS V. circa obseruantiam Interdictorum generalium, tam Auctoritate Sedis Apostolicæ, quam à locorum Ordinarijs positorum, fecit Constitutionem sequentem. Districte præcipiendo mandamus, quatenus Religiosi quicumque, tam exempti, quam non exempti, cuiuscumq; Ordinis & conditionis existant, cum Cathedrali vel Matricem, seu Parochialem loci Ecclesiam illa viderint, aut sciuerint obseruare (non obstantibus quibuscumque appellationibus antea etiam ad eandem Sedem, vel alium, seu alios, interiectis, & alijs obiectibus quibuscumque) absq; dolo, & fraude: cum moderatione tamen Decretalis, Alma, inuiolabiliter ea seruent. Alioquin, non seruantes, excommunicationis sententiæ, hoc ipso volumus subiaceri. Quod etiam in interdictis, & cessationibus à diuinis, indictis per Prouincialium Cõciliorum Statuta, vel ipsorum auctoritate; cum maius sit Prouinciale Concilium, quam singularis Prælati Prouinciæ; ac iudicium integrum, quod plurimorum sententijs comprobatur: volumus obseruari. ¶ In Cessationibus verò generalibus à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine, vel aliàs, Capitula, Collegia, vel Conuentus secularium, aut Regularium Ecclesiarum sibi vendicant (quia ipsos hoc vnico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus, nec debemus) idem intelligimus obseruandum. Habetur in Clementina Ex Frequentibus: de sententiæ excommunicationis.

9 PIVS II. declarauit qualiter Fratres Minores in obseruatione Interdicti se habere debeant, dicens, quòd si Interdictum fuerit Apostolicum, tunc, postquam prædictis Fratribus (qui loca interdicta habitant) insinuatio facta fuerit, ad obseruationem illius Interdicti astringantur, nulla exceptione, aut excusatione admissa: etiam si ceteri Religiosi, ac Seculares ex quacumque causa non obseruauerint. Sed si Interdictum fuerit ordinarium, tunc solum ad illius obseruantiam obligentur, quando Matricem Ecclesiam illud viderint obseruare, b. fo. 50. Et ff. 49. concessione. 52. ¶ De hoc vide. s. sequenti.

10 INNOCENTIUS VIII. reuocauit supradictam Ordinationem

Ex Iure cõmun' De obseruantia Interdicti.

Excommunicatio.

Cessatio à diuinis.

Pro Interdicto Apostolico, & ordinario.

**A** nem, seu Declarationem Pij II. de obseruatione Interdicti Apostolici, scilicet, quòd & si non obseruetur ab Ecclesia Matrìce, debeat obseruari à Fratibus Minoribus; & reduxit eos ad Ius commune.

Pro Interdicto Apostolico.

Hęc reuocatio fuit reperta in libro cuiusdam Patris notabilis, sub forma Oraculi viuæ vocis, & ex obliuione non est posita in aliquo libro Prìuilegiorù Ordinis impressorum. Nulibi tamen reperi sub Authentico. Attamen de ipsa, quin fuerint concessa, non est dubitandù; vt mihi videtur. Non enim est verisimile aliquem sic suæ salutis esse immemorem, vt præfertim nullo interueniēte interesse, auderet asserere tale quid fuisse concessum, nisi ita esset.

Collector.

**I**VLIVS II. fecit quandam Concessionem circa perceptionem Sacramenti Eucharistiæ, tempore interdicti, quæ posita est in dictione Communicare .§. octauo.

II

Communicare.

**C** Idem Iulius concessit Fratibus Minoribus, quòd si contingat aliquam ciuitatem, seu oppidum, cum duobus vel tribus milliariibus circumuicinis (infra quæ milliaria Domus Fratrum prædictorum existunt) Ecclesiastico supponi Interdicto, Fratres Ordinis huiusmodi (nisi causam Interdicto dederint, vel eis specialiter ex causa legitima interdictum tuerit) huiusmodi interdictum seruare nullatenus teneantur: si aliàs Domus ipsorum Fratrum de iure interdicto talis oppidi non comprehendantur. B. fo. 43. Et ffo. 126. concessione 278.

12

Pro quocunque Interdicto.

**D** Idem Iulius concessit Fratibus Minoribus, quòd tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi, possunt sepelire in Ecclesijs suis liberè, & licitè corpora Fratrum eiusdem Ordinis decedentium. Et hoc etiam cum carimonijs solitis in Ordine, ac pulsatis campanis, Missas, & alia Diuina Officia in similibus celebrari consueta, in omnibus & per omnia, ac si interdictum huiusmodi appositum non esset. B. ffo. 212. concessione 516. Et ffo. 72. conce. 219.

13

Pro Interdicto ordinario Sepelire Fratres.

**E** Pro sepeliendis Fratibus publicè, ac solenniter tempore interdicti Apostolici, aut cessationis à diuinis, habetur Concessio infra .§. 22. Et latius inferius Interdictum 2. §. 10.

Collector.

Idem Iulius concessit Fratibus Augustiniensibus, vt quæ Ordini suo pro tempore generalis interdicti concessa sunt, ea omnia in speciali Interdicto intelligantur esse concessa, in qua licere eis voluit eadem omnia, quæ in generali Interdicto licere concessum est. b. fff. 95. conce. 310.

14

Pro Interdicto speciali.

Aduer-



Collector. Aduertendum, quòd hæc est magna Concessio, & valde magna, & ideò valdè notanda, & nusquam aliàs concessa, vt credo.

15 Pro Interdicto particulari. LEO X. concessit Fratribus Minor. Obser. quòd Ecclesiarum Domorum suarum interdicti non possint ad instantiam cuiuscunque personæ, etiam Cardinalatus honore, vel alia quauis fulgente dignitate, vel per Auditorem Sacri Palatij, aut quoscunque; alios Iudices: nisi tota Ciuitas, seu oppidum, vbi Domus huiusmodi consistit, Apostolica, seu ordinaria auctoritatibus Ecclesiastico supponatur Interdicto. Ac uoluit, quòd in huiusmodi Domibus degentes Fratres, ad ipsius Interdicti obseruationem minimè teneantur. Nec propterea Irregularitatis maculam, aut aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrerent. Sed, dummodò causam non dederint huiusmodi Interdicto, possunt, ianuis apertis, & campanis pulsatis, Missas, & alia Diuina Officia celebrare: nisi persona, ad cuius instantiã Interdictum fuit appositum, in eisdem Domibus degentibus Fratribus, de alimentis, & alijs victui necessarijs rebus, competenter prouideri fecerit. Et decreuit irritum, & inane, si se cùs super ijs à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter actum fuerit. B. ffo. 55. concessione. 156.

16 Absolutio. Idem Leo concessit, quòd tempore Interdicti, possint Fratres Minor. absoluerè à Censuris in foro conscientie illos, qui confitebuntur peccata sua: nisi tales censuræ essent, ex quibus huiusmodi Interdictum emanaret. O. ffo. 59. conce. 174. D

17 Pro Cessatione à Diuino. Idem Leo declarauit, & concessit eisdem Fratribus Minor. quòd in forma obseruationis nulla sit differentia inter Cessationem à Diuinis, & Interdictum quodcunque; O. ffo. 59. concessione. 165.

Collector. Hoc Impugnatur a Nauar. in manual. c. 27. nu. 188. Aduertendum est circa huiusmodi Concessionem, quòd duo insignes Doctores vniuersitatis Salmantinae in suis Repetitionibus, concluderunt, quòd Cessatio generalis à Diuinis, & Interdictum loci sunt omnino idem: ita quòd habet locum in eis capitulum Alma Mater. Hoc est, quòd si Cessatio fuerit in toto oppido, vel aliàs generalis, celebrabitur, ianuis clausis, &c.

18 Pro Interdicto, ac etiam Cessatione à Diuinis. Idem Leo concessit præfatis Fratribus Minor. quòd tempore Interdicti, aut Cessationis à Diuinis, possint duo, vel plures Fratres, extra Ecclesiam, in Domibus suis officium diuinum dicere. Non obstante capitulo Quod in te: De pœnitentia. & remissio. & alijs quibuscunque; Et quòd, quando extra Chorum dicunt

**A** dicunt prædicti Fratres Horas Canonicas, si casu transeuntes personæ interdictæ aliquid audierint, non propterea incurrant aliquam Censuram. O. ffo. 59. conce. 166.

Idem Leo concessit, quòd tempore Interdicti ordinaria auctoritate apposti, possunt Fratres Minor. Obser. dare publicè professionem Fratribus suis; & in illa cantare hymnum Veni creator spiritus, & alias cæremonias facere; prout in consuetudine habetur. O. ffo. 62. conce. 197. 19  
Pro Interdicto ordinario.

**B** Idem Leo concessit etiam, quòd præfati Fratres Minor. possint tempore Interdicti ordinarij benedicere Mensam, & post prandium, & cœnam, Deo agere gratias, sicut, si nullum esset interdictum. O. ffo. 62. conce. 198. 20  
Pro Interdicto ordinario.

Idem Leo concessit, quòd similiter tempore Interdicti ordinarij possint prædicti Fratres Minores facere Processiones per Claustra sua; dicendo litanias, vel hymnos, aut alia deuota carmina: dum tamen aliquod Diuinum Officium non dicant. O. ffo. 62. conce. 199. 21  
Pro interdicto ordinario.

**C** cant. O. ffo. 62. conce. 199.

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Minimorum.*

**I**dem Leo informatus à Fratribus Ordinis Minimorum, quòd in Priuilegijs Fratrum Mendicantium, præsertim Fratrum Minorum, contineretur, quòd ipsi Fratres Mendicantes, præsertim Minores, in suis Ecclesijs, tempore Interdicti ordinaria auctoritate apposti, etiam ianuis apertis celebrare possent; & quòd Mendicantes, præsertim Minores, consueuerint, & soliti sint, tempore Interdicti huiusmodi, in Ecclesijs Domorum suarum, ianuis apertis celebrare, concessit Motu proprio, & ex certa scientia præfatis Fratribus Minimis, vt in quibuslibet Ecclesijs domorum suarum, in quibuslibet locis consistentibus, tempore Interdicti ordinaria auctoritate apposti, etiã ianuis apertis Diuina Officia celebrare liberè, & licitè possint, & valeant. Super quo aduersus contradictores ponit granes censuras: & in fine maximas derogationes, seu 22  
Pro Interdicto ordinario.

**D** non obstantias **B**.

Circa suprascriptam Concessionem oportet aduertere, vtrù sit valida, vel ne. Nam ex vna parte apparet inualida, nulliusq; valoris, scilicet, quia videtur fundata super relatione falsa, & per consequens, esse indultum subreptitium. Ego enim qui exactissimam diligentiam apposui circa collectionem Priuilegiorum Fratrum Mendicantium, & præsertim Minorum, nunquam vidi, nec audiui Romæ, nec alibi: quamuis diligenter Collector.

genter quæ suæ à Patribus doctissimis in huiusmodi: quòd ta- **A**  
 le Priuilegium haberent Fratres Mendicantes; nec quòd vn-  
 quàm istud fuerit in vlu. Ex alia verò parte videtur Priuilegiũ  
 præfatum esse validum: quia non videtur fundari super rela-  
 tione prædicta: sed super affectione, quam Pontifex ostendit  
 habere ad huiusmodi Ordinem Minimorum; ac super mera  
 voluntate: quia dicit in Principio Concessions, quòd Motu  
 proprio, & ex certa scientia, &c. ¶ Tandem super hoc consti-  
 tutus quidam insignis Iuris Doctor, respondit, vt sequitur. **B**  
 Præsupposita eiusmodi relationis falsitate, putò Priuilegium  
 istud esse subreptitium. Ea enim subreptio, quæ vitiat literas  
 ad beneficia, videtur vitare Priuilegia; vt Abbas sentit, in c.  
 Ad audientiam, de rescriptis. & in c. Quidò super his, de fide  
 instrumetorum. Et literas beneficiales vitare videtur falsitas,  
 causæ impulsivæ. Tex. & ibi Abbas, Felinus, & alij in c. Po-  
 stulasti, de rescript. Et non potest negari, quin hæc relatio, vel  
 fuerit causa finalis huiusce Concessions, vel saltem impulsio- **C**  
 ua, quæ magnopere mouerit Papam ad eam Concessionem  
 faciendam. Nec ob stare videtur, quòd Papa non tam super re-  
 latione, quàm super affectione fundetur. Nam ex contextu  
 videtur, quòd Papa se fundat super affectione ad conceden-  
 dum specialiter huic Ordini quod ex communicatione Priui-  
 legiorum generaliter concessum erat. Vnde fundat se in affe-  
 ctione, quoad vnum, & in relatione, quoad aliud. facit ad hoc:  
 quoniam huiusmodi Priuilegio, & communicatione concess- **D**  
 is: neruus censuræ Interdicti grauissimæ læditur. Et adeò qui-  
 dem, vt quamuis esset concessum sine aliqua subreptione, vi-  
 deretur reuocandum. Argumento .c. primi, de consuetudine,  
 secundum vnum intellectum. Et c. Suggestum, de Decimis.  
 facit & lex prima. ff. de natali resti. Et quod Baldus notat in  
 .l. præscriptione: Collatione 3. v. Ego dico. C. Si contra ius,  
 uel utilitatem publicam. Et Socinus, consilio 251. colu. 9. v. cõ  
 firmantur omnia præmissa. Ideirco uidetur, quòd nullatenus **E**  
 quis uti debet præfato Breui, aut Concessione in ipso contèta.

¶ Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

23  
Pro Interdi-  
cto ordina-  
tio.

**N**ICOLAUS V. concessit, ut Prior Monasterij Sancti  
 Benedicti possit eligere sex personas inter uiros, & mu-  
 lieres successiuè; quæ personæ tempore Interdicti generalis, si-  
 uè specialis: aut quo cessatur à Diuinis, in dicto Monasterio,  
 qñ Missæ & alia Diuina officia celebrantur, siuè celebrabuntur,  
 Missas

**A** Missas & alia Diuina Officia audire, & illis interesse; ac in ipso Monasterio dicto tpe Ecclesiastica recipere Sacramēta. Et si aliqua ipsarum sex personarum interim mori contingerit, sepeliri in Ecclesiastica sepultura valeat, sine tamen solemnitate: dummodo dictus Prior, vel aliqua ipsarum sex personarū dicto Interdicto, aut Cessationi à Diuinis causam nō dederint, & ipsum Interdictum non sit positum, vel confirmatum auctoritate Apostolica .b.

Sacramenta  
Sepultura.

**B** NICOLAUS Francus Apostolicæ Sedis Nuncius, & Orator, cum potestate Legati de latere, à Præfata Sede deputatus in regnis Castellæ, Legionis, & Aragoniæ, concessit Monachis S. Benedicti Obseruantie Hispaniæ, quòd tempore Interdicti ordinarij, possint recipere ad Missas, & ad alias Horas audiendas in suis Monasterijs quindecim personas in qualibet die, de ijs, qui non dederunt causam Interdicto. o.

24  
Pro Interdicto  
ordinario.

**C** LEO X. concessit, ut Monachi, & Moniales, Conuersi, & seruitores Monasteriorum, & Prioratuum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ; cum eos in Ecclesijs, vel Coemeterijs Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorū dicti Ordinis, & Congregationis, humana cadauera Ecclesiasticæ tradere sepulturæ contigerit, tempore Interdicti, aut Cessationis à Diuinis, quacunq; auctoritate, etiam Apostolica impositorum, dummodo huiusmodi interdicto causam non dederint, nec id eis contingat specialiter interdici, apertis ianuis,

25  
Pro Interdicto  
etiam  
Apostolico.

**D** pulsatis campanis (nominatim interdictis, & excommunicatis exclusis) Missas, & alia Diuina Officia solemniter & in cantu celebrare .B.

Sepultura.

*Ex Priuilegijs Ordinis Sancti Ioannis Hierosolimitani .*

**A** NASTASIVS IV. & Alexander III. & Alexander IV. & Vrbanus III. & Clemens III. & Clemens IV. successiue, sub eisdem verbis statuerunt: ut nulli Episcopo in Ecclesijs subditis Fratribus Sancti Ioannis hospitalis Hierosolimitani, Interdicti, vel excommunicationis sententiam, liceat promulgare .B.

26

**G**REGORIVS IX. præfatum Statutum innouauit, ac vniuersis Ecclesiarum Prælati præcepit, vt præfatos Fratres excommunicare, aut eorum Ecclesias interdiceret, nullatenus præsumant .B.

27

Sciendum, ac notandum, quòd virtute suprascripti Statuti Collectorum prædi-

Collectorum

prædicti Fratres in nonnullis, partibus nullum obseruabāt Interdictum, etiam si Matrix Ecclesia seruaret, credentes intelligi etiam de Interdicto generali. Sed nuper in Vniuersitate Salmantina declaratum est, intelligi debere de Interdicto speciali, seu particulari duntaxat, scilicet, quòd Ecclesiæ præfate nequeant specialiter interdici ab Ordinarijs Ecclesiarum Prælatis. Et ab Officiali Episcopi Salmantinae Diœcesis districtè prohibitum est, ne de cætero violare Interdictum generale attentarent, sed illud sicuti alij Religiosi seruarent. ¶ Sic autem debere fieri, ponitur expressè in literis præfatorum Pontificum, addendo sequentia verba. Verùm tamen, si Generale Interdictum fuerit, in huiusmodi locis prolatum; exclusis excommunicatis, & nominatim interdictis, clausis ianuis, absque signorum pulsatione, planè Diuina celebretis. B. ¶ Et dato casu, quòd præfatum Priuilegium foret sufficiens tempore Concessionis: tamen, postquam Capitulum Alma Mater, de sententia excommunicationis, lib. 6. & Clement. Ex frequentibus, C de sententia excommunicationis emanauit, nullius esset momenti. Et idem de Concessione sequenti supraposita, scilicet, quòd exclusis excommunicatis, & nominatim, interdictis: posent, admissis cæteris generaliter interdictis, celebrare Diuina, prout in quadam Ecclesia dicti Ordinis fieri consuevit. Ac idem iudicium est habendum de similibus Priuilegijs antiquis, Vnde glo. in præfato cap. Alma Mater, verbo Concessis: dicit. Per hæc verba generalia reuocatum est Priuilegiū Templariorum, & Hospitaliariorum, scilicet Sancti Ioannis: quo in eorum iucundo aduētū semel in anno aperiēbatur vna Ecclesia in loco, tempore Interdicti; & celebrabantur ibi Diuina. hæc glosa.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad. s. 13. notandum, quòd sepelire solenniter, & cum cæremonijs solitis, vt ibi cōceditur per Iulii II. est aliud. Et aliud est sepelire cum Pompa moderata, vt sepe conceditur in Bullis cruciate. Pro quo notandum, quòd sepelire cum pompa moderata est, quòd dentur in campanis tres clamores pro viris, & duo pro mulieribus; quodq; Clerici, seu Religiosi, dum deferunt, dumq; sepeliunt cadauer, cantent quod solitum est cantari,

non

- A** non autem quòd celebretur Missa de Requiem, &c. vt hoc sic fuit declaratum in Bulla contra Africam, data per Leo. X. anno Dom. 1516. Aliud autem est sepelire in silentio; ut Clericis seruantibus Interdictum concessum est à iure communi, & ex Priuileg. concessum est nunc nostris familiaribus; vt habetur in Compend. tit. Interdictum 3. §. 2. & 3. & 5. & 11. & 14. & 15. ibi de his videatur.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.

- B** **N**OTA quòd idè Cord. in suo question. tract. de Indulg. q. 43. dub. 5. ait quòd in Bulla data contra Infideles per Iulium III. anno 1552. declaratur quòd per pompā moderatam intelligitur, quando fit medieta eius sollemnitas, qua fieri solet extra Interdictum, cantādo & pulsando campanas, iuxta qualitatem personarum; & idè declaratur in Bulla data à Pio IV. in anno 1565. & reliquū relinquitur in arbitriū Ordinarij, si fuerit in eo loco, vbi mortuus sepelitur aliàs ad arbitriū Parochi. & aduertit Corduba quòd in Hispania communiter practicatur dispositio Leon. x. sed in hoc casu debet attendi consuetudo Episcopatum.
- C**

## INTERDICTVM SECVNDO.

- A** **A**LEXANDER IV. concessit, vt cum generale fuerit Interdictum possint Fratres Mino. in Vigilijs, & Festiuitatibus Sanctorum Francisci, & Antonij, ac Beatæ Claræ, & octo diebus immediatè sequentibus, unā cum Religiosis, & Clericis secularibus, qui tunc in Ecclesijs Fratrum conueniunt, apertis ianuis (excommunicatis duntaxat exclusis) Diuina Officia ibi celebrare: dummodò huiusmodi Fratres Mi. aut prædicti Religiosi, & Clerici causam non dederint Interdicto, nec præfatis Fratribus contingat specialiter interdici. b. ffo. 257. conce. 642. Et. B. ffo. 54. concessione 154.

**I**  
Pro tribus  
sanctis  
Ordinis.

- E** Hæc Concessio, licet fuerit reuocata per capitulū Alma Mater, tamen postea reuoludata est per Iulium II. vt patet infra. §. 4. Idem Alexander fecit consimilem Concessionem Fratribus Ordinis Prædicatorum pro Festiuitatibus Sanctorum Dominici, & Petri Martyris. b. ffo. 115. conce. 510.

**A**LEXANDER VI. extendit Priuilegia Summorum Pontificum suorum prædecessorū, quoad Interdictū. scilicet, sicut tēpore

Pro omnibus  
sanctis Ordinibus.

Interdicti poterant Fratres Mino. celebrare solenniter Diuina A  
Officia in suis Ecclesijs, & Monasterijs in solennitatibus San-  
ctorum Francisci, Antonij, & Beatæ Claræ, & per suas Octa-  
uas, ita possint in festiuitatibus aliorum Sanctorum dicti Or-  
dinis; uicelicet Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, necnon  
quinque Martyrum de Marrochio. Sed hoc per diem tantum,  
o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 171. Et ffo. 100. conc. 377.

4  
Pro Festiui-  
tate Stigma-  
tum.

IULIUS II. confirmauit, & de nouo concessit Priuilegia  
suorum Predecessorum, circa celebrationem Festorum Sancti B  
Francisci, & aliorum Sanctorum Ordinis Mino. tempore In-  
terdicti, extendens etiam eadem Priuilegia ad Festum Stigma-  
tum Beati Patris Francisci, etiam tempore Cessationis à Di-  
uinis: Non obstantibus quibuscunque in contrarium facienti-  
bus: præsertim capitulo Alma mater: de sententia [excommu-  
nicationis lib. 6. o. ffo. 70. conce. 178. Et O. ffo. 74. conce. 223.  
Et ffo. 81. conce. 263.

Collector.

Prædicta Cōcessio uidetur solū pertinere ad Fratres Mino. C  
Prouinciarū Hispaniæ, quia ipsis solū directā est. ¶ Circa istā  
aut nouā Cōcessionē, & reuocationem capituli Alma mater,  
necnon quoad omnia pertinentia ad celebrationē Sanctorum  
Ordinis tempore interdicti, uide illa quæ in fine huius dictio-  
nis sunt addita: & attende bene ad singula.

5  
Pro Sancto  
Bonauentu.

Idem Iulius concessit Fratribus Mino. quòd in die Sancti  
Bonauenturæ, si eadem die Interdictum Auctoritate Aposto-  
lica appositum fuerit, possint dicti Fratres in suis domibus à D  
primis Vesperis, usque ad secundas Vesperas eiusdem diei inclu-  
siuè, Missas, & alia Diuina Officia celebrare, seu celebrari fa-  
cere, sicut in die Sancti Francisci, Fratres huiusmodi facere  
possunt. B. fo. 44. Et ffo. 127. conce. 286.

6  
Pro Sancta  
Helisabeth.

LEO X. concessit Fratribus Mi. de Obser. ac Monialibus S.  
Claræ, & Tertiarū Regulæ sub obedientia eorundem Fratrum  
degentibus, ut in die Sanctæ Helisabeth filiæ Regis Hungariæ,  
& per eius Octauam, possint tempore Interdicti Missas, & alia E  
Diuina Officia celebrare, seu celebrari facere, quemadmodū  
possunt in diebus Sanctorū Francisci, Antonij, & Claræ, & per  
Octauas eorum. B. ffo. 55. conce. 155.

7  
Pro omnib.  
Sanctis Ordi-  
nis.

Idem Leo declarauit, & concessit Fratribus Mi. quòd Priui-  
legium concessum de suspendendo Interdictum in Festis San-  
ctorum sui Ordinis, intelligatur de diebus, quibus talia festa  
cadunt, et si propter alia maiora festa occurrentia, eorum Of-  
ficia

**A** ficia in alium diem transferantur. Concessit etiam, quòd in diebus huiusmodi Suspensionum Interdicti, tam virtute Priuilegiolorum dicti Ordinis, quàm aliàs de Iure generaliter concessis, possint Fratres in domibus suis, intra & extra Ecclesiam dicere, & facere omnia illa, quæ nullo existente Interdicto fieri possunt. Et hoc propter scrupulum aliquorum, qui dicunt, quòd quando suspenditur aliquod Interdictum propter aliquod festum, non posse dici nisi Officium, & Missam illius Fe-

**B** stiuitatis sine alijs orationib<sup>9</sup> & collectis. O. ffo. 58. còce. 154.

Virtute huius Concessionis non possunt Fratres sepelire seculares mortuos tempore talis Suspensionis, aut alia similia facere. Hoc patet ex verbis, quæ post Concessionem subsequuntur, scilicet. Et hoc propter scrupulũ, &c. Hæc enim fuit causa propter quam ego, qui hoc opus collegi præfatam Concessionem procuravi, & non alia, si bene memini.

**C** Idem Leo concessit, quòd in partibus Hispaniarum suspendatur quodcumq; Interdictum in festiuitate purissimæ Còceptionis Beatæ Virginis, & per eius Octauam, prout habetur late supra in dictione Conceptio Virginis, in. 9. 10.

Idem Leo concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, ut quoties Festiuitates Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, & Vincentij, ac Sanctæ Catherinæ de Senis, & earum Octauæ: quomodocumq; etiam per translatione celebranda occurrerint, tempore quo Ciuitates, Oppida, &

**D** loca Ecclesiastico Interdicto, etiã Auctoritate Apostolica sunt supposita, in Ecclesijs Domorum suarum, & Monasteriorum, quorũ cura dicto Ordini est cõmissa: nisi Ecclesiæ supradictæ, vel huiusmodi Fratres nominatim essent Interdicti; aut causã dederint Interdicto, aut eam foueant; possint pulsatis campanis, & apertis ianuis (Interdictis, & excommunicatis exclusis) alta voce Missas, & alia Diuina Officia, diurna, & nocturna in diebus Festiuitatum prædictarum, & Octauis earum respecti-

**E** uè durantibus, etiam si per Octauas ipsarum, & in die Octauarum, non nisi memoria de Sanctis fieret, liberè, & licitè celebrare. Ac voluit, vt quoties dictarum Festiuitatum, & Octauarum earundem celebrationes, qualibet ex causa, etiam extra tempus Interdicti, transferantur, etiam Indulgentiæ dictas Ecclesias in Festiuitatibus huiusmodi, & per earũ Octauas visitantibus pro tempore concessæ ad tempus celebrationis huiusmodi sint, & censeantur translata, B. ffo. 82. Et b. ffo. 121.

Collector.

8  
Pro Festo Cõ  
cep. B. Virg.

9  
Ex Priuileg.  
Fratrum Præ  
dicatorum.

Indulgentiæ



concessione 554.

*Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

IO  
Pro quocun-  
que Interdi-  
cto & Cessa-  
tione à Diui-  
nis.

**L**EO X. concessit Generali, & alijs Abbatibus, Prioribus, & Abbatissis, Monachis, & Monialibus, Conuersis, seruitoribus, & seruitricibus Monasteriorum, & Prioratum Ordinis Sancti Benedicti Cōgregationis Hispaniæ pro tempore existentium, vt in Conceptionis, & Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ, & eiusdē Virginis, & Sancti Ioannis Baptistę Natiuitatibus; necnon Sanctorum Benedicti Abbatis, Martini Episcopi & Confessoris Transiituum, & Translationum, ac Sanctorum Gregorij Papæ, Ildephonsi Archiepiscopi Tolerani, Antonij, & Bernardi Abbatum, ac Beatorum Mauri, & Placidi discipulorum, & Sanctę Scholasticę Sororis eiusdem Sancti Benedicti. Adelelmi Confessoris, necnon in quorumcunq; aliorum Sanctorum, & Sanctarum, sub quorum inuocationibus Monasteriorum, Prioratuum, & locorū vtriusq; sexus dicti Ordinis, & Cōgregationis Ecclesiæ dedicata, & constructa; seu quorū corpora in ipsis Ecclesijs recōdita respectiue existūt necnon hebdomadarum Sanctę, & Resurrectionis Dominicę Festiuitatibus, & per Octauas earundem omnium supradictarū Festiuitatū; necnō quoties Monachi, Moniales, & alię vtriusq; sexus Religiosę personę dicti Ordinis, & Cōgregationis Professionem emisierint, aut primā Missam celebrauerint, seu eos in Ecclesijs, vel Cœmiterijs Monasteriorū, Prioratuum, & aliorū locorū dicti Ordinis, & Cōgregationis humana cādauera Ecclesiastica tradere sepulturę cōtigerit tēpore Interdicti, & Celsationis à Diuinis, quacunq; auctoritate etiā Apostolica, impositorū: dūmodo hmōi Interdicto causam nō dederint, nec id eis cōtigerit specialiter Interdicti: apertis ianuis, pulsatis cāpanis, nominatim Interdictis & excommunicatis exclusis, Missas, processiones, & alia Diuina Officia solenniter, & in cantu celebrare. **B**

Professio.  
Missā noui

Sepultura.

Col'edor.

Quoad Concessionem præfatam, dubitatum est, an in omnibus Festiuitatibus ibidem contentis Fratres Mi. & alij, qui eorum Priuilegijs gaudent, virtute Communicationis Priuilegiorum, in eisdem Festiuitatibus, ac diebus, possint Diuina solenniter celebrare? Et videtur, quod in Festiuitatibus Sancti Benedicti, & Sāctorū sui Ordinis, ibi nominatorū. s. Greg. Papę Bernardi Abbatis, Mauri, Placidi, Adelelmi, & Scholasticę Virginis, nequeāt Fratres Mendicantes vti præfata Cōcessiones; quia

- A** quia alię similes concessiones ita intelligi solent. Nam, licet Fratres Ordinis Prædicatorum, & alij Mendicantes habeant plenissimam communicationem Priuilegiorum adinuicem: tamen non vtuntur Concessione facta Fratribus Mi. pro Festiuitatibus sui Ordinis, in eisdem Festiuitatibus: sed in festiuitatibus sui proprij Ordinis. Et sic esse intelligendum inter Prædicatores, & Minores, declarauit Iulius II. vt habetur in dictione Communicatio Priuilegiorum. §. 13. Similiq; ratione de alijs Ordinibus intelligendum videtur; præsertim, quia sic
- B** habetur in communi vsu. Consuetudo autem, est optima legum interpres; vt dicunt Iuristę: & idcirco tanquam lex seruanda. In reliquis verò Festiuitatibus, & diebus in prædicta Concessione expressis, non apparet cur Fratres Mino. nõ possint celebrare solenniter Diuina; sicut faciunt Monachi Sancti Benedicti. Aliter enim de nihilo deseruiret Cõmunicatio Priuilegiorum supradicta, quoad huiusmodi Concessionem. De sancto autem Ildephonso in Concessione nominato, non potui
- C** hucusq; inuenire, vtrum fuerit Ordinis sancti Benedicti. Cõstat enim ex sua legenda, quòd fuit Monachus, sed non cuius Ordinis: & potuit esse Ordinis sancti Benedicti; quia post illius inceptionem natus est. Idcirco in Festiuitate huius sancti non audeo asserere, quòd tempore Interdicti possint solenniter celebrari Diuina.

- Idem Leo concessit, quòd præfati Monachi, Moniales, Cõuerſi, & Conuerſæ, Nouitij, & Nouitiæ, Seruitores, & seruitrices singulorum vtriusq; sexus Monasteriorum, Prioratum, & locorum prædictorum, eorundem Interdicti, & Cessationis à Diuinis tempore, Eucharistiam, & alia Ecclesiastica Sacramenta, absq; alicuius censuræ, seu pœnæ incurſu recipere possint. ¶ Ac ipsi Monachi, quibusuis personis, cum prædicta solennitate, à primis dictarum festiuitatũ vesperis, vsque ad occasum Solis vltimi Octauarum huiusmodi dierum celebrare, recipere, ac dare liberè, & licitè possint, & valeant: dummodo ipsi, vel eorum aliquis Interdicti causam non dederint, nec eis specialiter contigerit interdicti, B.

II  
Pro quocunque interdicto & Cessatione.  
Sacramenta.

Pro Secularibus.

## ANNOTATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad. §. 7. vbi dicit Collector, quòd virtute præfata Concessionis non possunt Fratres sepelire mortuos &c. Tu dic, quòd bene id

nè id possunt, tùm primò, quia Concessio generaliter dicit sine ulla limitatione, quòd Fratres tunc facere possunt, quæ nullo existente interdictione possunt fieri. Tùm secundò, quia Consuetudo sic interpretatur, neque est insolitum, aut inconueniens ad scrupulos plenè tollendos. Papæ saepe plus concedere, quàm petitur ab eo, aut quàm Imperator intendit inde moueri ad plus concedendum. Itaq; forma Concessionis extendenda est, et Priuilegium contra Condentem latè interpretandum est, ut Cap. olim de uerb. oblig. & ibi Panor. Tunc demum tertio, quia, ut habetur in eodem Compendio paulò inferius. §. 10. id planè concessit Fratribus Sancti Benedicti, & ex consequenti per communicationem Priuilegiorum omnibus Mendicantibus.

## I N T E R D I C T V M T E R T I O .

1  
Pro familia-  
ribus: & Pro  
curatoribus:  
ac operarijs  
Fratrum.



ALEXANDER IV. concessit, quòd si quando in personas, vel terras, ubi resident Fratres Mino. excommunicationis, seu Interdicti sententia cõtingerit promulgari, pueri Fratrum seruitijs deputati, negociorumq; suorum Gestores, seu Procuratores, & operarij, qui in locis Fratrum huiusmodi operibus eorum personaliter constituti insisterint prædictis sententijs excommunicationis, vel Interdicti obnoxij, nullatenus habeantur. Ibiq; possint audire Diuina, iuxta formam, quæ à Sede Apostolica est concessa eo casu, scilicet, tempore Interdicti: nisi prædictæ personæ causam dederint: vel excõmunicari, seu interdici contingat, B. fo. 31. Et ff. 114. conce. 251.

2  
Pro familia-  
ribus.  
Sacramenta.

CLEMENS IV. concessit Fratribus Mino. quòd ijs, qui in eorum morantur obsequijs tempore Interdicti liberè possint ministrare cuncta Ecclesiastica Sacramenta, & ipsos, cum decesserint, in luis Cœmiterijs sepelire. B. fo. 56. Et ff. 140. concessione 315.

3

Idem Clemens fecit consimilem Concessionem in Mari magno, sicut suprascriptam in §. 1. ad literam. B. fo. 56. Et ff. 140. concessione 316. ¶ Idem habetur in Mari magno Prædicatorum. ff. 236. concessione 546.

4

Idem Clemens fecit aliam Concessionem pertinentem ad hanc materiam, quæ posita est supra in dictione Familiares Fratrum. §. 4.

5

Ex Priuileg.  
Fratrum Præ-  
dicat.

IOANNES XXIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quòd Cõfratres, & Germani dicti Ordinis possint sepeliri tempore

**A** tempore Interdicti in Ecclesia, vel Cœmiterio eorundem Fratrum: nisi fuerint excommunicati publicè, vel nominatim. Ibiq; Diuina celebrare, seu audire. b. ffo. 95. conce. 306.

Quia virtute huius Concessionis prædicti Fratres Prædicatores admittebant ad Diuina in aliquibus partibus suos Confratres, aut Germanos viuos, ac sepeliebant eosdem, cum mori cōtingebat tali tempore, ex inde non paruum scrupulum exortum est. Et ideò prædicta Concessio fuit ventilata, & discus-

**B** sa in famatissima Vniuersitate Salmantina. per plures Doctores Iuris peritissimos, & declaratum extitit per eosdem, solū debere intelligi de illis Confratribus, qui, licet remaneant in seculo, & non mutant habitum secularem, tamen sunt, vel sūt oblati Ordinis prædicti, ac faciunt donationem inter viuos omnium bonorum suorum dicto Ordini; reseruando sibi solū vsumfructum, quamdiu vixerint; & non de alijs Confratribus communiter vsitatis in partibus Hispaniarum. Fundatur autē huiusmodi determinatio in capitulo Vt Priuilegia, de Priuilegijs. Quod capitulum ad literam dicit, quòd solū tales Confratres, primò nominati, gaudent ecclesiastica sepultura, & non alij.

**C** INNOCENTIVS VI. concessit Fratribus Augustinen. quòd tempore Interdicti possint Procuratores iurati negotiorum Conuentuum, & locorum dicti Ordinis, etiam si seculares & laici existant, interesse Diuinis Officijs vnà cum prædictis Fratribus: dummodo ipsi non dederint causam Interdicto; nec sint specialiter interdicti. B. ffo. 77. conce. 231.

**D** SIXTUS IV. concessit Fratribus Min. quòd tempore Interdicti possint ad Diuina Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Sancti Francisci de pœnitentia nuncupatos, ac suos, & illorum Procuratores; ac similiter Monialium S. Claræ Procuratores, & negocia gerentes vtriusq; sexus, B. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 344.

**E** Idem Sixtus fecit consimilem Concessionem, sicut immediatè suprapositam Fratribus Carmelitanis, addens, quòd similiter tempore Interdicti possint ad Diuina Aduocatos Fratrum, & Monialium, ac Tertiariarum. B. fo. 97. Et ffo. 180. conce. 428.

INNOCENTIVS VIII. cōcessit, qđ Indulgētias Stationū Concessas Fratrib' Sācti Augustini Cōgregationis Lōbardix, possint promereri etiā illi, qui tempore Interdicti generalis,

clausis ianuis, possunt, ex Priuilegijs Ordini præfato concessis, interresse diuinis, O ffo. 79. concessione 236.

10  
Pro laboranti  
bus in locis  
Fratrū.

LEO X. concessit Fratribus Minoribus Obseruantia, quòd tempore Interdicti non teneantur euitare laborantes in suis domibus, diebus, quibus laborauerint; etiam si non sint familiares, & seruitores continui commensales Fratrum, & eis sol uatur salarium, O ffo. 59. concessione 197.

*Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

B

11  
Pro famili-  
ribus, & ob-  
latis, ac do-  
natis.

EVGENIVS IV. concessit Monachus Sãcti Benedicti Cõgregationis Hispaniæ, qd̄ tẽpore Interdicti generalis, vel specialis, à Iure, vel ab homine quomocunq; lati, liberè, & licitè in suis Monasterijs, siue Ecclesijs, aut Cappellis eorundem, possint recipere ad audiendã Missam, & alia Diuina Officia, omnes, & singulos donatos, oblatos, cõmissos, aut quoscunq; familiares, officiales, & seruitores quorumlibet Monasteriorum huiusmodi, ac eis Eucharistiã, & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare, eorunq; corpora tumulare, siue tumulari facere. Dùm tamen nullus istorum dederit causam interdicto. Secreto tamen modo, ianuis clausis, & campanis non pulsatis, B.

Sacramenta.  
Sepultura.

*Ex Priuilegijs Carthusiensium.*

12  
Interdicto  
generali.

INNOCENTIVS VI. cõcessit Carthusiensibus, vt tempore generalis Interdicti liceat eis recipere ad Diuina Conuersos dicti Ordinis, & familiares suos, & alios seculares, infra septa Prioratum, & domorum suarum habitantium, B.

12  
Pro merce-  
narijs Fratru

VRBANVS V. cõcessit præfatis Carthusien. vt etiam personas dicti Ordinis cum seruatoribus suis aliunde venientes, & mercenarios in Grangijs, & Cellarijs suis residetes, possint tempore Interdicti recipere ad Diuina, dummodo huiusmodi Interdicto causam non dederint nec id eis contingat speciali ter interdici. B.

E

34

*Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Ioannis Hospitalis Hierosolymitani.*

Sepultura.

ALEXANDER IV. & Innocentius III. ac Lucius III. & Gregorius IX. successiuè, ac sub eisdem verbis statuerunt, vt ij, qui Fratru Hospitalis S. Ioã's Hierosolymitani fraternitatem assumpserit: si fortè Ecclesię, ad quas pertinent à Diuinis Officijs fuerint interdicta, eosq; mori contigerit, eisdẽ sepultura Ecclesiastica nõ negetur: nisi fortè excõicati, vel interditi fue-

**A** Si fuerint nominatim, B.

Idem præfati Pontifices concefferunt præfatis Fratribus, Confratres suos, quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati, vel nominatim Interdicti fuerint, ad Ecclesias Hospitalis supradicti tumulãdos deferre, & oblationes tam pro eis, quàm pro alijs, qui in suis Cœmiterijs requiescunt, exhibitas retinere, B.

13

Sepultura.

**Q** Via in Concessiõibus supra scriptis materiæ Interdicti implicantur nonnulla, quæ indigent declaratione: ideo pro intelligentia illarum sunt notanda sequentia.

Collector.

**P**rimò ergo sciendum est, quòd (omissis multis distinctionibus, & subdistinctionibus, quæ à Doctoribus fiunt, præsertim de Interdicto loci, vel populi; de quibus latè videri potest per Calderinum in tractatu de Interdicto, & Summistas) duplex est Interdictum, scilicet, generale, ac particulare: Generale est, quando Interdicitur Regnum, Diocesis, Ciuitas, oppidum, seu rus, &c. Particulare est, quando non interdicitur aliquid supradictorum, sed solum Ecclesia, vel Ecclesiæ, aut aliquid aliud in Ciuitate, seu loco, etiam si interdican- tur omnes Ecclesiæ Ciuitatis, Diocesis, Prouinciæ, aut Regni, ac etiam totius mundi. Quia, ex quo extra illas in quolibet alio loco potest celebrari, censetur Interdictum particulare. ¶ Notandum est igitur, & mente tenendum, quòd omnes Constitutiones, seu Concessiones Iuris communis, ac etiam Priuilegiorum particularium factæ, & quæ communiter fiunt, pro Interdicto generali sunt. Et sic capitulũ Alma Mater, de sententia Excommunicationis; per quod conceditur, vt tempore Interdicti possit celebrari ianuis clausis, &c. intelligitur de huiusmodi generali Interdicto. Et communiter istud ponitur.

Primum notable.

**C** Generale est, quando Interdicitur Regnum, Diocesis, Ciuitas, oppidum, seu rus, &c. Particulare est, quando non interdicitur aliquid supradictorum, sed solum Ecclesia, vel Ecclesiæ, aut aliquid aliud in Ciuitate, seu loco, etiam si interdican- tur omnes Ecclesiæ Ciuitatis, Diocesis, Prouinciæ, aut Regni, ac etiam totius mundi. Quia, ex quo extra illas in quolibet alio loco potest celebrari, censetur Interdictum particulare. ¶ Notandum est igitur, & mente tenendum, quòd omnes Constitutiones, seu Concessiones Iuris communis, ac etiam Priuilegiorum particularium factæ, & quæ communiter fiunt, pro Interdicto generali sunt. Et sic capitulũ Alma Mater, de sententia Excommunicationis; per quod conceditur, vt tempore Interdicti possit celebrari ianuis clausis, &c. intelligitur de huiusmodi generali Interdicto. Et communiter istud ponitur.

Ex Nauar. in manuali c. 27. nu. 164. vbi multa circa hanc materiam.

¶ Notandum est etiam, quòd, quando non interdicitur locus, sed homines, videlicet, Communitas alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, seu Populus, & homines talis loci, aut etiam totius Regni: tunc cum loca non sint interdicta, euitatis talibus hominibus Interdictis, celebrari poterit ianuis apertis, ac si non esset Interdictum: licet aliqui Doctores dixerint oppositum. Nam c. Alma Mater, de sententia excommunicationis, & alia Iura, de Interdicto locorum loquuntur, quando prohibent celebrari,

Secundum  
notabile.

Secundò est aduertendum, quòd antiquitus, scilicet ante A  
capitulum Alma Mater, quòd editum fuit à Bonifacio octa-  
uo, anno domini, 1300. solùm à iure (tempore prædicti inter-  
dicti generalis) concessa erant sequentia, scilicet, quòd posset  
celebrari semel in hebdomada ad renouandum Sacramentum.  
Et quòd possent administrari Sacramenta Baptismatis, & pœ-  
nitentiæ, ac Eucharistiæ pro infirmis. Et quòd sepultura Cle-  
ricis morientibus, qui obseruassent tale interdictum, dari pos-  
set cum silentio. Item, quòd duo vel tres insimul, possent in B  
Ecclesijs, ianuis clausis, &c. Officium Diuinum dicere; ac ta-  
liter, quòd extra nequiret audiri. Itaq; quicumq; amplius vo-  
lebat habere, oportebat, vt per Priuilegium particulare ob-  
tineret sibi concedi. Ac propterea tempore illo fuit nobis cõ-  
cessum per Clementem IV. ac Nicolaum etiam IV. quòd pos-  
semus in Ecclesijs, ac Oratorijs nostris, ac quibuscunq; alijs,  
ad quæ nos declinare contingeret, celebrare Diuinum Offi-  
cium, & recipere Sacramenta Ecclesiastica, ianuis tamen clau C  
sis, &c. Item, quòd etiam si apponeretur Interdictum cum se-  
quenti clausula. (Non obstantibus Priuilegijs quibuscunq;  
Religiosis concessis, prohibemus, quòd nulla Sacramenta Ec-  
clesiastica valeant ministrari, exceptis Baptismate paruulo-  
rum, & Pœnitentiæ morientium, & quòd nullum Officium Di-  
uinum possit dici) nihilominus omnia supradicta possent Fra-  
tres facere, exclusis omnibus personis, quæ non sunt de Ordine nostro: nisi de huiusmodi Indulgentia fieret expressa men- D  
tio. Item fuit concessum, quòd possemus tali tempore admit-  
tere ad Diuina pueros nostris seruitijs deputatos, ac negocio-  
rum nostrorum procuratores, & operarios. Item per Alexan-  
dram, IV. concessum fuit, quòd possemus in Vigilijs, & Fe-  
stiuitatibus, ac per Octauas sanctorum Francisci, Antonij, &  
Claræ, vnà cum Religiosis, & Clericis, qui ad nostras Eccle-  
sias conuenissent, publicè, ac solenniter Diuina Officia cele-  
brare: nisi id specialiter nobis fuerit prohibitum; aut nos, seu E  
præfati Religiosi, & Clerici dedissemus causam Interdicto. Et  
idem Pontifex Concessionem similem fecit Fratribus prædi-  
catoribus pro sanctis Dñico, & Petro Martyre. Post hæc om-  
nia prædictus Bonifacius, VIII. fecit, & promulgauit dictum  
capitulum Alma Mater; in quo concessit, vt in omnibus Ec-  
clesijs, & Monasterijs possent generaliter celebrari Diuina  
Officia, ianuis clausis, &c. & administrari Sacramenta Ba-  
ptisma-

- A** ptismatis, & Pœnitentiæ, ac celebrari solenniter in quatuor Festiuitatibus ibi contentis. Et reuocauit omnia Priuilegia super hac materia concessa quibuscunq; personis, ac etiã Religionibus, dicens, quòd sufficere deberet omnibus sua prouisio, quàm in supradictò capitulo fecit. Sed quia idem Bonifacius dedit nobis iterùm Mare Magnum, in quo continebantur omnia supradicta nobis concessa, ideò iteratò habuimus nostra supradicta Priuilegia, etiam circa Interdictum,
- B** excepta concessione de celebratione solenni in Festiuitatibus Sanctorum Francisci, &c. quia non continebatur in prædicto Mari Magno, sed in alia Bulla per se. Et sic à tempore dicti capituli Alma mater, non habuimus pro hoc Priuilegium aliud; nec Fratres vsi sunt supradicta Concessione vsq; ad tempora moderna proximè præcedentia, in quibus in aliquibus partibus incepere vti iterùm supradictò Priuilegio. Et sumpta occasione ex huiusmodi Priuilegio, & eius vsu, quidam Pater
- C** Commissarius Romanæ Curix, impetrauit viuz vocis oraculo extensionem illius ad Festiuitates Sãctorum Ludouici, Bernardini, Bonauenturę, ac quinque Martyrum de Marrochio.
- A** Quod etiam quantum ad sanctum Bonanenturam per Breue Iulij II. extitit postea concessum. ¶ Cum autem aliqui Fratres scrupulosi, seu curiosi dubitarent de ijs, scilicet, de prædicta Concessione Alexandri IV. an scilicet esset viuificata, vel non; & per consequens vtrum extensiones illius ad alia Fe
- D** sta valerent; non inuenientes fundamentum validum, ac sufficiens, asserabant huiusmodi Concessiones circa celebrationem solennem dictarum Festiuitatum, esse nullas. Nam prima Concessio pro Festiuitatibus Sanctorum Francisci, &c. erat reuocata per capitulum Alma mater, supra allegatum; & nulla reuadatio inueniebatur data; & per consequens cetera, quæ super dictum Priuilegium fundabantur erant nullius momenti. Et ex ijs inferebant, quòd Fratres non valebant celebrare solenniter Diuina in talibus Festiuitatibus, sine incur
- E** sione Censurarum. Ac propterea ad tollendũ huiusmodi scrupulum, & elucidandam veritatem, alij Fratres amplius eruditi, & studiosiores in rebus Religionis scrutati sunt quàm diligentissimè Priuilegia nostra; & tandem deuentum est ad confirmationem, ac nouam Concessionem Priuilegiorum, per Sixtum quartum factam cum clausulis fortissimis, præsertim, quòd non obstãtibus reuocationibus Apostolicis, possemus



femus vti omnibus Priuilegijs prædecessorum suorum; prout **A** habetur in Bulla Aurea, versus finem. Ex quibus verbis visū est, quòd Fratres à tempore Sixti IV. licitè potuerunt celebra re solenniter prædicta Festa, sicut ante reuocationem poterant. Nam aliter nihil operarentur illa verba, Non obstanti bus reuocationibus: cū tamen, secundū Iura, illa, quæ ponuntur in Indultis Apostolicis, debeant aliquid operari. Ex quibus cōclusum est per plures iuris peritissimos Vniuersita tis Salmantinæ, quòd erat viuificatum, seu reualidatum Pri uilegium prædictum; & per consequens aliæ Concessiones su per illud fundatæ, erāt similiter validæ, ac ab omni subreptione alienæ. ¶ Postea autem, ad abundantio rem cautelam, lu lius II. ad instantiam Protectoris Ordinis nostri, procuranti bus quibusdam ex Fratribus Hispaniæ, prædictas Concessio nes, quoad prædictas Festiuitates, approbanit, addens, quòd hoc idem facere possent in die Stigmatum Beati Francisci, & etiam tempore Cessationis à Diuinis. Et hoc non solūm præ **C** dicta confirmando, verūm etiam illa de nouo concedendo. nō obstante capitulo Alma mater, &c. Sed adhuc, cum omnibus supradictis, aliqui non fuerunt ad plenum satisfacti, dubitan tes vtrū huiusmodi Concessio Iulij esset valida: ex eo quòd non fuisset expositū dicto Pontifici qualiter Bonifacius VIII. reuocauerat Priuilegium Alexandri IV. Veruntamen ab alijs in Iure peritis responsum est, quòd cū, secundū Iura Prin cepts censeatur habere omnia Iura in pectore suo, satis est, **D** quòd Papæ dictum fuit, scilicet, quòd Concessio illa facta fue rat ab Alexandro IV. ¶ Alij in super dubitauerunt, vtrū, præsupposito quòd huiusmodi Concessio sit valida, fuerit ge neralis pro toto Ordine, an solū pro partibus Hispaniarum? propterea quia ibi dicitur, Concessit eisdem. Attamen (saluo meliori iudicio) videtur, quòd fuit generalis; quia prædicta dictio, Eisdem, potest referri ad omnes Fratres Ordinis. Et ita, siuè per nouam Cōcessionem Sixti supradictam, siuè per **E** Concessionem Iulij, vel per vtramque, videtur non esse ali quatenus dubitandum de huiusmodi facultate celebrandi so lenniter prædicta Festa. ¶ Aduertendum est etiam, quòd Con cessio consimilis facta pro Conceptione Virginis Gloriosæ, & eius Octaua, habet etiam aliquod fundamentum in prædi cta Concessione Alexandri IV. Nam dicitur ibi, quòd Fra tribus Minor. concessum sit, vt in solennitatibus Sanctorum

Fran-

- A** Francisci, &c. ¶ Postea etiam super idem fundamentum concessum est à Leone X. quòd in Festo sanctæ Helisabeth Reginae Hungariæ, ac in eius Octaua, possit celebrari, sicut in Festiuitatibus Sanctorum Francisci, &c. Circa quam Concessionem ortum est aliquod scrupulum, scilicet, vtrum sit subreptitia, ex hoc, quia ipsa sancta non fuit Regina, sed filia Regis Hungariæ; sicut in supplicatione positum est. Sed scrupulū huiusmodi, nullius est momenti, quia filia Regum solent dici Regina; ut in legenda sanctæ Agnetis. secundò patet de Constantia filia Constantini. ¶ Aduertendum est insuper, quòd aliqui Fratres nostri aduertentes, quòd (etiam omnibus supradictis existentibus validis) non poterant solenniter celebrare tempore Interdicti, infra Octauas omnium Sanctorum Ordinis, exceptis tribus supradictis, ac desiderantes idem habere pro Octauis omnium Sanctorum suorum, dubitantes nihilominus, se posse hoc obtinere, si nudè, & clarè à Pontifice postularent;
- C** considerantesq; concessum esse olim Fratribus Ordinis Prædicatorum ab Alexandro IV. vt prædictum est, posse celebrare solenniter in Festiuitatibus, & Octauis sanctorum Dominici, & Petri Martyris, ac reualidatum id etiã fuisse per Bullam Auream à Sixto IV. editam: propter rationem supradictam, circa Concessionem nostram: cum huiusmodi Bulla nobis eisq; sit communis, obrinnerunt à Iulio II. vt ea, quæ in honorem sanctorum Dominici, Petri Martyris, & Thomæ de
- D** Aquino, & Catherinæ de Senis, Fratribus, vel locis Ordinis Prædicatorum sunt concessa, intelligantur, similiter concessa nobis, & locis nostris, in Festiuitatibus sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, ac quinq; Martyrū, & in alijs Festiuitatibus nostri Ordinis, licet sint in maiori numero, quàm Festa Fratrum Prædicatorum. Ita quòd illud, quod conceditur omnibus Sanctis Ordinis Prædicatorū, iunctim, & cuilibet, seu aliquibus eorum, intelligatur concessum omnibus sanctis nostri Ordinis, etiam iunctim, & cuilibet eorum; etiam si nostri sint in maiori numero. Ex qua concessione illatum est, quòd possumus celebrare solenniter omnes Octauas Sanctorum nostri Ordinis; sicut (vt prædictum est) concessum fuit Fratribus Prædicatoribus pro duabus Festiuitatibus suis. Attamen in hoc posset non immeritò haberi scrupulum, ex eo, quia idem Alexander IV. qui dictum Prædilegium concessit Fratribus Prædicatorum pro sanctis Domi-

nico, & Petro, concessit & nobis sub consimilibus verbis pro **A**  
 Sanctis Francisco, Antonio, & Clara. Vnde fortè, si Iulio II.  
 specificatum fuisset hoc, non concessisset, ut supra, sed dixisset.  
 Sitis contenti cum Concessione propria vestra; & illi  
 cum sua. Sed hoc non obstante, in ciuitate Salmantina, ex  
 consilio iurisperitorum Vniuersitatis illius insignis, anno Do  
 mini, 1522. in Octaua sancti Bernardini, tempore Interdicti  
 celebrauerunt Fratres Mino. solenniter Diuina. ¶ Post om  
 nia supradicta, obtinuerunt Fratres Ordinis Prædicatorum à **B**  
 Leone X. aliam Concessionem cum hac relatione, quòd, quia  
 Fratres Mino. concessionem erat, vt in Festiuitatibus san  
 ctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bonauenturæ, ac eorū  
 Octauis possent celebrare tempore Interdicti (etiam Apo  
 stolica Auctoritate apposti) quòd similiter possent ipsi in suis  
 Festiuitatibus, ac etiam in Monasterijs suarum Monialium,  
 &c. ¶ Circa quòd est aduertendum, quòd hæc supplicatio, seu  
 illam faciens, peccauit in duobus. Primò, quia relatio fuit in **C**  
 parte falsa. Nam, saltem expressè, non est concessum nobis  
 prædictum indulgum pro Octauis sanctorum Ludouici, & Bo  
 nauenturæ; prout ipsi retulerunt. Secundò, quia in nostra  
 Concessione simpliciter dicitur, Tempore Interdicti, absq;  
 additione Apostolici; sicut ipsi addiderunt. Licèt tamen, se  
 cundùm veritatem, ita sit intelligendum. Et ideò videndum  
 est, vrùm hæc Concessio fuerit subreptitia, propter huiusmo  
 di defectus, præsertim quia est gratiosa; vbi minimus defectus **D**  
 sufficit ad causandam subreptionem. Videtur tamen quòd nò;  
 immo, quòd sit valida, & sufficiens, nam licèt nos directè non  
 haberemus pro prædictis Octauis, tamen indirectè, per redu  
 ctionem supra positam, habebamus. Et sic præfata supplica  
 tio non fuit falsa. Et idem dici potest, quoad aliud de expres  
 sione Interdicti Apostolici. Et quòd amplius est, quia Papa,  
 in Concessione huiusmodi, non videtur se fundare super rela  
 tionem prædictam: nam dicit sic. Nos autem ad tantorum **E**  
 sanctorum merita, & venerationem debitum respectum ha  
 bentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, deuotioni ve  
 stræ, &c. Et sic videtur, quòd absque aliqua hesitatione,  
 possumus Diuina solenniter celebrare in omnibus  
 Festiuitatibus nostris, & per eorum  
 Octauas.

A

## ANNOTATIO CORDVBÆ.



Quoad §. 3. notandum, quod auctor supplementi, fff. 12. §. 8. quoad hoc Priuileg. Clem. IV. dubitat an ijs qui in nostris morantur obsequijs, etiam existentibus sanis tempore Interdicti, possimus ministrare sacra, prout ibi conceditur, §. 2. & tandem declinat ad tenendum, quod

**B** non nisi infirmis; quia sic solum est concessum Minimis per Iulium II. in eorum Mari Magno, fff. 8. Sed certè videtur, quod etiam sanis possumus ea ministrare; quia sic absolute, & sine vlla distinctione concesserunt nobis, & Carmelitis Clem. IV. & Six. IV. quantumcumq; ipsi Minimis cum limitatione sit concessum: nã id sepe accidit, quod, scilicet, aliquibus Ordinibus conceditur limitatè, quod aliàs plenus, sine vlla limitatione conceditur, ut patet. Idè ipsi Minimi per communicationem Priuileg. possent in hoc, sicut & in alijs, gaudere Priuilegio supradicto, nobis latius concessio.

Quoad secundum notandum, quod ibi ponitur à Collectore, in fine ipsius notabilis, dicit, quod, scilicet, hoc non obstante in Ciuitate Salaman. ex consilio iurisperitorum, & c. fuit celebrata Octaua Sancti Bernardini solemniter, tempore Interdicti, & c. adde & tu, quod simili liter est factum in ciuitate Toletana, in Cap. Prouin. ibi celebrato, anno Domini 1524. presente Minist. Generali Sicq; iam in consuetudine practicatur. Et de hac materia Interdicti latè habetur in supplemento, in Decisionibus dubiorum, dub. 3. fff. 3. vnde hæc omnia Collector assumpsit.

**D**



## CAPVCCINI ANNOTATIO.



**Q**uia huiusmodi Interdicti materia quantum est scitu nobis necessaria, tantum est intricata, tum circa ipsamet Interdicti nomen, cum etiam quoad ea que tali tempore iure communi, uel Priuilegio aliquo prohibentur, et conceduntur; ut omnes Doctores affirmant. Idè vt aliqua ad nostrum propositum pertinentia, breuiter, ac lucidè perstringantur, atque sciantur, vltra ea, que ipse Collector ponit, subsequentiã puncta discutienda opera pretium esse duxi.

An videl. Religiosi Ordinum Mendicantiũ possint tempore Interdicti, & Cessationis à Diuinis, suis Priuilegijs vti? Et quia huiusmodi Priuilegiorum, que in tali tempore habentur, aliqua spectant ad ipsos

Fra-

Disput. Leo X. Sed in hoc casu debet attendi consuetudo Episcopato ri hæc posui in verb. Interdictum,

Capita.  
Tractanda.

- 2 Fratres, & aliqua alia ad seculares; Idèò videndum, si ipsi Religiosi possint tali tempore Priuilegijs ad se pertinentibus vti; & si pariter seculares. Sed prius, antequàm supradicta resoluamus, uidebimus duo,
- 3 quæ pro supradictorum perfecta intelligentia debent supponi, videlicet, si hæc Priuilegia sunt per Concilium Trid. reuocata; Et quæ Priuilegia sint illa.

I  
Nauar. opin. Et quoad primum, si supradictis Priuilegijs, ad Interdictum pertinētibus, sit per Conc. Trid. derogatum: est sciendum, quòd Nauar. in manuali latino, C. 27. de Interdicto, in fine, num. 190. sibi uideri ait, omnia supradicta Priuilegia, cum sint contra Ius Commune, esse à Sac. Conc. Trid. c. 12. ultim. de Regular. sess. 25. sublata. Ideoq; se desiderare ait, ut sua sanctitas illis faceret facultatem suspendendi Interdicta, in diebus tantum, & non Octauis Sanctorum sui Ordinis; ne Ecclesiastica Censura tanto tempore essent suspensæ, eorumq; neruus nimis eneruetur. Ac ut seruetur æqualitas, & concordia; & hoc dixit, ipse Nauar. post reuocationem factam à Greg. XIII. Constit. Pij V. quæ incipit Et si Mendicantium. Nam antea in Manuali vulgari ter edito, cap. 28. sequebatur dispositionem illius Bullæ Pij V. quæ declarabat Concilium non habere locum in Festis Sanctorum Ordinum Mendicantium. sed postquam Gregorius Bullam illam Pij reuocauit, omnia annullando, quæ erant contra Conc. Trid. dixit aliter, ut supra in Manuali latino, tenens dispositionem Pij V. esse contra Concilium.

Aliorū opinio.

Medin. li. 1.  
q. 13. fo. 58.

Sed alijs Doctoribus, aliter uidetur, & aiunt, quòd cum constit. illa Greg. solùm reuo. et Concessionem illas Pij V. suorumq; antecessorum; quæ erant contra Conc. & non erant in usu, omnes alias; quæ non sunt contra Conc. & sunt in usu, confirmauit, & denud concessit, cuiusmodi esse Priuilegia supradicta asserit; vnde Medina in Summa ait, quòd possint Mendicantes in Festis suorum Ordinum suspendere Interdictum, etiam post Concilium, & in alijs temporibus, iuxta Priuilegia eis concessa, Et ad Conc. respondendo, ait, nos benè obligatos esse Interdictum Apostolicum, & ordinarium seruare, & quòd illa suspensio in Festis Ordinum, est ex concessione speciali. Concilium autem intendere illa Priuilegia reuocare, quæ à quibusdam Religionibus pretendebantur haberi, de nullatenus Interdictum seruando, & quòd iam ab Ecclesia matrice seruetur; ut erant Fratres Milites diui Ioannis Hierosolimitani Hospitalis, cuiusdam Concessionis virtute Anast. IV. Alex. III. & IV. Urb. III. Clem. III. & IV. ut refert Collector supra in hoc tit. §. 16. & 37. Et similiter erat concessum Fratribus minimis à Leone X. Et ista Priuilegia pretendebat Concilium reuocare, omnem ambiguitatem, quæ ex illis oriebatur, tollendo, vnde ex supradictis

**A** pradiſtis colligitur primò Declarationem, ſeu Conceſſionem illam Pij V. non fuiſſe per Gregorium xij. reuocatam; cum non ſit contra Conc. Secundò, quòd noſtra Priuilegia, in quantum ad Interdictum, & Ceſſationem à Diuinis ſpectant, non ſunt per Concilium reuocata, & ita etiam tenet Reuerendus Pater Emanuel Redriguez in expoſitione Bullę Cruciatę.

**B** Quoad ſecūdū. ſ. Quę ſint Priuilegia iſta, quę Medicātes habēt tēpore Interdicti; Pro hoc eā Cōpilationē, quā eorū lucidiſſimè feciſſe fertur Antonius de Corduba, & ponit auſtor expoſitionis Bullę Cruciatę, adducere, eiq; aliqua addere cęſui. Qui docēs, cōtrario modo ſe deberēt haberi Monach. oīa, tā Fratrum, et Monial. Ord. Mino. quā aliorū participatiuū eorū Priuileg. tēp. Interd. et in Ceſſatione à Diuinis, dixit, vt infra, etc.

In primis ſtatim atq; ſcūt, poſitū fuiſſe Interd. ſiue Ceſſationē à Diuinis, ea ſeruare obligantur, ſi Eccleſia matrix, vel maior, ſeruatur, licēt ſint inuulſa, & vbi tales Eccleſię non fuerint, ſe debēt cū alijs Eccl. populi cōformare, ſi illę ſub pœna excōmunic. obſeruāt. Quòd Interd. ſit triplex, et qd unūquoq; illorū includat, ponit Naua. in Man. c. 27. n. 166

**C** Secundò per Interdictum tria vetantur, Sacramenta, Officia Diuina, & Eccleſiaſtica Sepultura; Sacramenta autem, Baptiſmatis, & pœnitentię infirmis; & etiam ſanis, qui non fuerint excōmunicati, ſiue interdicti, neq; fuerint cauſa Interdicti, ac Sacramentum confirmationis, necnon, & viaticum morientibus, bene poterunt, ſecundum ius commune, tempore Interdicti conferri.

Per Officium Diuinum intelliguntur Miſſa Horę Canonice Officiū D. B. Virginis, & defunctorum, Benedictiones, & Proceſſiones, omnes commemorations, et actus ſolennes; vt ſepultura, & velationes, etc. vnde prohibentur omnia exercitia ſpecialiter deputata alicui Ordini, ſiue maiori, ſiue minori. & iſta dicuntur illa, quorum faciendorū ſpecialis poteſt as traditur in ordinatione; vt ait Nauar. in Man. c. 27. nu. 163.

At in Ceſſatione à Diuinis ē attēdēdū, quonā modo ponatur: quia una magis rigoroſa venire ſolet, quā alia, & oīa ſupradicta minimè cōcedūt, et ſic obſeruari debēt, ſicut Eccl. maior, et vt moris ē, et iā ē dictū.

**E** Tempore interdicti, ſecundum ius commune, poſſunt celebrari omnia Diuina Officia in loco generaliter interdicto, ſicut prius, ianuis clauſis, voce ſubmiſſa, non pulſatis campanis, & excluſis excommunicatis, & interdictis, & ſimili modi ſunt benedicenda Aqua, Cinis, Rami, & candela, Sanctiſſimum Sacramentum conferre, et alicui, Priuilegiū aliquod habenti, ſepulturam dare.

In Ceſſatione autē à Diuinis, poſſunt Religioſi inter ipſas ſuasq; domos, per ſpeciale Priuilegium, illud idem eodem modo agere, non autē

*M m cum*

Bullam Pii v. quoad Priuileg. interdicti nō eſſe reuoc. à Grego. XIII.

Priuilegia q̄ habentur tēpore interdicti.

In Bulla Cruciatę. in. §. 5. n. 16.

Antonii de Corduba.

Interdictū 3.

Tertiò.

cum secularibus, nisi vt infra continetur, iuxta suas Bullas, & Pri- **A**  
uilegia.

Dummodo  
non fuerit  
causa eiusdē  
Interdicti,  
aut in culpa  
vt sit positū.  
Vt dicit  
Nauarr. in  
man. c. 27.  
num. 180.

Quartò hi, qui tpe Interdicti secundū ius cōmune possunt ad Diuina  
Officia auscultanda admitti, ac sine pompa, & solennitate, nisi ianuis  
clausis, sepeliri: Hi sunt clerici, & qui habent aliquod Breue, aut Bullā,  
vt possint ipsi cum suis familiaribus domesticis, qui non sunt fraudu-  
lenter recepti, ad audiendum & celebrandum cum illis, intel-  
ligendo, per domesticos, & familiares, illos, quòd de more, eos co-  
mitari solent. **B**

Item quintò Tertiarij, Beatae, famuli, familiares, domestici, Syndici,  
Aduocati, Procuratores, et officiales ordinarij Monast. Fratru, ac Mo-  
nialiū possunt tpe Interdicti, siue generalis, siue sit particularis, Missā ca-  
teraq; Diuina Officia audire; Ecclesiastica sepultura in nostris Ecclesijs  
sine pompa tradi, ibiq; omnia Sacramenta recipere: dummodo tamen,  
nemo ex supradictis fuerit excommunicatus, vel interdictus, & c.  
ac ceteris obseruatis limitationibus cap. Alma mater; quae sunt ianuis  
clausis, & c. **C**

Habentur  
sup. interdi.  
3. per totū,  
& praecipue  
§. 11.

Et notandum, quòd, secundū ius commune, & nostra Priuilegia,  
familiares, et domestici dicuntur omnes, qui in nostris domib; viuūt, &  
per nos sustentantur, quamuis aliquo tempore pro alicuius negocij causa  
fuerint absentes; & sic domicellae, & seruientes, aliaq; in Monialiū  
Monasterijs degentes, hoc Priuilegio gaudet.

Habentur su-  
pra. tit. Fami-  
liares Fratru  
§. 4.  
Habentur su-  
pra. tit. Inter-  
dict. 1. §. 23  
& 24.

Item sextò tempore Interdicti possunt Missam, & Diuina Officia in  
nostris locis an tpe omnes officiales, & laborantes in die, quo ibi labo-  
rauerint, licet soluatur eis labor, & non sint ordinarij Laboratores. Ac **D**  
omnes alij serui mercenarij residentes in campis, vel alijs locis ipsoru  
Religiosorum; Idem poterunt quando in Monasteria venerint, vel do-  
mos talium Religiosorum, ianuis clausis.

Habentur in  
supra. tit. In-  
terdictū 1.  
§. 4. & Inter

Item septimò Nicolaus V. concessit, vt Priores, & Guardiani per  
communicationem, Patrum Benedictinorum possint eligere sex perso-  
nas inter viros, & inter mulieres successiue, quae possint tempore In-  
terdicti generalis siue specialis, aut quo cessatur à Diuinis, non positi, nec  
confirmati auctoritate Apostolica, immediatè Missas audire, ac Di- **E**  
uinis Officijs interesse, & Ecclesiastica Sacramenta ibi recipere. Et per  
aliam Concessionem cuiusdam Legati à atere, possunt recipere 15. per-  
sonas in quolibet die temporis Interdicti ordinarii, ad Missas, & ad  
alias horas audiendas: dummodò non dederint illi causam Interdicto.

Item octauò tempore Interdicti, et Cessationis à Diuinis, oēs Fratres,  
et Moniales Nouitii, et Cōuersi, donati, et seruitores, et seruitrices, pos-  
sunt recipere omnia Sacramenta iuxta morem talis Ordinis, cum hoc  
vt San-

**A** vt Sanctissimum Sacramentum recipiant coram illis, qui ex Priuilegio, vel ex Iure possunt Diuina Officia audire.

Item nonò tempore Interdicti ordinarij (non tamen Apostolici) poterunt mensa benedictiones cantare, ac gratias referre, processiones per claustra facere, hymnos & litanias cantando, ac reliqua, vt solent peragere; dum tamen aliquod Diuinum Officium non dicant.

Et possunt etiam tempore Interdicti generalis, & Cessationis à Diuinis, duo vel plures Fratres, extra Ecclesiam in Cella, dicere Diuinum Officium, vel alibi: ita tamen summissa voce, vt ab alijs non audiantur. & non prohibetur oratio matutina, meridiana, & vespertina, quam vocat Ave Maria: neque lectio, neque declaratio psalmorum, vel Euangelicorum, aut similibus, quæ in Diuinis Officijs dicuntur: cum non prohibetur prædicatio, nec Oratio priuata in Ecclesia, etiam ipsi quorum causa est positum Interdictum: et alia plura possunt fieri, quæ ponit Nauarr. in Manual. c. 27 n. 173. 176. cum sequentibus.

**C** Interdicti cõcessa sunt, ea oia in speciali Interdicto intelligantur esse cõcessa. et hæc est magna Cõcessio, et ualde magna, et ideo ualde notanda: quia maior in hac materia nõ reperitur concessa. Nã, quãdo secundum ius commune suspenditur Interdictum in quibusdã diebus (ut dicitur infra) non suspenditur pro Ecclesijs, vel personis particulariter interdictis; adeo, vt si in illis celebraret, essent irregulares. & tamen secundum istã Concessionem in talibus locis specialiter interdictis, poterit celebrari, & illa omnia agere, quæ poterant in Interdicto generali: sed personæ specialiter interdictæ minime hoc possent facere, neque coram illis fieri.

Item Leo x. concessit, quod in forma obseruationis, nulla sit differentia inter Cessationem à Diuinis, & interdictum quodcunque. Quod sane debet intelligi intus nostra loca, et quantum ad nos solum; nã, quantum ad seculares, debemus nos, iuxta concessionem, quas tempore Cessationis à Diuinis habuerint, eodem modo cum illis agere, vt Ecclesia matris se habet, et non aliter. solum nostri familiares, Syndici, & reliqui, quibus nostra Priuilegia aliquid concedunt, particulariter tempore Cessationis à Diuinis poterunt gaudere, & in nostris locis admitti, iuxta Priuilegia, ut in ista resolutione continetur: nam, si aliter intelligeretur ista Cõcessio Leonis, magis esset reuocatoria nostrorum Priuilegiorum, quã fauorabilis Cõcessio, siue Declaratio.

Item duodecimo secundum ius cõmunè suspenditur Interdictum in Festiuitatibus Natalis Domini, Pascha, et Pêtecostes, et Assumptionis Virg. Mariæ, nõ aut in Octauis: et campanæ pulsantur, & ianuis apertis, alta voce Diuina Officia solenniter celebrantur excommunicatis prorsus

dictum 2. §. 11. & tit. cõmunicatio. §. 8.

Habetur sup. tit. Interd. r. §. 20. & 21. in. §. 18.

Ampla concessio.

Habetur tit. Interd. 1. §. 17.

Habetur. §. 7. tit. Interd. 1.



Ut ait Naua.  
in man. c. 7  
num. 187.

exclusis, sed interdictis admisis: ita tamen, vt, quorum culpa tale In- A  
terdictum positum fuit, non accedant ad altare: idem etiam in die San-  
ctissimi Sacramenti à primis Vesperis diei, per totam Octauam, vsq; ad  
secundas Vesperas diei Octaua per vnā extrauag. Martini V. & per  
Cap. Alma mater.

Habetur tit.  
Interd. 2. §  
10.

Itē 13. suspenditur Interdictū, et Cessatio à Diuinis, in die Conceptionis,  
Natiuitatis, et Visitationis Virginis Gloriosę, et in die Natiuitatis S.  
Ioānis Baptistę, et die Sanctorū tit. nostrarū Ecclesiarū, et Sanctorū cor- B  
porum ibi sepulcorum, cum omnib<sup>9</sup> eorū Octauis, et in tota hebdomada  
Sancta, et Resurrectionis Domini, à primis Vesperis Dominice Palmarū,  
vsq; ad occasum Solis Dominice in albis, & hoc per cōmunicatiōē  
cuiusdam Breuis à Leone X. patribus Benedictinis concessi.

Habetur su-  
pr. tit. Inter-  
di. 2. §. 4. 7. 9  
10.

Item 14. suspenditur Interdictum, & Cessatio à Diuinis, in die Pa-  
tris nostri Frācisçi & suorum stigmatum, in die Sancti Antonij de Pa-  
dua, Sancti Bonauenturę, Sancti Ludouici; septem Martynum,  
Sanctę Clare, Sanctę Helisabeth Hungaria, & per totas eorum Octa- C  
uas, à primis Vesperis diei, vsq; ad secundas diei Octauę. Quod debe-  
re intelligi declarauit Leo X. de diebus, in quib<sup>9</sup> talia Festa euenerint, et  
etiam, si propter alia maiora Festa occurrentia, eorum officia in alium  
diem transferantur, & idem alijs Ordinibus conceditur, in Festiuita-  
tibus eorum Sanctorum, per dictum Breue Benedictinis concessum,  
aliasq; Concessionibus: & pro Benedictinis die Sācti Martini, Sancti An-  
tonij Abbatis, Sancti Gregorij, & Sancti Idelfonsi, cum suis Octauis.

Habetur tit.  
Interd. 2. §.  
10.

Item 15. suspenditur Interdictum, & Cessatio à Diuinis, quoties Fra-  
tres, Moniales, & alia vtriusq; sexus Religiosę personę, professionem D  
emiserint, aut primam Missam celebrauerint; & in hoc vltimo ca-  
su suspendetur Interdictū à primis Vesperis, quousq; fuerit Missa maior  
celebrata, et in professione tantū, durāte officio, cuius causa suspenditur.  
Vnde, quādo Monialibus tempore Interdicti datur Velū, debet dari Ve-  
lū, & professionē emittere simul: nam Virtute huius privilegij, quod ha-  
betur pro professione potest etiam dari velum cum sollemnitate, suisq;  
benedictionibus; veluti professionis caremonia.

Habetur tit.  
Interd. 1. §.  
13

Item 16. Interdictum positum auctoritate ordinaria, potest suspendi E  
in humatione nostrorum Religiosorum, in nostris locis, sollemniter,  
pulsatis campanis, &c. cum Missa cantata, Officio, alijsq; solitis ce-  
remonijs, ac si non esset Interdictum.

Habetur In-  
terd. 1. §. 15.  
& Interd. 2.  
§. 10.

Et per Priuilegium Leonis X. Benedictinis concessum, potest Interdi-  
ctū, aut Cessatio à Diuinis, quamuis auctoritate et Apostolica, imposita,  
suspendi in humatione nostrorū Fratrum, Nouitiorū, Cōuersorū, et Seru-  
torū Monasteriorū nostrorum, & fieri sollemniter cum officijs, et Missa  
canta-

**A** cantatis ( exclusis tamen excommunicatis, & nominatim Interdictis )  
Et hoc idem etiam expressè conceditur in dicto Priuilegio, pro omni-  
bus illis, qui tempore Interdicti, vel Suspensionis à Diuinis in nostris  
locis possunt humari, sicut sic fuisse dicitur Salamantica à multis iuri-  
stis expositum, ibiq; publicè practicum; Ac etiam in omnibus Festis  
in quibus Interdictum suspenditur, omnium fidelium cadauera, possunt  
cum eadem supradicta solennitate in nostris Ecclesijs humari; vt in se-  
quenti continetur.

**B** Item decimoséptimò Leo x. quòd in diebus Festiuis, in quibus sus-  
penduntur Interdicta, tam virtute Priuilegiorum, quàm aliàs de Iure  
generaliter concessum, possint Fratres in Domibus suis intrà, & extrà  
Ecclesiam dicere, & facere omnia illa, quæ nullo existente Interdicto  
feri possunt: et sic videtur, quòd in illis diebus possint omnia Sacra-  
menta omnibus Fidelibus administrari; sicut in eademmet Concessione  
dicitur, & etiam ab eodem Leon. x. Benedictinis fuit concessum. Et  
etiam sibi videri ( ait Corduba ) quòd illis diebus possint in nostris Ec-  
clesijs omnes Seculares cum solennitate sepeliri, cùm nulla in dicta Cõ-  
cessione apponatur limitatio, quicquid dicat ipse Collector ibi, tamen  
auctor expositor Bullæ Cruciatę tenet cum Collectore, vt magis vni-  
tas, & conformitas seruetur. quicquid tamen sit de hoc tenendum,  
ego annotaui aliqua supra id, quòd ibi Collector ait, tenens cū Corduba.

**C** Item decimoostauò in illis diebus, in quibus Interdictum suspendi-  
tur, ac Cessatio à Diuinis, in nostris Festiuitatibus, possunt pariter alii  
Clerici seculares in nostris locis, nobiscum se conformare, Missas, aliaq;  
**D** Diuina Officia solenniter celebrando, per multas Concessiones, dummo-  
do non dederint causam Interdicto, &c. vt in alijs est supradictum.

Item decimo nonò quando nostro Monasterio fuerit positum Inter-  
dictū, et nõ Populo, ad instantiã alicuius personæ particularis si ita ei per-  
sona erit expediens, nõ essemus obligati illud seruare, si aliméta Fratri-  
bus non dederint, cum hoc, quòd ipsi Religiosi non dederint tali Inter-  
dicto causam.

**E** Item vigésimò Iulius II. concessit Fratribus Minoribus, quòd si  
contingat aliquam Ciuitatem, seu oppidum, cum duobus vel tribus mil-  
liaribus circumuicinis ( infra quę milliaria Domus Fratrum Prædicato-  
rum existant ) Ecclesiastico supponi interdicto, Fratres præfati ( nisi  
causam interdicto dederint, vel eis specialiter ex causa legitima inter-  
dictum fuerit ) huiusmodi Interdictum nullatenus seruare tenentur, si  
aliàs Domus ipsorum Fratrum de iure Interdicto talis oppidi, non cõ-  
prehendantur.

Item vigésimo primò est notandum, quòd Cessatio à Diuinis est quæ-

Habetur tit.  
Interd. 2. §.  
7. & 11.

Vt in. §. 11.  
sup.

in §. 7.

Habetur tit.  
Interd. 2. §.  
12. 3. per to-  
tum, vt trad.  
Syluest. tit.  
Interd. 5. q. 5

§. 7.  
Habetur tit.  
Interd. 1. §.  
15.

Habetur tit.  
Interd. 1. §.  
12.  
Nota,  
pro quocun-  
que Interdi-  
cto.

Cessatio à  
Diuinis que  
fit & quo  
duplex.

dam desistentia à Diuinis Officiis, & ab administratione Sacramento-  
rum. Et est duplex, generalis, que fit in loco Vniuersali, vt Ciuitate, op-  
pido, aut parochia; & particularis, qua particulari, ut in Ecclesia, aut  
Ecclesijs, ut Nauar. in man. cap. 77. num. 188. Vbi tenet contra id,  
quod dicit Collector tit. Interdictum 1. §. 17. scilicet, Cessationem à  
Diuinis generalem, & Interdictum Generale, esse idem; cuius contra-  
rium, pluribus rationibus corroborando, infert, quòd proinde, qui ha-  
bet Priuilegium audiendi Diuina Officia tempore Interdicti, non pote-  
rit tempore Cessationis: neq; qui habet Priuilegium audiendi tempore  
Cessationis generalis, poterit tempore specialis: quamuis uerùm esse ait,  
quòd Interdictum generale, & Cessatio generalis, æquantur, quoad  
modificationem c. Alma Mater, & quoad rigorem Clement. P. de-  
sent. excom.

Habetur in  
c. non est de  
sponsal.

Item. decimosecundó Nota secundùm Cordubam, quòd Cessationis  
à Diuinis reperiuntur due species, vna non rigorosa, qua ualet, & ob-  
seruatur secundùm ius nouum, non aliter, ac ut obseruatur Interdictũ  
iuxta Cap. Alma Mater; Alia uerò rigorosa, qua secundùm ius anti-  
quum, uocatur Interdictum ualde strictum; in qua, nec celebrabatur,  
nec fiebat Officium Diuinum, nec Sacramenta publicè dabantur, nec  
secretè, nisi Baptismum paruulis, & penitentia adultis; Et huiusmo-  
di etiam adhuc uti sæpius est solitum. Et ideò, quando alicui per  
speciale Priuilegium, uel Bullam conceditur, quòd tempore Interdicti  
etiam Apostolici, & Cessationis à Diuinis in sua Domo possit, uel in Ec-  
clesia, in altare portatili, celebrare, uel celebrari facere, aut Missas,  
& alia Officia Diuina audire, dubitatur an ista talis Concessio, in prima  
Cessatione tantùm intelligatur, uel etiam in secunda: etiamsi multis Do-  
ctoribus est uisum, debere intelligi de prima; quia, ut odiosa, debet re-  
stringi, secundùm ius commune, & non secundùm consuetudinè, quam  
Pontifex scire minimè presumitur, & hoc creditur esse uerum, secun-  
dùm Decretum in Bullis, & Priuilegijs, particularibus personis, con-  
cessis. Sed Priuilegia Religionibus concessa, quantum ad hoc, intelli-  
guntur & ualent, etiam in secunda specie Cessationis rigorosè: quoniam  
in fauorem Relig. prædicta Priuilegia debent amplè interpretari. Et  
sic à consuetudine interpretatur, cui debemus stare; Et ita, tempore  
Cessationis Rigorosæ, Religiosi non poterunt extra sua Monasteria  
Missam celebrare, nisi quando aliquod Priuilegium concederet tem-  
pore Cessationis, & quando consuetudo adesset cessandi in totum, pos-  
set celebrari: quia tunc clerici, & Religiosi illic poterunt celebrare.

Conclusio  
supradictar.  
resolucionũ.

Hæc est resolutio, ac cõpilatio facta ab ipso Ant. de Corduba, & ab  
ipso auctore exposit. Bullæ Cruciatæ, in .§. 5. relata; ubi omnibus Reli-  
giosis,

**A** giosis, qui huiusmodi Priuilegijs gaudent, datur (& à me etiam repetitur libenter) quædam paterna, & salutaris admonitio, ut semper studeant (maximè tempore Cessationis à Diuinis) se cum Ecclesia Matrice conformare, præcipuè in pulsandis campanis, vt Capitulo debitus perferatur honor, & conforritas obseruetur; quam adeo inter Ecclesiasticos seruari Deo placet: qui etiã considerare debent, quàm paruifaciant hæretici Ecclesiasticas Censuras: & idcirco, Religiosi magis debeant, & verbis, & factis ostendere (de suis Priuilegijs aliquid perden

Admonitio  
salutaria.

**B** do) reuerentiam, quæ censuris debetur.  
Itaq; cõcludendo dicitur, quòd in Regnis, vbi Bulla Cruciatæ non adest, possunt Religiosi supradictis Priuilegijs, sine aliquo dubio, vti.

Sed uideamus nũc quid in Regnis, ubi talis Bulla erit, sit obseruandũ.  
Vnde, postquàm vidimus quæ Priuilegia, tempore Interdicti, & Cessationis à Diuinis, Religiosi habeant, & quòd nõ sint per Conc. Trid. reuocata: iam restat aliud videndum, quod supra proposuimus: si videlicet, Prædicti Religiosi, vel seculares supradictis Priuilegijs, in

An vbi adest  
Bulla Cruciatæ possit  
vii supradictis Priuilegijs.

**C** Regnis, vbi adest Bulla Cruciatæ, possint vti.  
Pro cuius explicatione, sit prima conclusio, quòd quantum ad facultates illas, quæ pro tali tempore à Iure communi eis conceduntur absq; Bulla posse vti, non est dubium: quia talis Bulla suspendit tantum facultates illas, quæ sunt gratiæ & Priuilegia, ultra, vel contra ius commune: non autem illas, quæ sunt in iure communi incorporate; vt alibi diximus.

Pr. conclusio

In verbo.

**D** Secunda Conclusio est, quòd Religiosi supradicti, omnibus iam dictis Priuilegijs, quæ pro tali tempore Interdicti, & Cessationis à Diuinis habent, possunt absq; Bulla, gaudere, in quantum ad ipsos Fratres pertinent; non autem quantum ad seculares: quia in illa Bulla non suspenduntur quidem Priuilegia superioribus Ordinum Medicantium, in quantum ad suos Fratres pertinent, sed bene quoad seculares; Prout ait Collector, infra, tit. Priuilegia Fratrum, post .s. 33.

2. conclusio

**E** Tertia Conclusio est, quòd illi donati, vel famuli, qui nec sunt professi, nec profitemi habent voluntatem, quòd in Monasterio solent ordinariè Missis inservire, aliaq; agere ad Diuina Officia pertinentia; licet tunc temporis Interdicti, absq; Bulla poterunt similia officia, seu exercitia peragere: quia hoc fit, non per viam Priuilegij, sed quia illud, Ius commune concedit, iuxta doctrinam Nauar. in sum. c. 27. v. 181. vbi ait, quòd tempore Interdicti, Clericus qui habet vnum famulum laicum, potest dicere Missam in Ecclesia, seruiente illo, siue eum receperit ante Interdictum, siue post, etiam quòd non habeat ille Bullam.

3. conclusio

Nauar.

Alia Conc. est, quòd huiusmodi iam dictis Priuilegijs, in quantum ad

4. conclusio

seculares ptinuerint, absq; qđ ipsi Bullā habeāt, nos uti nō possumus, cū A  
quātū ad illos, suspēdatur in illa, sed si recipiātur ab illis, iā reualidātur.

Et in 4. illis  
Festuit. añi.

Et in sum c.  
27. nu. 186.

Vt habetur  
infra tit. Pri-  
uilegio .§.  
23.

Habetur in  
lituc. §. 30.

Sed est aduertendum, quod in Festiuitatibus Sanctorum Ordinum  
supradictorum, in quibus Interdicta suspenduntur, possunt, ut su-  
pradictum est, introduci interdicti, absque quod Bullam habeant,  
vt ait Nauar. quia hoc Prinuilegium, etiam quoad seculares, Bulla non  
suspendit, per Concessionem quandam Leonis x. in qua declarauit, qđ  
virtute Bullarum Cruciate, uel aliarum Indulgentiarum generalium  
quascunque reuocationes, aut suspensiones Prinuilegiorum Ordinum, B  
etiam Mendicantium continentes, nunquam intelligantur reuocata,  
nec suspensa indulta, Prinuilegia, & gratia concessa, quoad personas  
Fratrum Minorum Obser. & quoad suspendendum Interdictum in Fe-  
stiuitatibus Sanctorum sui Ordinis: nisi de iis specificè, & nominatim  
mentionem facerent. Et proinde com. generalis Cruciate in suis in-  
structionibus, mandat Ecclesiastica, & seculari curie, ut non permit-  
tāt publicari alias Bullas, & Indulgentias quastuarias, & nihil dicit,  
ut impediāt publicari alias facultates, que non sunt Indulgentia: cū C  
ista Bulla intentum non impediāt accumulandi, scilicet, pecuniam pro  
eius expeditione: & sic uidentur suspendi omnes Indulgentia quastua-  
ria, & omnes facultates contenta in Bulla huiusmodi, que antea uirtu-  
te aliorum indultorum habebantur; ut ait Collector, infra, in uerbo,  
Prinuilegia, §. 33. & ibi multa alia ponuntur.

Alia Conc. est, quod, quando Interdictum ē personale tantū, possunt  
Clerici, & Religiosi ianuis apertis celebrare, Interdictis expulsis, ac nō  
interdictis admissis, et quod non habeant Bullam; quoniam, quādo capi- D  
tulum Alma mater, prohibet; ut ne tempore interdicti possit celebra-  
ri, nisi ianuis clausis, loquitur de Interdicto locali, non autem personali;  
prout sic refert. in supplem. tit. tractat. quorūdā dubiorum; fuisse deter-  
minatū in Salamanca, contra aliquos dicentes prædictū Capitulū Alma  
mater, loqui & de interdicto locali, & personali.

Quid sit In-  
terd. locale  
& personale  
& quid lo-  
cale, & qđ  
personale &  
quid uñ-  
quodq; isto-  
rum inclu-  
dat, ponit  
Nauar. in  
manuali ca.  
27. n. 166.

Pompa mo-  
derata qua-  
dicatur.

Aliud aduertendum in hac materia Interdicti est, quod cū dicitur cō-  
cedi, aliquem tali tempore posse sepeliri cum pompa moderata, uel so-  
lemniter, ut Interdictum, primò §. 13. E

Vltra ea, que dicuntur ibi à Collectore, & Corduba, est sciendū, quod  
idē Corduba in suo questionario, tract. de Indulg. q. 43. dub. 5. ait, quod in  
Bulla data contra Infideles per Iulii. 3. anno. 1552. declaratū fuit, quod  
per pompam moderatam intelligatur, quando sit medietas eius solen-  
nitatis, que fieri solet extra interdictum, cantando, et pulsando campā-  
nas, iuxta qualitatem psonæ, idēq; declaratur in Bulla data à Pio IV. añi  
1564. et 1565. ac reliqua reliquuntur in arbitriū Ordinarii, si in eo loco,  
ubi

**A** ubi mortuus sepelitur, fuerit praesens, aliàs in arbitrium Parochi; & aduertit Corduba, quòd in Hispania communiter practicatur dispositio Leonis X. in Bulla Cruciatæ contra Africã, anno 1516. sed in hoc casu debet attendi consuetudo Episcopatorum.

ITINERANTES FRATRES.

**B** **I**NNOCENTIVS IV. concessit Fratribus Minoribus, vt, quando ratione itineris, vel alterius rei causa, extra Conuentus, seu loca sua, quemlibet, vel quoslibet eorum contigerit de- gere, possint Diuinum Officiu[m] Fratres cum Fratribus, aut simul cum alijs Regularibus personis, vel quilibet separatim facere, alio quã Romano Ordine placuerit. Et quòd id sufficiat ad persoluendum debitum, ad quod Fratres, ratione Regulæ, tenentur, nec iterum proprium Officiu[m] dicere teneantur, B. fo. 55. Et ffo. 138. conce. 305.

**A**LEXANDER IV. concessit omnibus recipientibus Fratres Mino. viatores in domibus suis, & ministrantibus alimẽta, soluentibus naua, passalia, & alia pietatis obsequia dictis Fratribus ministrantibus, Indulgentiam quadraginta annorum, b. ffo. 260. concessio 635.

**C**ONCILIVM Constantiense statuit, quòd quando Fratres Mi. Obser. quacunq; ex causa per mundum proficiscuntur, seu iter fecerint, possint ad Loca, & Conuentus Fratrum Conuẽtualium eiusdem Ordinis declinare, si voluerint. Ad alia verò loca Fratrum in Obseruantia sibi similium semper declinare teneantur; iuxta quod in statutis Ordinis continetur, B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 236.

**C**ALISTVS III. statuit, & ordinauit, quòd omnes, & singuli Fratres Mi. tam Conuẽtuales, quàm Obleruantes, ad Ciuitates, terras, siue castra, in quibus Conuentus dicti Ordinis fuerint, pro tempore accedentes, teneantur & debeant eorundem locorũ Prælatis suis respectiue se praesentare. In quaquidam Ciuitate, vel terra, si vnus duntaxat Conuentus fuerit, ad ipsius vnus Prælatus debeant se conferre, illius mandatis humiliter parituri. Et præcepit sub excommunicationis poena, nè in prædictis Ciuitatibus, seu terris, sine Prælatorum suorum licentia permanere Praesumant, B. fo. 6. Et ffo. 90. conce. 197. prope finem.

Aduer-

Collector. Aduertendum est, quòd præfata Constitutio fuit suspensa, A & annullata per Piũ II. quousq; aliter prouideretur, B. ffo. 92. concessione 200.

5 Indulgentia. INNOCENTIVS VIII. concessit, quòd Fratres Mino. qui per obedientiã reperiuntur extra Conuentus, & loca, possint promereri Indulgentias Stationum, & alias concessas in Ecclesijs Fratrum Mino. dicendo quinquies, Pater Noster, & aue Maria, in quacunq; Ecclesia, & loco ea dixerint pro intentione, & proposito illius Indulgentiẽ, prout illi, qui prædictis suis locis dicunt ea. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 160. B

6 Ieiunium. LEO X. concessit, quòd Fratres Mi. itinerantes possint transferre ieiunium diei itineris ad alium diem. o. ffo. 93. concessione 286.

Collector. Quoad hospitia perpetua relicta pro Fratribus itinerantibus, habetur quædam declaratio Capituli generalis in dictione Paupertas, post. §. 7.

## L A I C I F R A T R E S .

1 Indulg. plen.



ALISTVS III. concessit, quòd Fratres Mi. Laici possint tangere Calices, & lauare Corporalia, & alia Ecclesiastica, cum expedierit, o. ffo. 65. conce. 91. Et ffo. 101. conce. 398.

1 Cõicarc.

INNOCENTIVS VIII. concessit prædictis Fratribus Laicis Indulgentiam plena. quando communicant in diebus Dominicis, & Festiuitatibus Domini, & Beatæ Mariæ, ac Sanctorum nostri Ordinis, o. ffo. 69. concessione 148. D

3 Missa.

LEO X concessit, quòd Fratres prædicti Laici socij Generalium, vel Prouincialium, eo tantum tempore, quo Socij sũt, & extra loca, & Conuentus, cum inseruiunt Missis prædictis Prælati, possint proprijs manibus tractare vasa sacri Ministerij, s. Calices, & Corporalia, explicando, & plicando post Missam, sicut Clericus in Sacris constitutus. In Conuentibus verò, vbi sunt alij Fratres ad ministrandum, concedere recusauit, o. ffo. 92. conce. 269. E

Collector.

Non obstante hac Concessione stricta, possunt Fratres vti prima supraposita; quia, qui hanc impetrauit ignorabat primam, & quia in hac non ponitur aliqua reuocatio alterius.

Idem Leo statuit, quòd, quãdo aliquis Frater Laicus ad Clericum

**A**ricatum ascenderit, extra obedientiam Prælatorum Ordinis, etiam si vsque ad sacerdotium promotus sit, postquam reuerfus fuerit, omni honore Clericali priuetur; nec permittatur Canonicum persolvere officium: sed Laicorum officium persolvens, ad merum statum suum Laicalem reducatur.

Virtute præfatæ Concessions, in Capitulo generali Lugduni celebrato, fuit renouatum Statutum, nè Fratres Laici ad Clericatum ascendant, sine consensu Generalis Ministri, aut

**B** Capituli Generalis. Et hoc vigore prædicti Indulti, à Sæctissimo Domino Papa Leone, nouissimè Ordini concessi.

Ratione præfati Statuti auctoritate Apostolica facti, non possunt ex tunc vilo modo aliqui Fratres Laici ad Ordines Sacros, neq; ad Clericatum promoueri, vel assumi à quibuscûq; Prælatis Ordinis Generali Ministro inferioribus, etiã in suis Capitulis Prouincialibus: nisi de nouo obtineatur Auctoritas Apostolica specialis, vel generalis: uel habeatur Commissio à Ministro Generali.

**C** ¶ Aduerte etiam, quòd istud non habetur in Priuilegijs Ordinis impressis: sed fuit publicatum in Capitulo generali Lugduñ. anno Domini 1518. præfidente Auctoritate Apostolica Reuerendiss. Domino Cardinali de Ara Cæli; & fuit positum in tabula diffinitionis prædicti Capituli generalis.

Sciendum est insuper, quòd circa Fratres Minores Laicos ordinata sunt nõnulla in alijs diuersis Capitulis generalibus; prout inferius annotantur.

In Capitulo generali, vbi fuit electus Quintus Minister Generalis, præfente Summo Pontifice Gregorio IX. inhabilitati sunt Fratres Laici ad officia Ordinis; qui vsq; tunc dicta officia, vt Clerici exercebant, fo. 209. tracta. 3. Et ffo. 227. tracta. 2.

In Capitulo generali Barchinone celebrato; vbi fuit electus 2. Vicarius Generalis, ordinatum est, quòd nullus Frater Laicus ad Clericatum ascendat, sed vnusquisq; in sua vocatione, qua à Deo vocatus est, permaneat. Et quòd nullus eorum Tõsuram Clericalem ferat: nisi eam ab Episcopo receperit; & sit tunc in parua quantitate, fo. 218. tracta. 3. Et ffo. 236. tra. 2.

In Capitulo Generali, in Conuentu Montis Lucij celebrato, vbi fuit electus 6. Vicarius Generalis, ordinatum est, quòd quicumque Frater Laicus apostatauerit, & extra familiam ordines susceperit, si contingat ipsum demum in Familia nostra recipi

Collector. Statutum generale.

Collector.

Collector.

Statutum generale.

Statutum generale.

Statutum generale.



recipi, maneat suspensus ab executione Ordinum, & ab omni A  
 promotione ad officia omnimodè, quoad vsque per Generale  
 Capitulum fuerit aliud determinatum, ffo. 222. tracta. 3. Et ffo.  
 240. tractatu. 2.

Statutū ge-  
 neralē.

In dicto Capitulo generali celebrato in Conuentu Montis  
 Lucij; vbi fuit electus 13. Vicarius Generalis, ordinatum est,  
 quòd Fratres Laici, qui ad Clericatum, seu ad Sacros Ordines,  
 contra generale Statutum promoti fuerint, vel in posterū  
 promotionem procurare directè, vel indirectè presumpserint, B  
 ad vltiores gradus, vel ordines nulla ratione promouean-  
 tur. Et si in officijs Prælationis, Præsidentia, vel Confessionis  
 extiterint, sint in ipso facto priuati, ffo. 224. tractatu. 2.

Collector.  
 Questio.

DEMVM circa præfatos Fratres Laicos occurrit dubium  
 scitu dignum, scilicet, vtrū Laici Ordinis nostri Minorum  
 apostatantes ab Ordine, ac in huiusmodi Apostasia ad Sacros  
 Ordines promoti, cum ad ordinem reducuntur, vel redeunt

Responsio.

sua sponte, permitti debeant Tonuram, vt alij Fratres cleri- C  
 ci, ferre? ¶ Et saluo meliori iudicio respondetur, quòd  
 non, propter plures rationes in auctoritatibus Iuris funda-  
 tas. ¶ Primò, quia inobediens, & rebellis, non debet esse po-  
 tioris conditionis, quàm obediens; per tex. in c. Contingit, de  
 dolo, & contumacia. Cum ergo prædicti sint manifesti ino-  
 bedientes, eorum conditio non debet esse potior quàm aliorū  
 obedientium, & quietorum. Ad quod facit tex. in c. Cum qui,  
 de præbendis, lib. 6. Nam dicit ibi Papa, quòd non decet, vt D  
 stultus melioris, quàm peritus conditionis existat. Vel quòd  
 inuasor: eo quòd iniuste ingreditur, priuilegio potiori gau-  
 deat. Cum igitur stultitia prædictorum, & præsumptio maxi-  
 ma, secundum iudicium hominū manifestissimè constet, quòd  
 præcipua causa sit ad ostendendum huiusmodi, signum tonsu-  
 ræ clericalis, & quòd sic inuadendo, vel vsurpando alienum,  
 scilicet voluntatem propriam de manu Prælati, reportarent  
 commodum, & honorè; quod absurdum, & scandalosum alijs E  
 piè viuentibus videretur, claret non esse istud permittendum.  
 ¶ Item, peccata suos debent tenere auctores; vt in c. Quæsiuit,  
 de his quæ fiunt à maiori parte Capituli. Cum ergo isti fue-  
 rint perpetratores delicti, decet, vt ipsi pœnam debeant susti-  
 nere; quod fit, eorum conatui non condescendendo, sed resi-  
 stendo. Igitur, &c. ¶ Præterea, in quo quis deliquit, in eo de-  
 bet puniri; vt habetur in c. si. de tēporibus ordi. lib. 6. vbi Epi-  
 scopo

- A** scopo ordinanti aliquas conditiones personarum imponitur pœna, quòd per annum à collatione Ecclesiasticę Tonsurę maneat suspensus; ut in quo peccauit, puniatur. Sed cum huiusmodi Fratres contra prohibitionem, non solum Ordinis, sed etiam Summi Pontificis, attentauerint Sacros suscipere Ordines, iustum est, vt modo supraddicto, vltra alias pœnas, puniantur. Constitutiones enim Ordinis, cum Auctoritate Papę sint factę, tanquam ab ipso editę, sunt reputandę: quia
- B** vt iuriconsultus, ff. de veteri Iure enucleando, dicit: Omnia nostra facimus, quibus auctoritatē impartimur. Igitur, &c.
- ¶ Amplius, ex delicto non debet quis facere conditionem suā meliorem, ut in l. 3. ff. de donat inter vi. & vxo. Si ergo prædicti delinquentes, in hoc tolerarentur, sequeretur, quòd boni Religiosi (saltem secundum iudicium hominum) inferiores prædictis iudicarentur; & contra dictum Sapientis, peccatores in malitia sua fouerentur, quod omnibus sanę mentis abhominabile videtur. Et præsertim, quia cum delictum istorum sit valde qualificatum, non decet, vt aliquo modo tolerentur, cum tex. in c. Si verè, de sententia excommunicationis, dicat quòd verè pœnitentes, ex pœnitentia non debent damnum reportare, & peccatores commodum ex contumacia. Igitur, &c.
- ¶ Vterius, quòd huiusmodi apostatę præfato signo Tonsurę debeant priuari, probatur per glo. expressam in c. Degradatio, de pœnis, lib. 4. Dicit namque ibi tex. quòd Clerici degradandi, debent exui vestibus sacris, & auferri ab eis omnia per Episcopum, quę in eorum ordinatione collata fuerāt, vsque ad primam vestem datam in collatione Tonsurę. Et subiungit, quòd debet radi caput ipsius, seu tonderi, ne Tonsurę, aut Clericatus vestigium maneat in eodem. Super quo verbo, scilicet, in eodem, dicit glo. Ita faciunt Monachi apostatę, faciunt enim se in totum tondere, ne appareant vestigia Monachatus. Hęc glo. Vnde colligitur, quòd in potestate
- E** Prælatorum est prædictam pœnam imponere propter apostasiam. Et nedum istis, scilicet, etiam quibuscunq; ab Ordine apostatantibus. ¶ Ad idem facit dictum Ricardi IV. sen. di. 24. ar. 2. q. 1. vbi arguendo, an Clerici, per quos in Ecclesia scandalum generatur, debeant portare Tonsuram: in decisione dicit, quòd sunt compellendi portare illam: nisi fortè tale facinus commiserint, pro quo debeant priuari clericali Priuilegio, scilicet, delationis Tonsurę. Cum ergo præ-
- fati

fati commiserint tale delictum, quòd citra heresim, in Ordine A  
 pro maiori reputatur; sequitur, quòd nullo modo tales debèt  
 tolerari in hoc prætèxto ordinum, sic susceptorum. ¶ Insu-  
 per ad corroborationem omnium prædictorum facit, quòd Pe-  
 trus de Palude dicit, scilicet, quòd pœna textus c. Vnici, de  
 bigamis, lib. 6. qui, vltra alias pœnas, sub anathemate prohi-  
 bet illis deferre tonsuram: comprehendit etiam alios irregu-  
 lares; qui non debent Tonsurari sub pœna prædicta. Refert  
 hæc florentinus, 3. parte ti. 14. c. 16. §. 6. ante medium. B  
 tur ergò, quòd cum prædicti sint, secundum iura, irregulares  
 manifesti: ita quòd solus Papa potest cum eis dispensare, vt in  
 susceptis ministrent, vel ad vltèriora ascendant; vt in c. si. de  
 bigamis: & vltra huiusmodi pœnam, per Constitutiones Ordini-  
 nis, sunt incapaces, ac suspensi, & inhabiles: quòd nullo modo  
 in delatione Tonsuræ tales apostatæ possunt, aut debent tole-  
 rari. ¶ Sed vtrùm huiusmodi Fratres teneantur ad Diuinum  
 Officiu[m] persoluendum, vt alij Clerici; ex quo ad Clericatu[m] C  
 (licèt de facto) sunt promoti? Apparet quòd non: præsertim  
 si sunt ignorantes: quia secundum iura, impossibilium nulla  
 est obligatio. Et quia auctoritate Apostolica sic determina-  
 tum est; vt patet, supra, §. quarto.

## LEGATA.



IXTUS IV. concessit, quòd Prælati Fratrum  
 Minor. obseruan. possint commutare legata D  
 facta locis eiusdem Ordinis ad vnum vsu[m] in  
 alium: sine scandalo tamen illorum, ad quos  
 solutio talium legatorum pertinet, o. fo. 62. Et  
 ffo. 66. conce. 95. Et ffo. 95. conce. 317.

Collector.

Vide circa huiusmodi materiam, aliqua in dictionibus Cò  
 mutare: & Eleemosynas, §. 2. & Hæredes, seu hæreditas, §. 2. Et  
 attēde ad illa, quæ ponūtur ibidem post omnes Concessiones. E

## CAPVCCINI ANNOTATIO.



V' M supra, in prima parte, in verbo Hæreditas, ali-  
 quas attulerim Decisiones pro hereditatibus suscipiē-  
 dis, vel non suscipiendis à Fratribus; nunc etiam ali-  
 quas alias ad hanc legatorum materiam spectātes ap-  
 ponere censui, ex his, quæ Corduba, & aly espositores  
 nostræ

**A** nostra Regula in 6. eius cap. declarant.

Vnde est sciendum, quòd si aliqua particularia legata fuerint Fratribus Minoribus relicta, poterunt utiq; illa, si indigeant ( vt omnes espositoress aiunt) acceptare. Verùm, quia quandoq; Fratribus, poterit fortè legari pecunia, quandoq; immobilia, quandoq; alia, quæ vsu consumuntur, & quandoq; aliquid annuum, de singulis ponam Decisionem ( breuiter tamen ) particularem.

Legatorum  
varietas.

**B** Quando ergò pecunia legatur, licèt tale videatur non valere legatum, cùm in Regul. sit expressum, vt Fratres nullo modo per se, neq; per interpositam personam, denarios, uel pecuniam recipiant: Nicolaus tamen III. In Decret. Exijt. §. Cæterum, talia valere legata declarauit; modò per amicos spirituales in Fratrum necessitates conuertantur; prout in eleemosynis pecuniariis, quæ à uiuentibus largiuntur, fieri potest: Et quòd sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis; ut dixit Clem. V. in Clem. Exiuit. Quæ moderata quantitas, ab ipsa presenti, uel imminente necessitate metietur; & à Ministris, & Custodibus simul, & seorsum in suis administrationibus, & Custodiis cum discretione diudicabitur, ita, ut semper in eis sancta eluceat Paupertas; ut in dicta Decretali Exijt. §. In super nec utensilia, dicitur: Et sic Guardianus, & Conuentus non poterunt determinare, quæ sit quantitas moderata, nisi supradicti Prælati.

pecunia le-  
gata potest  
acceptari à  
Fratribus.

Quantitas  
moderata  
Eleemosy-  
næ qualis.

Et licèt hæredes ad ista soluenda, ex officio iudicis cogi possint, nullum tamen ius, seu ciuile auctio ipsis Fratribus acquiritur; adeò, vt nec per eos, nec eorum nomine ad illa soluenda cogi possunt: sed quoniam modo illa possint Fratres consequi ( hæredibus negligentibus ad illa soluenda ) dicemus paulò infra.

**D** Sed si quæres, quid fiet de superfluo moderatæ quantitatis relicta, quòd superest, ultra imminentes Fratrum necessitates? Respondet Barthol. in Minor. lib. 2. d. 1. c. 3. quòd Fratres tale residuum, nec petere, nec exigere possunt, donec noua emerferit necessitas (intellige, scilicet, infra modicum tempus; ut Bald. in cons. 22. expressè dicit) quo casu, eleemosynaliter tantùm, & non aliter illud residuum petant.

Superfluum  
pecunie le-  
gatæ an pos-  
sit recipi.

**E** Sed si aliquod legatum fuerit eis relictum ad certam causam; utputa pro induendis Fratribus, & huiusmodi; & ad hoc non fuerit necessaria tota pecunia relicta; dicit Bart. in d. lib. 2. d. 3. c. 2. quòd hoc in Legatis non reperitur expressum, sicut in Eleemosyna oblata inter uiuos. Vbi si quid de ipsa pecunia habita, expleta determinata necessitate, supererit, non potest in aliam necessitatem expendi, nisi pecunie dominus consentiat, aliàs ei restituetur; ut dicitur in d. cap. Exijt. §. quia uerò puritatem. Ex quo uideretur etiam dicendum, quòd residuum legati

gati

gati remanere debeat apud heredens, si rogatus à Fratribus consentire noluerit, quòd in aliam necessitatem expendatur. Attamen contrarium est veritas, nam licet ille, qui pecuniam dedit, possit illam, dum viuit, reuocare, & repetere, dum expensa non est: hoc tamen heredibus non permittitur. Ut l. 4. ff. de seru. export. Et hoc etiam videtur declarari in dicta decretal. Exijt. s. In eo verò casu. Quare concludit Barthol. quòd, si causa, propter quam legata est pecunia, sit finita, residuum expenditur in aliam necessitatem presentem, vel imminuentem. Quem sequitur Bald. ibidem Anchar. in dicta Clem. Exiui. Et serena conscient. q. 18. non enim debet hoc accresci heredi, sed pro defuncti anima, in aliam Fratrum necessitatem conuerti debet; vt de usufruct. legat. l. legatum & ff. de oper. publ. l. finali.

Et idè dicendū est, quādo legatum est relictu pro aliqua determinata causa, seu necessitate, quæ, licet tunc non adsit, in aliam tamen commutabitur causam, seu necessitatem, per prædicta iura. Quòd si res legata sit mobilis, & in propria specie ab ipsis Fratribus utilis, vt est frumentum, oleum, lana, & huiusmodi, licet à Fratribus poterit (si ea indigeant) acceptari, sicut quacunq; alia nõ pecuniaria elemosyna, quæ à Fratribus mendicatur, seu liberaliter offertur.

Legata immobilium.

Si verò quæ Fratribus legantur, res immobiles sunt; vt domus, Ager vinea, & c. si in legando, testator modum congruum expresse, vt si licet, per personas idoneas distrahantur, & earum pecunia in edificijs, & alijs necessitatibus Fratrum conuertatur: tunc benè poterunt huiusmodi legata Fratres acceptare, eo modo, quo & pecuniaria legata.

Legata sine modo intelliguntur cū modo.

Legata modo incongruo, non licent Fratribus.

Concordat Bald. in auth. ingressi, & Petr. Anchar. in dict. Clement. & serena cõs. q. 22.

Idem dicendum est, vbi indifferenter, sine ulla expressione alicuius modi, seu causæ huiusmodi legata ipsis fuerint Fratribus relicta: tunc enim modo congruo, & Fratribus licito relicta intelliguntur; vt habetur in Decretali exijt. s. Ad hæc. Quòd si modus incongruus à Testatore fuerit expressus. Dicit Nic. 3. per hæc Verba, in cap. Exijt. s. Ad hæc. Quòd si testator, modum exprimat in legando, secundum quem Fratribus, eorum inspecta conditione, non liceret recipere; vt si legaret Fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret; quòd tunc à tali legato, & eius receptione per omnè modum Fratres abstineant. hæc. Nic. In tantum, quòd nedum talia legata Fratres recipere poterunt, verum etiam (vt annotauit Bart. in Minoric. lib. 2. d. 2. c. 1.) nec poterunt estimationem recipere, nam modus vnus recipiendi Legatum, est, estimationem recipere: vt l. si domus, s. qui constitetur ff. de leg. primò & l. non dubium. s. fin. ff. deleg. 3. Sed

- A** Sed est aduertendum, quòd quando huiusmodi incongruitas non prouenit ratione status, & conditionis Fratrum generaliter (vt erat illud de Vineâ ad excolendum, &c.) sed potius, alicuius Fratris particularis, (putâ si Laico essent legati libri, Missale, vel simile) tunc, secundum Iura, omnis subiicitur de Legatis impossibilitas. Vt l. obtinuit. de cond. & demo. & C. de Institut. & Substit. l. reprehendenda, & debet transmutari in alium modum possibilem, l. legati. ff. de vsufruct. legat. Unde, exempli gratia, si legatur Fratribus Minoribus
- B** vinea ad excolendum, vel tanta pecunia, vt ex ea emant paramenta, vel alia superflua, pro seruitio Ecclesiæ, & cætera huiusmodi: tale Legatum nullo modo valet, quia hæc superflua habere, statui Fratrum Minorum, & Regula repugnat. Si verò aliqua pecuniæ quantitas legatur pro aliquibus rebus licitis, quibus tamen Fratres non egeant, tenet Legatum: non enim expressit Testator modum illicitum, ex ipsa Regula, sed ex eo tantum illicitus, quia prædictis rebus Fratres non indigent. Quo casu, secundum Iura allegata, tollitur impossibilitas
- C** à Legato, & commutatur in alias Fratrum necessitates.

Et idem dicendum esse aliqui tenent, cum aliquod relinquitur Fratribus adificium, seu fundus pro loco, seu Conuentu construendo ipsis Fratribus, licet enim Fratres non indigeant loco, quia iam habent: hic tamen talis modus impossibilis, in aliam mutabitur causam Fratribus necessariam; vt memoria, & salus animæ defuncti seruetur, l. Legatum. ff. de vsufruct. leg. Non enim hic modus expressus in Legato continet impossibilitatem, ratione status, & Regul. Fratrum Minor. cum possint Fratres habere loca: sed impossibilitatem habet aliunde; ex eo, scilicet, quia Fratres habent locum, & non indigent alio: & ideò in aliam commutabitur necessitatem ipsorum Fratrum.

Sed dices, per quem fiet hæc transmutatio in aliam necessariam causam? Dico, quòd fiet de consensu vtriusq; partis, hæredis scilicet, & Prouincialis, seu Custodis: Vt Bart. in Minor. lib. 2. d. 2. c. 3. dicit, per dictam l. Legatum. ff. de vsufruct. legat. Vbi enim, aliquod ad est impedimentum iuris: vt illud, quod Testator iussit, de iure fieri non possit, vel facti, vt est in casu, quia Fratres non indigent Monasterio, seu loco, sufficit mutuus vtriusq; partis consensus: secus autem, si licitè fieri de iure, & de facto posset id, quod Testator iussit; quia tunc in aliam non posset necessariam causam fieri transmutatio, sine permissione Summi Pontificis, seu Principis, vt dixit Bart. ibidem per l. p. & l. Legatum, in principio. de administ. rer. ad Cinit. pertin. & per cap. p. de relig. dom. Quòd si discordes erunt, Iudex erit medius, cuius auctoritati est standum. Qui Iudex magis eius uoluntati fauebit,

Impossibilitas Legatorum, quando commutari potest.

Transmutatio vnius in aliam necessitatem a quo fiet.

Cui relictum est Legatum, quàm eius à quo est Legatum præstandum, A  
ut dicta l. Legatum .s. si uerò plures. & hoc intellige, non ut Mini-  
ster habeat heredem in Iudicium prouocare, sed quando hæres for-  
tè ab alio Episcopo, scilicet, uel Syndico in Iudicium reuocaretur,  
poterit tunc Minister, seu Custos suam iudici uoluntatem declarare.

Legata an-  
nuiredditus  
an possint  
acceptari à  
Fratribus.

Si uerò aliquid annuum, seu aliqui redditus Fratribus relinquantur, quia redditus inter immobilia computantur. Vti. C. de sacr. sanct. Eccles. s. iubemus, & Clementina Exiui. s. Annui redditus proinde, sicut diximus de immobilibus legatis Fratribus, absque ali- B  
cuius modi particularis, quòd possint illa uendi, & in eorum necessitates præsentis, uel imminentes conuerti, per Decret. Exiit. s. Adhæc; Sic, & hoc annuum, si u huiusmodi redditus in Fratrum necessitates uendi poterunt, si absque modo illicito Fratribus relinquantur. Legatum enim annuum, seu redditus, Fratribus non interdicitur, per Clem. Exiui. s. Annui redditus, ratione rei legatæ, sed ratione modi à Testatore expressi; ut puta, quòd annuatim Fratribus persoluatur: hic enim modus expressus, Regula, & conditioni Fratrum Minorum re- C  
pugnat. Ideò nec Legatum, nec eius estimationem petere aliquando poterunt. Si uerò talis redditus simpliciter Fratribus legetur, absque eo modo, quòd annuatim soluatur; solùm tunc uidetur illud ius percipiendi Fratribus relictum; quòd uendi potest, & in Fratrum necessitates præsentis, uel imminentes conuerti. Et hæc est Bart. sent. quam sequitur Anchar. in d. Clem. Exiui.

Idemq; dicendum est per omnia (secundùm prædictos) si relinquitur aliqui l. perpetuum, diurnum, uel per aliquas diuisiones temporum; D  
ut de triennio in triennium, & similibus, ut .ff. de transact. l. cum hi, .s. si cui, & .ff. de Aliment. & ciba. legat. l. libertis quos. si enim perpetuum erit Legatum, ut singulis diebus, seu annis, uel per aliquas diuisiones temporum perpetuò soluatur; e nostra Regule professione prohibebitur Fratribus comprobatur.

Legatū per-  
petuum in-  
terdicitur  
Fratribus.

Si uerò aliquid annuum, non perpetuum, sed usque ad certum tempus, Fratribus fuerit legatum: licet propter limitationem temporis, non uideatur quid annuum esse legatum, sed unum tantum legatum E  
dilatatum ad tantum tempus, quòd idem est, quòd una in plures diuisa solutiones præstatio; Idem tamen Bart. ubi supra, asserit, ab huiusmodi Legato debere Fratres penitus abstinere: quia hoc eorum statum, & mendicitati repugnat. non enim uiuerent simpliciter in spe Dei, ob certam spem, quam in illo sibi factò Legato, ad tantum tempus haberent. Quem sequitur Seren. Consc. q. 19. Federicus autem de Senis, quem sequuntur Bart. & Ancar. & Zambarel. conf. 22. & Corduba.

**A** duba. q. 11. in exposit. 6. cap. Reg. dicit tale Legatum valere, eiusdemq; Fratres esse capaces, si ad modicum tempus sit factum; quia potius summa quedam diluta censetur Legata, quam aliquid annuum. Nec per hoc videtur mendicitas tolli, sed aliquo modo subleuari. Secus autem si ad longum tempus fieret Legatum, quia sic inter immobilia computaretur, & Fratres eam non possent recipere.

**B** Modicum autem tempus, predicti omnes esse putant, si infra decem annos, & non ultra fiet Legatum. Vnde si quid Fratribus per decem annos singulis infra dictum tempus prestandum Fratribus legaretur, valere, & licite à Fratribus recipi posse, tenent. Quod ego intelligerem, si illud prestandum singulis annis illis, fuerit quid minimum: quia si esset, ita magnum, quod posset per illud decennium Fratrum necessitatibus prouideri, tunc per illud presinitum tempus non viuerent simpliciter in spe Dei, propter spem illam, quam in illo Legato haberent, & sic repugnaret coram statui.

**C** Ex quibus colliges, quid tenendum sit de Anniversariis defunctorum. si enim certa elemosyna pro dicendis Missis annuatim prestanda relinquitur in perpetuum, vel longum tempus, non ualet; nec eam Fratres licite accipere poterunt: si autem ad breue tempus, & quid exiguum fuerit, nullo uidetur iure prohiberi: licet nostra Capuccinorum Congregatio hactenus hæc non admiserit. Et idem per omnia dicendum est, si aliquid annuum indirecte Fratribus relinquatur: Vt puta, quia grauatur hæres, ut quotannis Fratres talis loci uestiat, uel aliquid aliud annuum ipsis soluat: Hoc enim nullo modo licet Fratribus recipere; nisi quid exiguum sit, & ad breue tempus relictum: quia aliis in fraudem factum esse censetur, ut ff. de donation. l. quod conditiones, & annotauit Bart. in d. lib. 2. d. 6. cap. 4. & ser. consc. q. 19.

**E** Federicus tamen predictus cons. 22. & alij in locis præallegatis, quos & Cord. & Zabarella in d. Clem. Exiui, & Seren. consc. q. 20. sequuntur, nolunt, quod si quid annuum perpetuum ad Diuinum cultum sit relictum, ut puta, quod hæres quotannis soluat unum pro Sacristia, farinam pro hostiis, oleum pro lampadibus, candelas, &c. licite à Fratribus recipi possit, etiam quod in perpetuum sit. quia per tale Legatum non tollitur mendicitas Fratrum, nec eorum prouidetur necessitatibus, sed Ecclesia. Et hæc, ut non ciuilitur, sed humiliter, & elemosynaliter recipiantur.

Quia hæc, annui redditus sunt, & inter immobilia computantur, ut iam ex dictis patet, & Monasteria Capuccinorum Sancti Francisci, & eorum, qui Minorum de Obseruantia uocantur, immobilia ex

Legata ad modicum tempus qualia sunt.

Anniversaria defunctorum an sint nobis licita.

Annui indirecte Fratribus relictum.

Legata pro rebus Ecclesie sic an liceant.

Bona immobilia, Capuccinis, & Obseruant. prohibita.



Legata ista  
per quos ex  
pendatur in  
Fratri m ne  
cessit.

Concil. Trident. Sess. 25. capit. tertio habere non possunt.

*Sed quis talia legata, Fratribus relicta, quæ licitè ab ipsis poterunt acceptari, in eorum expediet necessitates? est sciendum, quòd cum Fratres ( ut toties est dictum ) nullum ius habeant in rebus sibi relictis, & dominium apud hæredes remaneat, donec per eos solvantur; hæredes ipsi, uel testamentorum esequutores, facient. Ut in c. Exiit, s. Adhæc. & Bart. & alij Doctores tenent. Quòd si prædicti ad hæc fuerint negligentes, poterunt Episcopi, ratione generali, quam habent in relictis ad pias causas, Et Iudices secularis ex mero officio suo procurare, hæredis mora præcedente, ut in Auth. de Eccles. tit. 9. si quis autem. Ut talia legata solvantur, & Testatoris uoluntas adimpleatur. Immo, ut dicit Bart. lib. 2. d. 7. c. 3. ipsa Ciuitas, seu Syndicus hoc facere potest: quoniam, quando aliquid pauperibus, pro eorum necessitatibus relinquitur, toti uidetur Ciuitati relictum, cuius interest, ut pauperibus alimenta non deficiant. Ut l. Ciuitatibus ff. de legat. primo, & l. in Priuilegio, C. de sacr. sanc. Eccl. habetur; Sed quis pauperior Fratribus? Sed quomodo hoc possit etiam fieri per Syndicum, dicitur infra, in uerbo Syndicus. Sed semper cauere debent Fratres, ne hæc petentibus assistant; ut in Clem. Exiit. s. Amplius. neque directè, uel indirectè talem hæredum compulsionem, ciuilitè, seu cum rigore procurare, sed benè dulciter, & humiliter ipsis nolentibus, Episcopo, uel prædictis aliis, defuncti, & propriam iniuriam, extra Iudicium patefacere; ut ipsi, prout eis placuerit, ad talium Legatorum executionem procedant; ut tenent s. Bona. & omnes alij expositores nostre Regule. & hæc pro nunc sufficiant, pro huiusmodi Legatorum materia: si quis autem fusius eam uoluerit uidere, legat Cordub. aliosq; Regule expositorum in 6. c. Reg. & Bart. in Minoric. & c. & quod nos etiam diximus supra, in uerbo Hæredes, & hæreditas.*

An possit  
habere posses-  
siones, &  
Reditus vi-  
talicios.

*Nunquid autem Fratres, & Moniales possint habere posses-  
siones, & annuos redditus; & An licitè possint redditus  
Vitalitios, quos sibi parentes, uel consanguinei as-  
signant pro eorum necessitatibus dice-  
mus infra in uerbo Pau-  
pertas.*

## A LICENTIARE FRATRES, VEL MONIALES.

**Q** Valiter Fratres Mi. Obser. possint, & debeant licentari Collector.  
 à Prælatis Ordinis, vel à Sede Apostolica; vt licitè  
 valeant transire ad alium Ordinè; vel ad Conuen-  
 tuales eiusdè Ordinis: habetur supra in dictione Apostatæ in  
 omnibus. §. vbi in margine est hæc dictio Licentia, seu Licètia-  
**B** re. Et in dictione Conuentuales Fratres. §. i. Et in dictione  
 Exempti Fratres, præsertim in tribus, §. vltimis. ¶ Sed quo-  
 modo Moniales Sanctæ Claræ possint licentari, vt ad alia Mo-  
 nasteria eiusdem Ordinis valeant transire, seu aliàs; habetur  
 in dictione Clausura Monialium.



**C** INNOCENTIVS III. statuit, quòd, licèt qui- Ex iure cõa  
 busdam Monachis, seu Religiosis à Sede Apo-  
 stolica sit indultum, ne, postquam aliquis pro-  
 fessus fuerit apud eos, ad alium locù possit ipfis  
 inuitis arctioris etiã Religionis obtentu trãsi-  
 re, vt vnusquisq; secundùm Apostolum in ea vocatione perma-  
 neat, in qua dignoscitur esse vocatus. quia tamen vbi spiritus  
 Dei est, ibi libertas; & quæ spiritu Dei aguntur non sunt sub le-  
 ge, quia lex non est imposita iusto: ea ratione vtitur hoc illis  
 fuisse concessum, nequis ex temeritate, vel leuitate, in iactu-  
**D** ram, vel iniuriam sui Ordinis, sub prætextu maioris Religio-  
 nis, ad alium Ordinem transuolaret; sicut frequenter constat  
 à multis esse præsumptum, non quidem, vt ei transeundi li-  
 centia denegetur, qui eam cum humilitate, ac puritate duxe-  
 rit postulandam; vt non fictè, sed verè, ad frugem melioris vi-  
 tæ, valeat transmigrare. Talis ergò, postquam à Prælato suo  
 transeundi licentiam postulauerit, ex lege priuata (quæ pu-  
 blicæ legi præiudicat) absolutus, liberè potest sanctioris vitæ  
**E** propositum adimplere: non obstante proterua indiscreti con-  
 traditione Prælati: quia Priuilegium meretur amittere, qui  
 concessa sibi abutitur potestate. Cùm etiam, Romanus Pon-  
 tifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepi-  
 scopis, & Episcopis cedendi licentiam, ex iusta causa petenti-  
 bus, sine difficultate concedat. Quo circa (ait præfatus Inno-  
 cètius) nouerint vniuersi, quibus huiusmodi Priuilegium est  
 concessum, se ad concedendum licentiam transeundi taliter Nota.

postulantibus, de iure teneri. Quia, sicut subditus à Prælo A  
cum humilitate, & puritate debet transeundi licentiam postu  
lare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur, sic profectò  
Prælati, subdito, sine difficultate, & prauitate qualibet, de  
bet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum  
impedire diuinitus inspiratum. Si verò probabiliter dubite  
tur, utrùm quis velit ad Ordinem arctiorem, aut laxiorem,  
ex charitate, an ex temeritate transire, Superioris est iudiciũ  
requirendum; ne fortè Angelus Sathanæ in lucis Angelum se B  
transformet. Habetur in c. Licet quibusdam, extra de Regu  
laribus.

2  
Reformatio  
Conuentua  
les Fratres.

LEO. X. statuit, quòd nullus Frater reformatus possit, per  
quemcunq; Prælaturam Ordinis, etiam Ministrum generalem  
mitti ad morandum ad aliquem Conuentum non reformatũ,  
aut pro reformato non habitum. Excepto quòd, si Capitulis  
prouincialibus videretur minus malum aliquem Fratrem li  
centiare ad nondũ reformatos, quàm ipsum cum reforma  
tis derinere: in tali casu possit Prælatus mittere Fratrem, seu Fra  
tres reformatos ad nondũ reformatos. Inhibuitq; sub ex  
communicationis latę sententię pœna, omnibus, & singulis  
Conuentualium, secundũ Priuilegia viuentium, Prælatis,  
ac Fratribus, ne aliquem ex præfatis reformatis, nisi modo  
prædicto recipere audeant. Similiter & dictis Fratribus re  
formatis (sub eadem pœna) ne ab obedientia suorum Mini  
strorum vllatenus, quàm modo prædicto, recedant, B. ffo. 30. D  
concessione 100.

Excõicatio.

### L O C A F R A T R U M .

Collector.

**Q**ualiter Fratres Mino. possint recipere loca eis oblata  
pro sua habitatione, vide supra in dictione Edifica  
re, §. 4. & 9. vsque ad 12. ac 17. & 18. & 20.

Et qualiter huiusmodi loca possint deferere, vide etiã vbi  
supra, eadem dictione, §. 7. & 13. & 14. ¶ De immunitate ve  
rò locorum, seu Domorum Fratrum, ac de pœna inflicta con  
tra facientes in eis aliquam violentiam, habetur supra in di  
ctione Ecclesię Fratrum, §. 3. ¶ De dignitate autem locorum,  
quæ Fratres Mino. Obser. inter Conuentuales habere debent,  
ponitur in dictione Processiones, §. 3. & 4. & 5.

## MAGISTER.



**A**RTINVS V. prohibuit, vt nullus Frater Mi.  
possit recipere gradum Magisterij: nisi perfe-  
cerit chrsfum sibi praefixum per constitutiones  
Apostolicas, & Ordinis; ac nisi aliàs idoneus  
fuerit, b. ffo. 35. concessione. 40.

**1**  
Gradus sco-  
lastici.

**B** De hoc multa alia posita sunt supra, in dictio-  
ne Gradus scolastici, per totam.

Collector.

**L**EO X. in Bulla Còcordiæ statuit, quòd Fratres Mino. Cò-  
uentuales eligant vnum Fratrem super se ipsos, qui Magister  
generalis Fratrum Cònventualium in perpetuum appellari  
debeat, B. ffo. 32. conce. 105.

**2**  
Electio.

**I**dem Leo statuit, quòd in singulis Prouincijs deputati ad  
regimen Fratrum Mino. Conuentualium, vocentur Magistri  
C prouinciales Fratrum Conuentualium. Et quòd huiusmodi  
Magistri à Ministris prouincialibus Regularis Obseruantie  
confirmationem electionum de eis pro tempore factarum pe-  
tere teneantur, eo modo, quo Vicarij prouinciales olim de Fa-  
milia, seu de Obseruantia nuncupati, antea à Ministris pro-  
uincialibus Fratrum Conuentualium petere tenebantur, B.  
ffo. 32, conce. 106.

**3**  
Electio.  
Hoc non ẽ  
in vsu.

**I**dem Leo reuocauit, cassauit, & annullauit, ac viribus peni-  
D dus, & omnino carere decreuit electionem primi Magistri ge-  
neralis Fratrum Mino. Conuentualium, quam sub nomine Mi-  
nistri generalis fecerant Fratres Conuentuales, ac nullã fuis-  
se declarauit: sed eam pro electione Canonica Magistri ge-  
neralis confirmauit, & approbauit, ac si facta fuisset sub nomine  
Magistri generalis Conuentualium, B. ffo. 32. conce. 116.

Vide in Ver-  
bo Conuẽ-  
tuales.

**4**  
Electio

**E** CAPVCCINI ANNOTATIO.



**N**ota, quòd libros, seu quinternã asportare extra Librarias  
Monasteriorum Sancti Francisci de Obseruantia ad alia  
loca, ad est excommunicatio ipso facto incurrenda, et quòd  
Guariani debent facere librorum inuentarium; ut appa-  
ret in Breue à Pio V. emanato in ann. 1568. et à Sixto V. confirmato  
in ann. 1589.

In. S. 3.  
Hec constit.  
non est in  
Bull. sed po-  
nitur in o-  
cularia seu  
manipulo  
Fratru Min.  
fo. 331.

## MENDICARE.

I  
Pro Fratib<sup>9</sup>  
Prædicat. &  
Minoribus.

**A**LEXANDER IV. declarauit, quòd Mendicitas Fratrum Minorum & Prædicatorum est meritoria. Et quòd prædicti Fratres tam ab ijs, quibus prædicat, quam ab alijs possunt petere, et recipere eleemosynas. Ac, quòd illi possunt, huiusmodi eleemosynas eisdem Fratribus salubriter elargiri, b. ff. de conce. 15.

Collector.

De hac materia vide supra in dictione Eleemosyna, §. 4. & 5. ac 7. Et infra in dictione Paupertas.

## MINISTRI.

*Distinctio Priuilegiomm attinentium ad Ministros.*

Collector.

**C**ontenta in Priuilegijs, respectu Ministrorum, sic distinguuntur. Primò enim sunt ibi aliqua, quæ particulariter pertinent ad Ministrum generalem. Et hæc habentur in dictione Generalis Ordinis. ¶ Secundò reperiuntur aliqua, quæ attinent ad Ministros Prouinciales, vel in particulari; aut in quibus est eis communis auctoritas cum Generali. Et hæc subdividuntur. Nam quædam concernunt electionem, aut institutionem huiusmodi Ministrorum. Et ista habentur in dictione Electio, §. 4. & 8. Et in dictione Confirmatio Prælatorum, §. 2. Alia spectant ad auctoritatem eorundem, circa collationes officiorum prædicationis, & confessionis, & circa absolutiones, & declarationes: Et hæc continentur infra, §. 1. & 2. & 4. & 5. & in reliquis sequentibus, vsq; ad 11. Alia respiciunt eorundem Ministrorum facultatem, ad conferendas nonnullas indulgentias. Et ista habetur in, §. 3. & 12. ¶ Vltimò reperitur aliquid pertinens ad huiusmodi Ministrorum durationem. Hoc autem ponitur in, §. 13.

Prædicatio.



**L**EMENS IV. concessit, vt singuli Prouinciales Ministri in suis Prouincijs, cum Diffinitoribus in prouincialibus Capitulis congregati, habeant plenam auctoritatem, & facultatem examinandi, & approbandi Fratres Minorum in Sacra pagina eruditos, & eis officium Prædi-

**A** prædicationis (Deum habendo præ oculis) committendi: sicut ex forma Regulæ poterat solus Minister Generalis, B. fo. 56. Et ff. 139. conce. 311.

Idem Clemens, circa absolutiones Fratrum, concessit multa Ministris; prout latè habetur supra in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. secundo, & quarto, & sexto, & nono, ac decimo.

**B** **VRBANVS V.** concessit, quòd Ministri Prouinciales de suis Prouincijs possint dare suffragia Indulgentiarum, & Orationum, ac beneficiorum spiritualium Procuratoribus, & alijs quibuscunq; personis deuotis, & benefactoribus prædicti Ordinis, b. ff. 261. conce. 671. Et ff. 109. conce. 454.

**SIXTVS IV.** concessit Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum, Mino. auctoritatem copiosam dispensandi cum suis subditis, defectum natalium patientibus, & cum Irregularibus; prout positum est ad longum, supra, in dictione Dispensatio, in §. 10. & 12.

Idem Sixtus concessit Prouincialibus Carmelitarum, vt in suis Capitulis possint instituere Fratres suos Confessores; prout habetur supra, in dictione Confessiones, & Confessores, §. 3.

**INNOCENTIVS VIII.** concessit, quòd Generalis, & Prouinciales Ministri possint dispensare cum Fratribus suis, vt ad Sacerdotium promoueantur in 22. anno completo. Hoc est cum attingentibus 23. annum, o. fo. 63. Et ff. 69. conce. 158. Et ff. 99. concessione 356.

**ALEXANDER VI.** quoad reservationem casuum, & absolutionem a quibuscunq; delictis, & censuris, dedit magnam auctoritatem Ministris Generalibus, & Prouincialibus; prout supra positum est, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 17. Et ibidem, §. 15. & 16.

**IVLIVS II.** concessit, vt Prouinciales Fratrum Minorum habeant eandem potestatem, seu facultatem, circa Moniales Sanctæ Clare, eorum curæ commissas, quam Urbanus IV. in Regula prædictarum Monialium commisit Protectoribus dicti Ordinis, B. ff. 112. conce. 517. & ff. 72. concessione 220.

Quæ autem sit huiusmodi facultas, habetur in dictione Protector, §. 3.

Aduertendum est circa hanc Concessionem, quia multi abusi sunt illa, credentes, quòd facultas, & potestas supradicta, col-

2  
Absolutio.

3  
Indulgentiar.

4  
Dispensatio.

5  
Confessores.

6  
Dispensatio.  
Sacerdotium.

7  
Casus reservati.

8  
Moniales.

Collectas.

lata Protectori, nunquam fuerit restricta; propter quod nonnulli Prouinciales, & alij Prælati superiores dabant licentiam aliquibus personis ad ingrediendum Monasteria prædictarum Monialium: cum tamen hoc fuerit expressè prohibitum prædicto Protectori per Martinum V. ac etiam quibuscunq; alijs Prælatis; prout dictum est supra, in dictione Ingredi Monasteria Monialium, §. 10. Vide etiam ibi aliam declarationem circa prædicta. Vide etiam in dictione Protector Ordinis, §. 5.

Nota.

9 LEO X. fecit multas Cõcessiones pertinentes ad ministros: quarum aliquæ continentur in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 21. & 22.

10  
Declarare.

Idem Leo concessit Ministris, & eorum generalibus Commissarijs auctoritatem determinandi quæ dicantur res viles, aut parui valoris; vt possint dari à Fratribus Mino. intra, & extra Ordinem; prout habetur in dictione Declarare, §. 1.

11  
Declarare.

Idem Leo concessit præfatis Ministris auctoritatem determinandi in scrupulis subditorum suorum; vt habetur latè in dictione Declarare, §. 5.

12  
Visitatio.  
Indulgètia  
Plenaria.

Idem Leo concessit, quòd omnes Prouinciales Observantia, a cta visitatione ordinaria in Conuentibus suæ Prouinciæ, habeant facultatem cõcedendi Indulgètia plenariam omnibus Fratribus cuiuslibet Conuentus, sic visitati. Et idè de Monialibus S. Claræ, ac Tertiarijs in Congregatione viuentibus, o. ffo. 93. conce. 285.

13

Idem Leo statuit, quòd Ministri prouinciales, ultra triennium, in suis non possint continuari officijs. Et voluit, quòd triennio elapso, pro absolutis ab officio à cunctis Fratribus habeantur. Ac etiam, quòd infra dictum triennium (si minus vtiles inuenti fuerint) possint in Capitulis prouincialibus ab officijs absolui, B. ffo. 30. concessione 97. in fine.

## ANNO TATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad § 8. ubi agitur de potestate concessa per Iulium II. nostris Prouincialibus, similiter Moniales, videatur latius ubi sup. in his annotationibus, &c. super titul. Ingredi. quoad quantum Notandum Collectoris, &c.

A

## MISSA.

¶ *Distinctio Concessionum Apostolicarum, quæ Missas concernunt.*

B

Ttende, quòd omnium, quæ in Priuilegijs habentur circa Missas, quædam pertinent ad locum celebrationis. Et hæc ponuntur hic primò. ¶ Alia spectant ad tempus, seu horam celebrandi. Et ista ponuntur .2. loco. ¶ Nonnulla verò attinent ad modum celebrandi. Et ista sunt multiplicia. Nam quædam sunt quoad Hymnum Angelicum. Et hæc habentur in dictione Gloria in excelsis Deo. Quædam quoad Symbolum. Et hæc habentur in dictione Credo. Quædam quoad Præfationem. Et hæc habentur in dictione Præfatio. Quædam quoad totâ Missam. Et hæc habentur infra, in hac dictione Missa, tertio.

Collector.

C

## MISSA PRIMO, QVOAD LOCVM.



ONORIVS III. concessit, quòd Fratres Mino. possint Missas celebrare super Altare portatili, absq; licentia Prælatorum Ecclesiæ, seu Ordinariorum, B. ffo. 83. conce. 242. & 243.

1  
Altare.

ALEXANDER IV. reuocauit Decretum Innocëtij IV. quo prohibebatur nè Fratres Mi.

2  
Reuocatio.

D aut alij quicûq; Religiosi reciperent ad Diuina parochianos alienos, in diebus Dominicis, & festiuis, in suis Ecclesijs, & Oratorijs, B. ffo. 102. conce 214.

Idem Alexander, quia nonnulli Prælati Ecclesiastici non curabant de suprascripta reuocatione per ipsum facta, dedit in super literas executoriales, B. ffo. 102. concessione. 115.

3

Per suprascriptas duas Prouisiones nihil nobis noui concessum est: sed Pontifex restituit nos ad ius commune.

Collector.

E

CLEMENS IV. concessit, quòd in locis, vbi Fratres Mino. degunt, possint habere Oratoria; in quibus cum altari portatili possint Missarum solennia, & alia Diuina Officia celebrare, B. fo. 56. & ffo. 140. conce. 313.

4

Idem Clemens prohibuit nè quis in Ecclesijs Fratrum Mino. Missarum solennia, vel pro animabus eorum, qui ad loca ipsorum tumulandi deferuntur, ibidem exequias celebrare, sine eorumdem Fratrum assensu, & voluntate, præsumat, B. fo. 58.

5  
Prohibitio.

&amp; ffo.



- & ff. 141. concessione. 336.
- Collector. Circa hoc vide infra dispositum per Concilium Lateranen-  
se, §. 8.
- 6 SIXTVS IV. concessit eisdem Fratribus Mino. vt nō so-  
lūm in Oratorijs, & locis, quibus degunt, sed etiam in quouis  
alio loco congruenti, & honesto, possint super Altare portati-  
li, Missas liberè, & licitè celebrare, B. fo. 59. & ff. 143. con-  
cessione 344.
- 7 ALEXANDER VI. concessit, Fratres Mino. posse cele-  
brare Missas in cameris secularium, vel in plateis: dato quòd  
non videantur loca honesta: quia in cameris dormiunt coniu-  
gati, & in plateis fiunt multa profana. o. ff. 70. conce. 173. &  
ff. 99. conce. 371.
- 8 LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quòd tam Præla-  
ti Ecclesiastici, quàm presbyteri seculares, qui vinculo ex-  
communicationis legati non fuerint, Missas in Ecclesijs quo-  
rumlibet Fratrum, deuotionis causa celebrare volentes, cele-  
brare possint. Ipsiq; Fratres tales celebrare volentes, libenter  
recipere debeant, B. ff. 25. conce. 70.
- 9 Idem Leo declarauit, & statuit, oēs Christi fideles vtriusq;  
sexus, qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in  
Ecclesijs Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & Fe-  
stiuis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de  
Missâ audienda. Nec in aliquam labem peccati mortalis, aut  
poenam propterea incurrere. In contrarium facien. non ob-  
stantibus quibuscunq; B. ff. 27. concessione 90.
- 10 Idem Leo præfatas suas literas confirmauit, & ampliauit;  
& super eas, aduersus contradictores, Conseruatores dedit, B.  
ff. 47. conce. 142.

## ANNOTATIO CORDVBÆ.



VOAD §. 2. & 3. notandum, quòd ille Concessio-  
nes Alex. IV. habentur etiam in 2. tract. lib. Ordini-  
nis. Et Bonif. 9. ff. 118. concessit Fratribus Prædi-  
catoribus, prohibendo ne, scilicet, Prælati Ecclesiarū,  
aut alij quicunq; eos impediunt, quòminus Missas, &  
alia Officia Diuina in Ecclesijs suis quotidie celebrare, ac Oblationes in  
Missis ipsis, & alias ad eorum Altaria prouenientes liberè, & inte-  
graliter recipere, & eorum usus, iuxta morem dicti Ordinis, conuer-  
tere

**A** tere possint, sub excommunicatione; ipso facto in contrarium facientes.

MISSA SECUNDO, QVOAD TEMPVS.

- |          |  |   |
|----------|--|---|
| <b>B</b> | <b>V</b> GENIVS IV. concessit, quòd Fratres Mi. possint celebrare Missam vsq; ad nonā, sine scrupulo conscientia, o. ffo. 102. concessione. 418.   | 1   |
| <b>B</b> | <b>P</b> I V S II. concessit, quòd Generalis possit dare Fratribus auctoritatem celebrandi Missas per vnā horam ante auroram, eis, quibus sibi videbitur, auctoritate Apostolica, o. ffo. 97. concessione. 346.  | 2   |
| <b>C</b> | <b>S</b> I X T V S IV. concessit, quòd Fratres Mino. Obser. Sacerdotes,, causa necessitatis possint ante, & post horam statutam ab Ecclesia, celebrare, o. fo. 63. & ffo. 67. concessione. 109. & ffo. 96. concessione 324.  | 3   |
| <b>C</b> | <b>I</b> N N O C E N T I V S VIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispaniæ reformatis, quòd possint celebrare Missam per horam ante diem, & per horam post meridiem, præsertim quando prædicatur in Conuentibus, vel sunt solennia Officia, o. fo. 16 & ffo. 76. conce. 194. & ffo. 101. conce. 393.  | 4<br>Particula<br>ris pro Hi-<br>spania.  |
| <b>D</b> | Idem Innocentius concessit Fratribus Augustinensibus, quòd expleto Matutinali Officio, etiam ante lucis auroram, possint Missas celebrare, b. ffo. 101. conce. 399.  | 5   |
| <b>E</b> | <b>L</b> E O X. concessit Fratribus Min. Obser. vt de licentia suorum Superiorum (quorum conscientijs remittit, quomodo Fratres debeant vti hac gratia) possint celebrare illicò post Matutinum, & post Meridiem, præsertim diebus, quando est de audienda Missa præceptum; quando Fratres debent ambulare; seu quando de via veniunt, & non possunt ante Meridiem applicare ad locum, vbi commodè possint Missam audire, vel honestè celebrare. De æstate verò, quando noctes sunt breuiiores, etiam ante matutinum chori, vel infra: dummodo celebraturus illud per se, aut cum locio, dixerit, prout consuetum est in Ordine cum prima, o. ffo. 92. conce. 275. | 6<br>Ista omnia<br>Priuileg. Six.<br>Innocent.<br>& Leonissunt<br>sublata Cõ.<br>Trid. ses. 22.<br>de obser &<br>euitant. in ce-<br>lebr. miss. vt<br>ait & Nauar.<br>in manual.<br>c. 25. nu. 82.<br>infra. 12. nu.<br>86. |
|          | <i>¶ Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.</i>   |   |
| <b>M</b> | <b>A</b> R T I N V S V. concessit, quòd Priores, & Fratres Ordinis Sancti Benedicti, possint ex deuotione, vel alia iusta causa, in suis Monasterijs celebrare Missas statim post exple-   |   |

expletum Matutinum, vel saltem per horam ante auroram, A  
habito respectu ad Horologium.

### ANNOTATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad §. 3. & 4. vt ait Sum. Ros. tit. Missa, §. 2. quòd hora sta-  
tuta per Ecclesiam ad celebrandum, est ab Aurora, vsq; ad  
Nouam. Aurora autem incipit per vnā horam, & quin-  
tam eius partem ante Solis ortum, ad nostrum hemisphærium. Per præ  
dictas autem Concessionēs Pij II. Six. IV. Innoc. VIII. possumus ce-  
lebrare per vnā horam ante, & post; vt ibi conceditur, ex causa ra-  
tionabili, & per alias subsequētes Concessionēs possumus adhuc latius,  
videatur ibidem in Compendio, in §§. sequentibus.

Quoad §. 5. notandum, quòd illa est optima Concessio sine vlla limi-  
tatione, vbi concedit Innoc. 8. quòd statim post Matutinum p̄sint Fra-  
tres Augustinen. & nos etiam per communicationem eorum, celebra-  
re. Sed & Inlius II. fff. 4. concessit Minimis, quòd possint celebrare, C  
& facere sibi celebrari Missas, etiam per Sacerdotes seculares, ante  
diem, in quocunq; loco honesto, cum Altari portatili, & ibi recipere  
Sacramenta.

### MISSA TERTIO, QVOAD MODVM.

**I**  
Ex iure cōi



**H**ONORIYS III. mandauit vniuersis Ecclesia D  
rum Prælatis, quatenus in Ecclesijs collegiatis,  
celebrent duas Missas collegialiter, vnā pro  
defunctis, & aliam secundum exigentiam diei;  
vt de Festo, si Festum occurrit, vel de Feria, si  
Feria. Habetur in c. Cum creatura. extra de ce-  
lebratione Missarum.

**2**  
Ex iure cōi  
Credo.  
Præfatio.

**I**NNOCENTIVS III. statuit, ut in Missis commemo-  
rationis, seu votinis, licet dicatur propria præfatio, non ta-  
men Hymnus Angelicus, seu Gloria in Excelsis, nec Symbo-  
lum dicantur; ut inter commemorationem, & solennitatem  
differentia ostendatur. Habetur in c. Concilium. extra de ce-  
lebratione Missarum.

**3**  
Ex iure cōi

**C**ONCILIUM Triburinen. statuit, quòd propter  
Missam specialem, seu votiuam, vt de sancto Michaelē, M  
ssa  
de eadē die non dimittatur: nisi aliquis velit, propter reuerē-  
tiam

**A** tiam Trinitatis, Missam illius audire. Habetur in c. Quidam laicorum, de celebratione Missarum.

ALEXANDER IV. concessit Fratribus Mino. vt in Missis votiuis spiritus sancti, & Virginis Mariæ, Gloria in excelsis Deo; nec non Sequentias competentes, tam in solennitatibus cantare, quàm dicere possint in priuatis: non obstante Statuto generali, b. ffo. 257. tracta. 2.

4  
Gloria.  
Profz.

**B** Idem Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Mino. causa audiendi Missas quocunq; tēpore, pro qualibet vice Indulgentiam centum dierum, o. ffo. 108. conce. 437

5  
Indulgētię.

EVGENIVS IV. concessit, quòd puellæ nobiles, non audientes Missam in diebus Dominicis, excusantur, si sunt in potestate alterius, o. ffo. 102. conce. 417.

6  
Pro domi-  
cellis.

Idem Eugenius concessit, quòd Fratres, qui noluerint dicere Missam de Dominica infra Octauas Sanctorum nostri Ordinis, non teneantur, o. ffo. 101. conce. 407.

**C** Attende, quòd supradictum videtur solùm habere posse locum, quando in huiusmodi Dominica poneretur historia Dominicę.

7  
De Sanctis  
Ordinis.  
Collector.

ALEXANDER VI. ad remouendum scrupulum, concessit Fratribus Mino. quòd possint celebrare cum planellis de corio, sine calcaneo, o. ffo. 70. conce. 172. & ffo. 99. conce. 370. hoc tamen non est de necessitate. Vnde si quis ipsa ommitteret non ex contēptu, sed quia non habet, non peccaret vt; sum.

8

**D** Ange. tit. Missa, n. 36.

Collector.

Sciendum, quòd tempore præfati Alexandri VI. videlicet, anno Domini 1502. celebratum est Capitulum generale Albienſe; in quo facta est sequens Ordinatio, seu Declaratio, vel publicatio Concessionis per præfatum Summum Pontificem (vt piè creditur) factæ, aut eius auctoritate.

Quascunq; Missas in nostris Missalibus existētes possumus dicere: licet non sint Ordinarij Romani.

9  
Statutū ge-  
nerale.

**E** LEO X. informatus, quòd in Conuentibus, quos Fratres Mino. Obser. à Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis (de mandato, & licentia Sedis Apostolicę) reformandos receperunt, tot, & tanta onera, ac fundationes Missarum, & aliorum suffragiorum comperiuntur, vt si omnibus satisfacere deberent, in multis locis Fratres non sufficerent: quinimo opus esset, quasi vbiq; ordinarium prætermittere Officium, & alia extraordinaria celebrare, & persolvere: ac in plerisq; locis pro-

10  
Pro Conuē-  
tibus noui-  
ter reforma-  
tis.

proventus, & redditus, ex quibus celebrationes Missarum, A  
& suffragiorum huiusmodi fundata substiterant) sunt probati  
non subsistere, sed penitus alienati: necnon, & paramenta Ec-  
clesiastica, pro quibus etiam similis obligatio excreuerat, ef-  
se omnino consumpta decreuit, & declarauit, quòd prædicti  
Fratres, qui proventus, & redditus, propter quos talia onera  
imposita sunt, non percipiunt, nec ex voto Professionis suæ  
percipere possunt, non fuisse obligatos, nec esse, nec in po-  
sterum, si contingerit similes reformationes in Conuentibus B  
fieri, teneri ad similia suffragia persoluenda: dummodo tam  
in communibus Officijs, quæ quotidie in dictis Ecclesijs cele-  
brantur, quàm in priuatis Orationibus, & in extraordinarijs  
Missis, & suffragijs, quæ in dicto Ordine pro singularibus be-  
nefactoribus fieri statutum est, illorum, qui prædictos reddi-  
tus, seu ornamenta reliquerunt, memoriam specialiter faciât.

Pro Conuē-  
tibus Mon-  
achialium S.  
Clare.

Et simili modo concessit, quòd Moniales Sanctæ Clare, sub  
cura dictorum Fratrum uiuentes, ubi similes obligationes in C  
reformatis Monasterijs fortè inuenerunt, non teneantur ad  
huiusmodi onera: dummodò etiam in communibus Officijs,  
& Orationibus priuatis, & alijs extraordinarijs Missis, & suf-  
fragijs, pro benefactoribus per eas ordinatis, eorum memo-  
riam faciant specialem, B. ffo. 18. conce. 58.

II  
Pro Conuē-  
tibus nouit-  
er reforma-  
tis.

Idem Leo postea informatus, quòd ante reformationē ali-  
quarum Domorum Ordinis Mino. Fratres Conuentuales in D  
illis existentes, certa bona, ac annuos redditus cum onere ce-  
lebrandi Missas, & alia Diuina Officia, & suffragia illis relicta  
possidebant, & quòd post reformationem huiusmodi Guar-  
diani, & Fratres Regulares Obser. in illis existentes, bona, ac  
annuos redditus huiusmodi, partim dimiserunt, & partim ven-  
diderunt, & pretium illorum in reparationem dictarum Do-  
morum, & alias necessitates Fratrum Domorum earundem  
conuerterunt, ac etiam, quòd in aliquibus locis Regularis  
Obser. dicti Ordinis inueniuntur aliqua obligationes perpetuæ E  
ad Missas continuè celebrandas; per prædecessores Præla-  
tos prædictorum locorum antea contractas; quas, si seruare  
deberent Fratres præsentis, & pro tempore dicta loca inhabi-  
tantes (cum ex quotidiana mendicatione, ac laboritio uiuere  
habeant) quotidiana necessitatis præsidio fraudarentur: de-  
clarauit, & ordinauit, quòd cum prædicti Fratres, iuxta Re-  
gulæ suæ puram, & debitam Obseruantiam, ex quotidiano la-  
boritio,

De obliga-  
tionib⁹ per-  
petuis Mis-  
saru.

**A** boritio, humili Mendicatione viuere habeant, non fuerunt; nec sunt capaces onerum perpetuorum huiusmodi, per quæ temporis progressu libertas spiritus in Missis, & alijs Diuinis Officijs, ac in acquirendis vitæ necessarijs commoditas à Fratribus prædictis tolleretur. Quare omnes, & singulas huiusmodi obligationes perpetuas, tam per Fratres Conuentuales, quam per Fratres Observantes cum quibuscunq; personis contractas, cassauit, & annullauit. Et ne Christi fideles **B** (qui pro præfatis perpetuis seruitijs sua bona sunt elargiti) suo fraudentur desiderio, omnia charitatis opera, & Diuina seruitia, quæ in toto dicto Ordine celebrantur, & sunt, prædictis Christi fidelibus, & defunctis, per viam suffragij, quantum Diuinæ placuerit bonitati communicauit, B. ffo. 23. concessione 65.

Idem Leo inhiuit districtè Ministris Prouincialibus Fratrum Mino. Regularis Obser. ac subditis eorundem, ne huiusmodi Missarum, aut aliorum seruitiorum onera perpetua, vllatenus de cætero acceptent, aut recipiant, B. ffo. 23. concessione. 65.

12  
Prohibitio.

Idem Leo concessit, vt, quando Fratribus Mino. commendantur Missæ, quæ vulgariter appellantur de reuelatione, de Sancto Amatore, & de Consolatione, cum certis candelis, vel aliæ similes, vel quòd non discontinuentur: satisfaciant Fratres prædicti dicendo illas Missas, ad quas magis dispositi fuerint: maxime de Officio, de quo illo die recitant: & ad prædictas, tali modo recommendatas, nullatenus teneantur: præcipuè, cum videatur hoc quandam superstitionem sonare, o. ffo. 93. concessione 289.

13  
De Missis superstitionis.

Occasione huius Concessionis, aliqui (illam minus bene intelligentes) arbitrati sunt prædictam facultatem extendi ad quascunq; Missas eis recommendatas; vt de Epiphania, de Natiuitate, vel plagis, seu de passione, &c. quod tamen est omnino falsum, propter multa. Primò, quia expressè litera Concessionis loquitur de Missis, quæ habent aliquam superstitionem annexam, prout ibi exemplificatur. Nec obstat illud, quod additur (vel aliæ consimiles) quia refertur ad superstitiones immediatè exemplificatas. Nec adhuc pro omnibus in Concessione exemplificatis videtur tuta dispensatio præfata, seu declaratio; quia inter alias sunt multi, nullam superstitionem habentes; vt fuisse aliquarum Festiuitatum Do-

Collector.

mini nostri aut Domina nostræ, seu alia, quæ in Missali conti-  
nentur, vt de tali Dominica, vel tali Apostolo, seu Apostolis,  
vel alijs Sanctis. Secundò etiam, quia à promissione, & obli-  
gatione licita, cuiusmodi est de alijs Missis non superstitionis,  
non potest quis ( postquam obligatus est ) liberari, seu di-  
spensari, absq; consensu illius, cui se obligauit, aut sine alia le-  
gitima causa. Et ideò indubitatè tenendum videtur, quòd;  
quandocunq; aliqua Missa recommendatur, sine admixtione  
alicuius superstitionis, debet dici, prout fuit recommendata,  
& acceptata, scilicet, tam respectu Officij, quàm etiam loci,  
& temporis, & candelarum, &c.

Nota.

14  
De Missis p  
quibus da-  
tur modica  
elemosyna

Idem Leo informatus, quòd in quibusdam Regionibus pro  
celebratione vnius Missæ, certa pecuniæ quantitas dari con-  
suevit in elemosynam Fratibus Mino. tam valde parua, & te-  
nuis, quòd dicti Fratres, ob elemosynam, quæ singulariter à  
pluribus elargitur, tot Missas, quot sunt largientes pro singu-  
lis celebrare non valent, declarauit, & concessit prædictis Fra-  
tribus Obser. quòd celebrando vnam Missam duntaxat, si ele-  
mosyna æquiualens vni Iulio, id est decimæ parti ducati, non  
elargitur: etiam si duas, tres, vel quatuor, aut plures Missas  
celebraturi essent occasione diuersarum, vel plurium eleemo-  
synarum huiusmodi; & in dicta celebranda Missa pro omnibus,  
qui pro dictis Missis in elemosynam, vsq; ad summam huius-  
modi, contribuunt, commemorationem in genere faciendo,  
in hoc conscientiarum puritati prædictorum Fratrum satisfac-  
tum sit, B. sffo. 20. conce. 62.

Collector.  
Nota.

Cauendum est omnino, ne quis vtatur huiusmodi Conces-  
sione; quia reuera nullius est valoris; prout multi viri famosi  
Theologi, & Iurisperiti, super hoc Consulti, responderunt. Nã  
vltra multa, quæ cetera huiusmodi Concessionem dici possèt,  
constat bene intuenti relationem, quòd subrepticè obteta est.  
Quapropter Reuerendus Pater Frater Ioannes Glapion, dũ  
institutus esset Procurator curiæ Rom. promisit, procurare reuo-  
catione, seu potius declaratione nullitatis huius Cõcessionis.  
Et credẽdũ est, qd̄ obtinuit: licet ad man<sup>o</sup> nostras nõ puenerit.

15  
De Missa  
passionis.

CLEMENS VII. concessit Fratibus Mino. Obser. quòd  
cũ aliquis petierit ab eis, vt celebrent Missam de Passione,  
liceat eis Missam de Cruce, vel de quinq; Plagis; & loco Euã-  
gelij, Passionem secundum Ioannem dicere: Siuè in fine Missæ  
huiusmodi, passionem præfatam dicere. Et sic cõseatur satis-  
factum

**A** factum fuisse petitionibus illorum, qui petierunt celebrari Missam de passione, o.

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

**E**VGENIVS IV. concessit Monachis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ, quòd celebrans Missas tricenarij Sancti Gregorij, vel Lamberti in suis Monasterijs, satisfaciat, etiam si intra dictum tricenarium sibi occurrat, quòd celebret aliquam aliam Missam, puta Maiorem, vel Matutina

16

**B**lem, vel alias in Conuentu, o.

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.*

**M**ARTINVS V. concessit, quòd in quatuor Temporibus, uel diebus quadragesimæ, aut litanijs, sufficiat in Monasterijs Sancti Hieronymi celebrare Missam de Feria (si hoc velint) cum commemoratione Festi, quod in ipsa die celebratur: nisi eadem die sit Festum duplex, aut semiduplex.

17

**C** Super hoc tamen onerat conscientiam Prælati, si non est tanta multitudo Fratrum, quòd possint duas Missas dicere, o.

Audienti bus Missas in certis Festiuitatibus, & alijs diebus, sunt concessæ nonnullæ indulgentiæ, quæ habentur in dictione Indulgentiæ Plenariæ, quoad Fratres, s. 19. Et in dictione Indulgentiæ, quoad Seculares, in multis .s.

Collector,



## CAPVCCINI ANNOTATIO.

**D** *M*NIA supradicta Priuilegia dicendi Missam, quoad modum, locum, & tēpus, sunt iam per Conc. Trid. sublata; & præcipuè illa Six. IV. Innocētij, & Leon. X. in s. 3. 4. 5. & 6. in verbo Missa 2. quoad tēpus. Vt ait etiā Nau. in Manuali, c. 25. n. 82. in fin. & n. 86. Sed celebrari debet secūdū Rubr. Missalis noui, iuxta Const. 118. Pij 7. in Bull.

Conc. Trid. sess. 22. de euitat. & obertu. in celebr. Miss.

Et inter alia, quæ ibi à Sacro Conc. obseruari iubentur, est, quòd nō priuatis Domibus, atq; omnino extra Ecclesiam, & ad Diuinum tantum Cultum dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinarijs ordinanda, & Vi

De loco celebrandi Missam.

**E** sitanda, Sanctum Sacrificium, à secularibus, aut Regularibus quibuscumq; peragi. Vide tamen id, quod ait Nauar. in præfato nu. 82. quomodo, sicut antè Conc. Trid. sine licentia Episcopi celebrari poterat extra locū sacrū, super Altare Portatili Sacro, ppter necessitatē; Ita posset etiā hodie, quod notandū esse ait p. terris, in quib⁹ frequētissimè supplicationes fiūt ad aliqua parua eremicoria, præ quorū forib⁹ solet dici Missa, ut ab omnib⁹ audiatur. Et pro primis Missis Sacerdotū, ad quas maxima multitudo, quàm Ecclesia capere non potest, solet conuenire.

Not. de striam Nauar.



De modo  
celebrandi.

Cauetur etiã in Conc. ne Sacerdotes, alijs, quã debitis horis celebrēt, A  
neue ritus alio, vel alias ceremonias, & preces, in Missarũ celebratione  
adhibeant, preter eas, quę ab Ecclesia approbate, ac frequenti, ac  
laudabili vsu recepta sunt. Ac quarundam Missarum, ac Candelarũ,  
certum numerum, qui magis, à superstitioso cultu, quã à vera Re-  
ligione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueat.

Hora cele-  
brandi.

Sed circa hanc Conc. dispositionem, de hora celebrandi Missam, est  
aduertendum, quod Nauar. vbi supra, ait, posse Fratrus celebrare se-  
cundũ usum S. Francisci, & S. Marię Magdalenaę Confraternitatum B  
à Sacra Card. Congreg. approbatũ, qui est duabus horis ante Solis ortũ.  
Et Greg. XIII. anno 11. sui Pontif. Concessit Congreg. S. Iustinaę, dũ  
in itinere fuerint Constituti, posse Missam celebrare ante auroram, &  
post mediam noctem. Et hoc, vius vocis Oraculo factõ Illust. Alexand.  
Farnesio Cardinali illius Ordinis Protectore. Et refertur in Comp.  
Fratrum S. Hiero. Hispan. fo. 50.

Societati  
Iesu.

Eandem Concessionẽ fecerat, & Pleniorẽ, Pius V. Societati Iesu, ut  
refertur in eius Comp. Priuilegiõrũ in uerbo Missa, s. 3. quia, illis addi- C  
dit quod possint celebrare per horam ante Auroram, & infra horã post  
meridie, causa itineris, vel alterius legitimi impedimenti.

De onere  
Missarum  
Tollendo.

Itẽ in Conc. sess. 25. de reform. c. 4. ordinatur, ut in Ecclesijs, ubi ma-  
gnus Missarũ numerus reperitur, Episcopi in synodo diocesana, & Ab-  
bates, & Generales Ordinum in suis Capitulis Gener. re diligenter per-  
specta, possint pro sua conscientia, in predictis Ecclesijs, quas hac pro-  
uisione indigere cognouerint, statuere circa hoc, quidquid magis ad  
Dei honorem, & cultum, atq; Ecclesiarum utilitatem uiderint expe- D  
dire; Ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui  
pro animarum suarum salute legata ad pios usus reliquerunt.

Vbi primò notandũ, quod hoc (inquit Nau. in Manual. c. 25. n. 138.)  
uidetur ius nouũ, quoad Abbates, & Generales; sed nõ quoad Episcopos  
q. argumen. .c. cũ accessisset, & .c. cũ ex parte de Const. & eis annot.  
possunt hoc facere sine Synodo, iure antiquo, quod non uidetur per hoc  
sublatum, cũ fuisset additum ad Augendum, & c.

Congreg.  
Card.

Secundò notandum, quod huiusmodi facultas, Episcopis, Abbatibus, E  
ac Generalibus concessa, intelligitur tantum de onere Missarum an-  
te Conc. Trid. imposito: sicut ita fuisse sibi responsum ab Illustriss. Car-  
dinalibus Sanctissime Congreg. Conc. interpretibus, anno 1573. re-  
statatur R. P. Gaspar Passar. Nec non & ipsa Congreg. alibi respondit,  
hãc taxationem esse intelligendam de Missis tantum, & non de alijs  
suffragijs. Nec de Missis in fundatione impositis; sed pro alia causa  
à Testatoribus relictis.

Passarellus,  
in tract. pri-  
uil. fo. 232.

**A** Tertio notandum quòd Iulius II. anno 1508. in Const. sua Sacerdo, Correctori Generali Ordinis Minimorum, qui tunc erat, concessit, ut in Visita posset in multitudine Missarum dispēsare, adeò, ut in Missa possēt poni vsq; ad nouē Collecta, & qualibet Collecta valeret p Missa.

Ac postea, per Leon. X. anno 1513. in Const. Esposcit dilectorum, &c. supradicta Concessio fuit ampliata, ut non tantum dicta Collecte valerent pro tot Missis specialibus, & integralibus; Sed etiam hoc extendit ad omnem alium futurum Generalem, ut posset talem Missarum

**B** moderationem in eorum visitis facere, quæ Constitutiones integre ponuntur à Passar. in lib. Priuil. fo. 45. & 58. super quibus Consultus Nauar. de quibusdam occurrentibus dubijs, in lib. 5. Conf. tit. de Priuileg. Conf. 3. respondit.

Primò, quòd omnibus Generalibus qui pro tempore erunt, supradicta datur facultas.

Secundò, quòd potest dispensare non solum super Missis receptis Generaliū, qui præerāt tēpore datarū Bullarū prædictarū. Sed etiam pro

**C** postea receptis ante eorū visitationē, & tēpus in quo petitur dispēsatio.

Tertiò, quòd non posset dispensare per alium, delegando ipsi potestatem suam, & quòd huiusmodi dispensatio nō debet fieri, nisi magna cōsideratione, ac dicere omnes Collectas, & quicquid aliud ipsi Pontifices mandarunt; & quòd Fratres nec sine magna causa, & necessitate, debēt recipere præfatas Missas cum proposito decipiēdi eos, qui eas rogarēt, vel rogati darent: & ita tenet, & concludit Nauar. Sed secundum supradictam Congregationis Cardinalium declarationem, secus esset dicendum; ut iam supra dixi.

### ¶ MONASTERIA

¶ Distinctio Indulutorum Apostolicæ Sedis, pertinentiū ad Monasteria.

**C**irca materiam Monasteriorum, præsertim Monialium; Collector.

sunt multa superius in varijs dictionibus posita, quæ hic repetere superfluum foret. Et ideò sufficiet remittere ad huiusmodi Dictiones. ¶ Et primò, quoad ædificationem Mona-

**E**steriorum, habetur in dictione Edificare. ¶ Secundò, quoad exemptionem ipsorum monasteriorum, dictum est in dictione Exemptio.

¶ Tertiò, quoad bona Monasteriorum huiusmodi, positum est in dictione Alienatio, & Bona. ¶ Quartò, quoad accessum ad loca exteriora Monasteriorum Monialiū, vbi communiter accedunt seculares, dictum est in dictione Accedere ad Monasteria.

¶ Quintò, quoad ingressum in Clausuram prædictorum Monasteriorum, habetur in dictione Ingre-

di Monasteria. ¶ Sextò quoad Indulgentias concessas visitã- A  
 ribus huiusmodi Monasteria, aut pro illis manus porrigenti-  
 bus adiutrices, dictum est in dictione Indulgentiæ, quoad Se-  
 culares, 1. & 2. & 3. & 4. ¶ Ultra prædicta, sunt nonnulla alia  
 Monasterijs pertinentia; prout sequuntur.

1  
 Ex iure cõi.

**S**YNODVS VIII. diffiniuit, duplex Monasterium,  
 scilicet, virorum, & Mulierum minimè fieri: quia  
 scādalum id, & offendiculum multis efficitur. Quæ  
 autem hætenus fuerunt dupla, secundum Regu- B  
 lam Sancti Patris Basilij, & secundum præceptionem eius, ita  
 formenter. Non habitent in vno Monasterio Monachi, & Mo-  
 nachæ. Adulterium enim intercipit cohabitatio, si habeat  
 aditum Monachus ad Monacham: vel Monacha ad Monachũ  
 secretò singulariter ad collucutionem. Non cubet Monachus  
 in Muliebri Monasterio, nec singulariter cum Monacha con-  
 uiuetur. Et quando necessaria vitæ à parte virorum ad Regu- C  
 lares deferuntur, extra portam hoc suscipiat Abbatisa in Mo-  
 nasterium scëminarum, cum quadam vetula Monacha. Habe-  
 tur 18. q. 2. c. Diffinimus.

2  
 Ex iure cõi.

**C**ONCILIUM Agatense statuit, quòd Monasteria puel-  
 larum, seu Monialium, longius à Monasterio Monachorum,  
 aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones homi-  
 num, collocentur. Habetur, 8. q. 2. c. Monasteria.

3  
 Ex iure cõi.

**I**NNOCENTIUS II. sub pœna anathematis, interdi-  
 xit, ac prohibuit, ne Sanctimonialia simul cum Canonicis, & D  
 Monachis in vno Choro conueniant ad psallendum. Habetur  
 18. q. 2. c. Perniciosam.

4  
 Ex iure cõi.

**G**REGORIUS I. statuit, in nullo loco Monachos, &  
 Monachas in vno Monasterio habitare. Sed nec ea, quæ dupli-  
 cia vocantur. Et si quid tale est, Religiosus Episcopus mulie-  
 res quidem in suo loco manere studeat, Monachos autè aliud  
 Monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia Mo-  
 nasteria, separentur in alijs Monasterijs Monachæ, & in alijs E  
 Monachi. Res autem quas habent communes, secundum iura  
 eis competentia, distribuantur. Habetur 18. q. 2. c. In nullo  
 loco.

5

**I**NNOCENTIUS IV. coeessit, Fratribus Minoribus,  
 vt in Monasterijs Monialium Sanctæ Clare, in quibus tempo-  
 re Gregorij IX. prædicti Fratres deputati non fuerunt pro il-  
 larum regimine, aut seruitio, non teneantur ibidem morari,  
 nec

**A** nec ad id per literas Apostolicas arctari possint: nisi literæ ipsa plenam fecerint de huiusmodi Indulto mentionē, B. ffo. 201. conce. 495.

Idem Innocentius statuit, quòd in Monasterijs Monialium, in quibus prædicti Fratres Mino. deputati fuerint pro seruitio Monialium, in spiritualibus duntaxat deseruiant, & iurisdictioni, & correctioni Ministrorum suorum, sicut & alij Fratres pareant, & obediant, B. ffo. 201. concessione 495.

6  
Correctio.

**B** CLEMENS IV. inhibuit, vt nullus, Ecclesias, aut Monasteria, seu loca Fratrum Minorum, ausu temerario præsumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere. Ac voluit, quòd illi, qui secus facere præsumpserint, sententiã excommunicationis incurrant ipso facto, à qua non possint absolui, nisi per Sedem Apostolicam, aut per Conservatores eidem Ordini deputatos, B. fo. 21. Et ffo. 105. conce. 226.

7  
Excõicari.

De hoc dictum est supra in verbo Ecclesiæ Fratrum.

**C** Circa hoc postea Leo X. concessit, ut præfata personæ possint absolui à Prælati Ordinis; prout habetur supra, in dictione Absolutio, quoad seculares secundò, in §. decimoquarto.

Collector.

CONCILIUM Constantiense statuit, quòd Generalis Fratrum Minorum possit Monasteria sibi subdita reformare, atq; ab eis superflua tollere, prout supra latius positum est, in dictione Generalis Minister, §. 3.

8  
Reformatio.

**D** LEO X. concessit Ministris Prouincialibus, vt loca eis minus commoda, ab ipsis non omnino derelicta, post constitutionem Bonifacij Papæ VIII. constructa, pro sua deuotione possint illa tenere, sine Fratribus illa inhabitantibus. ita quòd aliquando ea visitent, cum tempus opportunum fuerit; & in eorum Ecclesijs aliquando celebrent. Et quòd quicquid ab illis locis ad alia, in quibus modo degunt, transportarunt, licite possint, & sine scrupulo conscientia retinere, & illis deinceps uti, O, ffo. 61. conce. 189.

9

**E** Attende, quòd huiusmodi Concessio, quoad transportationem rerum, non extenditur, nisi ad præterita, ante datam præsentium, s. 1520 die 10. Martij.

Collector.

MONIALES.

¶ *Distinctio Concessionum attinentium ad Moniales.*

**Q**uoad Moniales, quàm plura continentur in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium. ¶ Et primò ea, quæ attinent in speciali ad electionem Ab-

Collector.

batissarum, & auctoritatem officij ipsarum, dicta sunt in dictione Abbatisa, in .s. vbi est hæc dictio Electio. ¶ Secundò illa, quæ concernunt exemptionem earundem Monialium ab Ordinarijs Prælati Ecclesiarum, & à Decimis, alijsq; impositionibus; vt gabellarum, &c. posita sunt in dictione Decimæ, .s. quarto, & sexto, & septimo, & decimo, & vndecimo, & duodecimo, & tredecimo. Et in dictione Exemptio, s. 12. & 17. & 20. & 29. & 30. ¶ Tertiò de Indulgentijs, & Absolutionibus plenarijs eisdem concessis; habetur in dictionibus Absolutio B quoad Fratres, & Indulgentiæ, quoad Fratres. ¶ Quartò qualiter sunt præfatis Monialibus communicata Priuilegia Fratrum Minorum; positum est in dictione Communicatio Priuilegiorum, s. 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 19. ¶ Vltimò quomodo teneantur præfata Moniales obseruare Clausuram suorum Monasteriorum; habetur in dictione Clausura Monialium.

Collector.

¶ *Distinctio infrascriptarum Concessionum.*

**V**ltra prædicta, sunt nonnulla alia, quæ Moniales concernunt. Et istorum quædam pertinent directè ad Prælatos Ordinis, quæ continentur in .s. 1. & 2. & 3. & 6. & 9. & 17. & 19. & 20. & 22. & 26. ac 27. ¶ Alia spectant directè ad Moniales, quorum quædam pertinent ad communicationem Priuilegiorum eis factam. Ista autem continentur in .s. 3. & 12. ¶ Quædam verò tangunt dispensationem. Et hæc habentur in .s. 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 13. & 18. & 21. & 25. ¶ Quædam alia D pertinent ad absoluciones; prout habetur in .s. 10. & 11.

Collector.

¶ *Alii distinctio Concessionum sequentium.*

**S**ciendum insuper, quòd Moniales Sanctæ Claræ, quas infrascripta tangunt, sunt in duplici differentia. ¶ Quædã sunt primæ Regulæ à Sancta Clara editæ; quæ in nonnullis partibus Collectaneæ nuncupantur; & antiquitus dominæ pauperes Sancti Damiani dicebantur. Et istæ sunt propriè, ac verè E Moniales Sanctæ Claræ. ¶ Aliæ sunt Moniales secundæ Regulæ, non quidem à Sancta Clara ordinatæ, sed ab Urbano Papa IV. quæ à multis Vrbanistæ appellantur: & in partibus, vbi Monasteria earum vigent, Moniales Sanctæ Clare absolutè dicuntur. Et sic voluit Urbanus præfatus quòd vocarètur. ¶ Ad primas Moniales, quæ re, ac nomine Sanctæ Claræ sunt, diriguntur Priuilegia, quæ ante Urb. iij. reperiuntur cõcessa. Necnò & alia p

Euge

- A** Eugenium IV. postea concessa, quæ habentur infra, §. 6. & 7. & 8. Ac etiam per Sixtum quartum; vt habetur infra, §. duodecimo. ¶ Ad alias Moniales, quæ nomine solùm, & non re, sunt sanctæ Claræ, pertinet præcipuè reliqua indulta Apostolica: quia pro ipsis impetrata sunt à Fratribus, curam illarum gerentibus. Sed nihilominus eisdem priuilegijs gaudere possunt præfatæ Moniales primæ Regulæ: quia generaliter, ac indistinctè Monialibus Sanctæ Claræ sub cura Fratrum Minorum
- B** degentium concessa reperiuntur. Et quia nouissimè Clemens VII. concessa quibusuis congregationibus Fratrum, aut Monialium, extendit, seu communicauit omnibus; vt habetur supra Communicatio Priuilegiorum, §. 19. gaudent similiter omnibus concessis Fratribus Mino. vt habetur infra, §. 4.



**A**LEXANDER IV. concessit Fratribus Mi. quòd non tenentur suscipere curam quarumcunque Monialium, prætextu quarumcunque, literarum Apostolicarum, quæ de præsentibus plena, & expressam mentionem non fecerint, nisi Romanæ Ecclesiæ immediate essent subiectæ, b. fo. 23.

- C** Clemens IV. concessit Fratribus Mino. vt ad visitandum aliqua Monasteria Monialium cuiuscunque Ordinis, vel ad audiendum confessiones earum compelli aliquatenus non possint, et per literas Apostolicæ sedis; in quibus non fuerit facta mentio specialis de huiusmodi Indulto, nec minus per Legatos, vel delegatos eiusdem Sedis, aut per quoscunque alios, B. fo. 57. Et ff. 140. concessione 322.
- D**

- E** BONIFACIUS VIII. innouauit literas Innocentij IV. quibus statuit, & declarauit, quòd quæcunque Moniales commissæ fuerint gubernationi Fratrum Mino. virtute alicuius Indulti Apostolici, non propterea intelligatur esse Ordinis prædictorum Fratrum: sed quòd huiusmodi Commissio ad hoc extendatur, vt Moniales sic commissæ, gaudeant Priuilegijs concessis, & concedendis prædictis Fratribus. Quòdque Prælati Ordinis exhibeant eisdem Monialibus de cõstitutionibus prædicti Ordinis Mino. ea, quæ illis competere possunt. Ac etiam, quòd Ministri per se, vel Fratres suos, quos ad hoc idoneos viderint, Visitationis officium eis impendant; corrigendo, & reformando, tam in capite, quam in membris, quæ correctione, & reformatione nouerint indigere; instituendo, & desti-

2  
Visitatio.

3

Communicatio Priuilegiorum.

Visitatio.

destituendo, mutando, & ordinando, prout, secundum Deum, A  
viderint expedire. Ita tamen, quod electio Abbatissę liberę  
pertineat ad Conuentum. Et quod confessiones earundem  
Monialium audiant, & eis Ecclesiastica Sacramenta admini-  
strent. Ac insuper, quod possint alsignare, & deputare ali-  
quem Cappellanum secularem, discretum tamen, & prouidũ,  
qui in necessitatis articulo prædictarum Monialium confes-  
siones audiat; & alia Sacramenta ministret; necnon, & Diui-  
na Officia celebret, b. fo. 32. Et ffo. 33. conce. 35. B

4  
Communi-  
catio Priui-  
legiorum.

Idem Bonitacius confirmauit literas Innocentij IV. qui sta-  
tuit, ut quæcunq; Moniales cõmissa fuerint gubernationi Fra-  
trum Mino. virtute alicuius Indulti Apostolici, Moniales sic  
commisã gaudeant Priuilegijs concessis, & concedendis præ-  
dictis Fratribus, b. fo. 32. & ffo. 33. conce. 35.

5  
Ieiunium.  
Dispensatio.

EVGENIVS IV. concessit, quod Moniales Sanctę Clarę,  
ac Tertiarię, necnon & aliorum Ordinum, scilicet sub guber-  
natione Fratrum Minorum existentes, solummodo teneantur C  
ad illa ieiunia, ad quę Fratres Mino. Obser. obligati sunt. Et  
quod eodem modo seruent in cibis quadragesimali tempore,  
exceptis debilibus, & infirmis. Sed in alijs ieiunijs, vt sunt  
quatuor tempora, & Vigilię Apostolorum, & similia, seruent  
consuetudinem Regionis. Secundum quam liceat eis, etiam  
oua, & lactinia comedere, b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

6  
Dispensatio.

Idem Eugenius concessit Monialibus primę Regulę Sãctę  
Clarę, vt non teneantur incedere nudis pedibus discalceatę: D  
sed possint deferre illa, quę nomine calceamentorum nõ cõ-  
sentur, ut puta cuquos ligneos, seu calepodia, & sandalia, atq;  
etiam, cũ opportunum fuerit, calceamenta, b. fo. 46. Et ffo. 42.  
concessio 47.

7  
Dispensatio.

Idem Eugenius concessit, quod Generalis, & Prouinciales  
Fratrum Minorum Obseruantię habeant (cum discretorum  
consilio) facultatẽ dispensandi cum præfatis Monialibus, tam  
in cibis, quã in silentio, & quibuscunq; alijs perpetuis, quę E  
in earum Regula continentur, b. fo. 47. Et ffo. 42. conce. 47.

8  
Pro Monia-  
libus primę  
Regulę Sã-  
ctę Clarę.  
Dispensatio.

Idem Eugenius declarauit, ac voluit, quod in nullius præ-  
ceptorum primę Regulę Sanctę Clarę trãsgressio ( præter-  
quã eorum quatuor, quę concernunt principalia vota, scilicet,  
Obediencię, Paupertatis, Castitatis, & Clausurę, ac su-  
per electione Abbatissę, & eius depositione) peccatum morta-  
le præfate Moniales incurrant, b. fo. 47. Et ffo. 42. conce. 47.

Idem

- A** Idem Eugenius concessit postea, quòd dispensatio per ipsū facta super primam Regulā Sanctæ Claræ, videlicet, quòd non teneantur, nisi ad quatuor Vota; & super electione, ac depositione Abbatissæ (prout supra positum est) extenderetur ad Moniales secundæ Regulæ Sanctæ Claræ, scilicet, quòd non teneantur, nisi ad supradicta, sub pœna peccati mortalis, o. ffo. 261. concessione 674.
- B** **NICOLAUS V.** statuit, quòd Moniales Sanctæ Claræ, nisi de Generalis, vel Visitatoris earum expressa licentia, aliquam ad Religionem, vel professionem recipere valeant. Et quòd nullum (nisi qui à præfato Generali, seu Visitatore pro idoneo reputatus fuerit) in earum Capellanum recipere, seu receptū retinere præsumant, b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48.
- C** Idem Niculaus concessit eisdem Monialibus, ac earum Seruitricibus copiosam facultatem, qua vti possint confessores ipsarum; prout habetur in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, s. 8.
- D** **SIXTUS IV.** concessit, quòd dictæ Moniales collectaneæ (sed primæ Regulæ Sanctæ Clare) possint absolui à Ministris, seu Visitatoribus, & earum confessoribus ab omnibus criminibus pœnis, & Censuris, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, quoties opus fuerit. Et quòd ipsæ, & earum Nouitiæ possint promereri omnes indulgentias almæ Urbis, visitando suas Ecclesias o. ffo. 261. conce. 678.
- D** Idem Sixtus concessit, vt Sorores Sanctę Clare sub cura Fratrum Minorum Obser. viuentes, gaudeant omnibus Priuilegijs, gratijs, & exemptionibus in genere Sororibus collectaneis factis, o. ffo. 261. concessione. 677. Et ffo. 96. concessione 338.
- E** Idem Sixtus concessit omnibus Monialibus Sanctę Clare, ac Sororibus Tertij Ordinis, curæ Fratrum Minorum commissis, quòd possint tangere, & lauare sacros pannos, exceptis Corporalibus. Et postmodum concessit idem, vt omnes Sorores suprascriptę, sub Clausura, & Congregatione viuētes, etiam Corporalia, & Purificatoria tangere possint: dummodò steterint lota à Fratribus, o. fo. 62. Et ffo. 66. concessione 97. Et ffo. 95. concessione 318.
- F** Idem Sixtus communicauit Sororibus Sanctæ Clare, viuētibus sub obediētia Fratrum cismontanorum Declarationes primæ Regulæ Sanctæ Clare: quarum principium est: Quam admi-

9

Pro Monialibus secundę Regulę S. Clare. Dispensatio.

10

De receptio-  
ne Nouitiarum: & Capellani.

11

Absolutio.

12

Pro Monialibus Collectaneis.

13

Cõmunicatio Priuilegiorum.

14

Pro Nonialibus S. Clare ac Tertiaris. Corporalia.

15



admiranda Virginis, &c. quas quondam Magister Gulielmus A de Cassali Minister Ordinis Mino. auctoritate Apostolica cōposuit. Citra tamen obligationis vinculum: sed sicut fuerit visum Generali, cum consilio aliquorum proborum Patrum, o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 124.

15  
Simoniam.

INNOCENTIUS VIII. declarauit, quòd Moniales (quia nesciunt discernere inter intentionem primariam, quæ causat Simoniam, & secundam) nunquam incurrant Simoniam, nisi in duobus casibus, scilicet, quando paciscuntur de aliquo dādo, vel soluendo pro ingressu: & quando recipiunt inhabiles, ob spem habendi aliquid: quia tunc illa est principalis intentio, o. ffo. 69. conce. 151. Et ffo. 99. conce. 363.

17  
Simoniam.

Idem Innocentius concessit prædictis Monialibus, quòd sine scrupulo conscientiæ possint petere, quæ sibi promissa fuerunt ante ingressum, o. ffo. 69. concessione 152. Et ffo. 99. concessione 364.

Collector.

De contentis in duabus Concessionibus immediatè præcedentibus, habetur latior Concessio infra, §. vltimo.

18  
Generalis  
Minister.  
Visitatio.

ALEXANDER VI. declarauit, quòd, licet aliquarum Monialium gubernatio, & visitatio sit commissa Prouincialibus, vel Custodibus, seu Visitatoribus, aut Guardianis, non propterea sint exemptæ à iurisdictione Generalis: sed quòd huiusmodi Generalis eandem auctoritatem habeat in præmissis, quam Prouinciales, Custodes, Visitatores, seu Guardiani, vel alij Fratres ei subditi habent, b. fo. 59. Et ffo. 55. conce. 63.

19  
Claustra.  
Dispensatio.

Idem Alexander declarauit, quòd Moniales Sanctæ Claræ non sunt obligatæ ad habendum ostium in sublimi parte Monasteriorum suorum cum scala leuatoria, & tenendum ostium inferius, muro à parte exteriori, clausum; prout in earum Regula continetur. Sed quòd liceat eis, loco huiusmodi ostij superioris, habere ostium in aliquo loco inferiori con modo, & conuenienti; & præter illud, etiam aliud ostium maius, muratum à parte exteriori, non clausum. Et voluit, quòd ne illud ostium totum pro cuiuslibet rei, & personæ intrusione aperire oporteat, in eo ostiolum paruum habere possint. Quæ quidem ambo ostia sint clauibus, seris, & repagulis (iuxta ipsius Ordinis Instituta) munita, B. fo. 52. Et ffo. 135. cōc. 301.

20  
Regimen  
Monialium

IVLIVS II. statuit, quòd Fratres Mino. Observantiæ compelli nequeant ad recipiendum curam Monialium, etiam per literas Apostolicas: & adhuc de huiusmodi facientes mentionem,

**A** nem, nisi impetrata fuerint per Protectorem, & Generalem prædicti Ordinis. Et voluit, quòd aliter recipientes huiusmodi curam, ipso facto excommunicationis latae sententiæ prænam incurrant, B. ff. 207. concessione 509. Et ff. 70. concessione 216.

Excōicatio.

Aduertendum valde esset circa præfatam Constitutionem: quia sæpe recipitur cura Monialium, absq; sufficienti derogatione huius, & non aduertitur ad excommunicationem supra positam.

Collector.

**B** Idem Iulius concessit Prouincialibus Ordinis Minorum illam auctoritatem super Moniales Sanctæ Claræ eis commissas, quam Regula ipsarum per Urbanum ordinata concedit Protectoribus eiusdem Ordinis, B. ff. 112. concessione 517. Et ff. 72. concessione 220.

21  
Ministri Prouinciales.

**C** Quæ autem sit præfata potestas, seu auctoritas, habetur in dictione Protector, §. 3. ¶ Prædicta verò auctoritas Protectoribus per Urbanum concessa, fuit postea restricta per Martinum V. vt patet in dictione Ingredi monasteria, §. 13. Et Ideò Prouinciales non debent uti præfata auctoritate, eo modo, quo prius fuit data: sed sicut postea inuenitur restricta.

Collector.

**D** LEO X. concessit Monialibus Sanctæ Claræ, ac Conceptionis Beatæ Mariæ, & Tertij Ordinis Sancti Francisci, vt præcepto Regulæ de percipiendo sanctissimum Sacramentum, satisfaciant per aliquot dies anteposendo, vel postponendo: dū tamen illud in fraudem non faciant, O. ff. 61. conce. 191.

22  
Eucharistia  
Dispensatio.

**E** Idem Leo Motu proprio, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine, ac sub excommunicationis sententiâ præcepit Monialibus Sanctæ Claræ, ac vniuersis, & singulis alijs, sub cura Fratrum Minorum pro tempore degentibus, quatenus ipsæ (iuxta Regulares, in hætenus celebratis, & in posterum celebrandis Capitulis generalibus, seu prouincialibus editas, & factas Constitutiones, ac desuper ab earum prouinciali, seu alijs Superioribus traditam formam) obedire teneantur, & in earum assumpta professione Altissimo famulatum impendere debeant, B. ff. 40. conce. 128.

23  
Excōicatio.

Statuta.

Idem Leo declarauit, Moniales Sanctæ Claræ sub cura Fratrum Mino. viuentes, non teneri ad Officiū defunctorum: nisi, prout tenentur prædicti Fratres Minores; quorum ritui in Diuinorum persolutione, Regula ipsarum præcipit eas cõformari, B. ff. 41. conce. 129.

24  
Officiū Diuinum.

Idem

- 25  
Officiū Di-  
uinum .  
Dispensatio .  
26  
Excōicatio  
Generalis  
Minister .  
De Fratrib<sup>9</sup>  
habentibus  
curam Mo-  
nialium .  
27  
Visitatores .  
Cōfessores .
- Idem Leo, quoad obligationem persoluendi Officiū Diui-  
num in Choro, decreuit, etiam sanas Moniales prefatas, non  
teneri semper Officiū huiusmodi in Choro persolvere . Ac  
exonerando conscientiam ipsarum Monialium, discretionī  
Abbatissarum, pro tempore existentium, commisit: vt quando,  
& quomodo, siue cum quibus sit hæc remissio, siue exemptio  
toleranda, solerter inuigilent, & diligenter aduertant, & pru-  
denter concedant: ne sub colore pietatis ( ex nimia indulgen-  
tia) permittant in aliqua Sororum, seu Monialium, habitum B  
generari Diuinę offensionis, B. ffo. 41. conce. 130.
- Idem Leo mandauit Monialibus Sanctę Clarę, & Sorori-  
bus Tertię Regulę in virtute sanctę obedientię, & sub excō-  
municationis latę sententię pœna, quatenus Ministrū Ge-  
neralē Fratrum Mino. pro tempore existentem, ad officium  
Visitationis admittant, seq; & earum Domos, ac Monasteria,  
& loca visitari in capite, & in membris, ac corrigi, & puniri  
permittant . Ac etiam, vt salubria monita, & correctiones, C  
per huiusmodi Ministrum generalem faciendas, omni cum  
humilitate suscipiant . Et sub similibus pœnis, & censuris præ-  
cepit Fratribus vniuersis eiudem Ordinis, & præsertim Con-  
fessoribus, & Visitoribus earundem Monialium, & Sororū,  
ne aliquem actum confessionis, seu visitationis exercere au-  
deant, vel præsumant: nisi Moniales, & Sorores ipsę manda-  
tis huiusmodi Generalis Ministri realiter, & cū effectu paru-  
erint, B. ffo. 34. concessione 118. Et ffo. 17. conce. 56. D
- Idem Leo confirmauit, & approbauit Statutum factum in  
Capitulo generali Lugdunensi, quo cauetur, quòd de cætero  
Moniales Sanctę Clarę, tam de prima, quàm de secunda Re-  
gula, quę Urbanistę appellantur, quàm quęcunquę alię Re-  
ligiosę, quę per Fratres Ordinis Minorum reguntur, nullos  
habeant Visitatores, nec Confessores per eas electos: sed à  
Ministris Prouincialibus in suis Prouincijs respectiuè, cū suis  
Capitulis Prouincialibus eis in Visitatores, & Confessores E  
datos, & assignatos. Ipsique Visitatores, & Confessores à suis  
Ministris Prouincialibus, sic dati, à Prouinciali adiunctis se-  
cum aliquibus discretis Capituli præcedentis, etiam extra tē-  
pus Capituli, exigentibus legitimis causis, iudicari, & ab of-  
ficijs prædictis absolui possint: debeantq; ipsi Visitatores,  
Confessores, ac alij fratres, dictis Monialibus seruietes, Præ-  
latis Ordinis, sicut & cæteri Fratres, per omnia esse subiecti.

- A** Ita tamen, quòd Moniales ipsæ, cùm eis placuerit, in Visitatore, seu Confessore nominare possint aliquem Fratrem, què Minister Prouincialis cum suo Capitulo (si eis placuerit) instituere possint. Non obstantibus quibusuis Indultis, & Priuilegijs Apostolicis in contrarium dictis Monialibus, Visitatoribus, & Confessoribus à Sede Apostolica, præsertim Monasterio de Tordefillas, & Palentiæ, concessis. Mandauit etiam in virtute sanctę obedientię, sub excommunicationis latę sententię pœna; à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint. ac iniunxit omnibus, & singulis Fratribus, & Religiosis, ac Monialibus, sub cura Fratrum dicti Ordinis degētibus, tam qui ante Statutū hmoi erant sub obediētia Ministrorum Prouincialium, quàm Visitorum, seu cuiusuis alterius, etiam Sedi Apostolicę mediātē, seu immediātē subiectis, quatenus præmissa omnia in dicto Statuto contenta, firmiter, & inuiolabiliter obseruent.
- C** Decreuit insuper, irritum, & inane quicquid secus à quoquā, quauis auctoritate fieri, seu attentari contigerit, B. ffio. 37. concessione 123.

Excōicatio.

- Idem Leo ex certa scientia, & de plenitudine suę potestatis statuit, & ordinauit, quòd illi Fratres Minores, qui antea vocabantur Visitatores Monialium, de cetero nuncupentur Commissarij huiusmodi, & Confessores prædictarum Monialium, vltra triennium Officia sua exercere nullatenus possint; Dilloq; finito, vel antea (si expediens videbitur) talis Commissarius ab officio absoluator. Et voluit, vt ad cognoscendum defectus præfatorum Commissariorum, possit quilibet Prouincialis in Prouincia sibi deputata respectiuè, Monasteria, Domos, & loca Monialium prædictarum, & Religiosarum ingredi, & quòd de visitationis modo, ac Commissarij, & Confessorum meritis, ac vitę integritate in eisdem Monasterijs, siuè Domibus, liberè inquirere valeat. Ac insuper vniuersis, & singulis Monasteriorum, & Domorum prædictarum Abbatibus, & Monialibus, sub excommunicationis sententia, ac officiorum suorum priuationis, & ad illa inhabilitationis, & alia in posterum obtinenda, si contra fecerint, sine alia declaratione incurrendis pœnis: ac sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternę, districtè præcipiendo mandauit, quatenus infra vnus diei spatium, postquam ad huiusmodi inquisitionem processum fuerit, de visitationis modo, ac

28  
De Visitatoribus.

Excōicatio.


Appellatio. do, ac meritis, & idoneitate Commissariorum, & Confessorum prædictorum: omni exceptione, & contradictione cessante, ac appellationis, & alijs defensionis remedijs (tanquã cõtra veram correctionem, & debitam obedientiam interpositis) sublatis, & quibusuis in contrarium, sub quibuscunquẽ verborum formis eisdem Abbatissis, Monialibus, & Religiosis, earunquẽ Monasterijs concessis Priuilegijs, Indultis, ac literis Apostolicis, sua vota deponere, & in publicum, aut alias (prout per huiusmodi prouinciales de super ordinatum fuerit) redigere teneantur, & astrictæ existat. Et circa hoc dat Iudices, & Conseruatores cum magnis non obstantijs, B. ffio. 49. conce. 145.

29  
Eucharistia. CLEMENS VII. concessit, quòd Moniales, seu Religiosæ, existẽtes sub obediẽtia Ministri Generalis Ordinis Mino. possint in Ecclesia interiori in loco decetũ habere Eucharistię Sacramentum, sicut habent in exteriori, o.

30  
Officiũ Diuinum. Idem Clemens, quia sunt nonnullę ex Sororibus prædictis, sub cura Fratrum Mi. degentes, quę propter imperitiã nesciunt recitare Officiũ perfectẽ, concessit, quòd tales, iudicata à Pręlatis, vel Confessoribus earum, seu etiam earum Abbatissis, recitando Officiũ Sororum laicarum, censeantur satisfecisse obligationi de dicendo Officiũ, quòd dicere tenebantur. Et idem de Fratribus imperitis, o.

31  
Simoniam. Idem Clemens concessit, quòd prætatę Religiosę nullam incurraut Simoniam ex pactationibus, & conuentionibus, quas faciunt in receptione intrantium Ordinem ipsarum, super dotibus recipiendarum, pro cõgruenti, & sufficienti sustentatione earum, o.

### ANNOTATIO CORDVBÆ.

uoad, §. 9. notandum, quòd idem Eug. IV. decreuit omnes Moniales prima, & secundæ Regulæ Sanctæ Clare, esse sub obedientia, & cura nostrorum Prouincialium, & sub eorum regimine mediatè, & immediatè, scilicet, perse, vel per alios gubernandas, sub grauibus Censuris cõtra Moniales resistentes; decreuitq; omnes præfatas Moniales, vocari Moniales Sanctæ Clare. Et hoc idem decreuit Vrbanus IV. in prologo super Regulam Monialium secundæ Regulæ Sanctę Clare. Nam nota, vt collector in hoc tit. paulò superius, dixerat, quòd Moniales prima

**A** primæ Regula à sancta Clara Editæ, alicubi vocantur Collectaneæ; alicubi Pauperes Domina, aut sancti Damiani vocabantur. Moniales autem, viuentes secundum Regulam Editam ab Urbano IV. vocabantur Urbanistæ, & ista sunt omnes serè, quæ sunt in Hispania: sed nunc secundum supradicta Decreta Pontificum, communiter vocantur absolute Moniales sanctæ Clara, sicut & aliæ primæ Reglæ; ut dictum est.

**B** Quoad §. 21. ubi ponitur Concessio Iulij II. concedentis nostris Prouincialibus potestatem Protectoris super Moniales, quomodo debeat intelligi, videatur supra in his Annotationibus, &c. tit. Ingredi: similiter 4. Notabili Collectoris.

Item de licentia Ministri Prouincialis possint Moniales Sanctæ Clara exire Clausuram, causa alicuius infirmitatis curanda, seu alia causa; videatur latius in Compendio, tit. Clausuram, per totum.

**C** Queritur vtrum Moniales, & Sorores teneantur Officium Diuinum dicere in Choro, & ad faciendum celebrari Missam Conuentualem, & eam applicare pro Ecclesia; vt nos Fratres Min. facimus, & tenemur.

Respondeo per tria puncta; quorum primum est, quoad Officium Diuinum, dico, quod ex iure communi tenentur in communi in Choro dicere Officium Diuinum, sicut alij Regulares, seu Religiosi; vt expressè habetur Clementina 1. de celebrat. Miss. vt benè notat Summa Angelica, tit. Hora Canonica, §. 25. 26. & Siluest. eo tit. §. 10. & latius de hoc habetur in 2. puncto sequente, ibi videatur. Ex Regula autem

**D** Moniales Sanctæ Clara non obligantur specialiter, quia hoc eis obligatorie non imponitur: & similiter dicendum de alijs, quibus id Regula obligatorie non imponit: ex Statuto autem, aut consuetudine, videatur vnaqueque Religio quid circa hoc habetur respectiue. Videantur autem siqua sunt Priuilegia, quoad aliquas in speciali, aut in communi concessa, vt habetur in Compendio, tit. Officium Diuinum, tit. Moniales, §. 24. 25. &c.

**E** Secundum punctum est, quoad Missam: & dico quod iure communi similiter tenentur facere celebrari Missam Conuentualem in suis Ecclesijs. Ratio, quia expressè sub verbo Mandamus, habetur in cap. Cùm creatura, de celebrat. Miss. iuncta rubrica, quod in Ecclesijs Collegialibus quotidie Missa celebretur conuentualiter de Festo, aut de Feria, secundum quod tempori conuenit. Item in cap. Dolentes, eo tit. strictè mandatur in virtute obedientiæ Prælati, & Clericis, quod celebrent Officium diurnum, & nocturnum, &c. & ibi expressè videtur loqui tam de celebratione Missarum, quàm de alijs horis: quia prius lo-

Responso  
quantum ad  
Officium Di-  
uinum.

Missam Co-  
uentualem.


quitur ibi de Matutinis, & post de Missis: & post hæc omnia, tandem **A**  
 dicitur ibidem, hæc igitur, & similia, &c. quæ sequuntur, vsq; ad ver-  
 bum celebrent, &c. Et idem Sum. Angel. tit. Miss. s. 33. dicit, quod  
 virtute Clem. 1. de celebra. Miss. in omni Ecclesia Collegiali, & Con-  
 uentuali celebrantur. est quotidie Missa de Officio occurrente; & concor-  
 dat Siluest. tit. Missa 1. q. 4. nunc autem Monasteria Religiosorum,  
 & Religiosarum sunt Collegia; vt ait rubrica, in cap. cum creatura,  
 de celebra. Miss. seu sunt Conuentus, ex quo habent Prælatum, seu  
 Prælatam, vt etiam specialiter, quoad Moniales habetur in hym. ad **B**  
 laudes Fæsti Sanctæ Clare, vbi habetur, Ducis ad Sponsum dominum  
 puellarum collegia, &c. ergo tenentur Conuentualiter, &c. vt habe-  
 tur in d. cap. cum creatura. Et nullus decipiatur, dicens, prædicta ca-  
 pitula loqui de præfatis Ecclesiasticis, & Clericis, non autem de Mona-  
 sterijs Monachorum, aut Religiosorum, vtriusque sexus. Nam ad  
 id respondeo, quod dicta Clem. etiam loquitur de Monasterijs, & Regu-  
 laribus. Item, quia, ut elicitur ex cap. ex parte de postulando, & ait  
 Panorm. & alij Doct. ibidem, quando aliqua Constitutio Papalis sit re-  
 spectu Religionis, quæ potest conuenire Monachis, & Canonicis Re-  
 gularibus, & non signantur nisi aliqui eorum, ligat vtrosque, vtriusq;  
 sexus, etiam si diuersa nomina habeant, quia vbi eadem ratio & idem  
 ius, vt habetur de reg. iur. lib. 6. ergo. Prædicta tamen de dicenda **C**  
 quotidie Missa Conuentuali in dictis Monast. intelligenda sunt ciuilitè,  
 sicut in alijs præceptis iuris Canonici, s. dum commodè fieri potuerit, &  
 dum non aderit impedimentum, seu dum alia causa rationabiliter non  
 obstiterit; vbi credibile esset legis constitutorem, si adesset, consensu-  
 rum; vt non diceretur talis Missa Conuentualiter tunc, vel tali tempo-  
 re, puta, si non esset nisi vna Missa tantum in die pro Fæsto, in quo oc-  
 curreret defunctus, pro quo esset tunc de Requie celebranda, et huius-  
 modi, ut innuitur in dictis cap. cum creatura, & secundum communi-  
 ter Doct. vbi supra.

Missæ Con-  
 uentualis an  
 sit necessa-  
 riò applican-  
 da.

Tertium punctum est, si talis Missa Conuentualis Monialium sit ne-  
 cessariò applicanda generaliter pro viujs, & defunctis; vt facimus nos  
 Fratres Min. ad quod respondeo, saluo meliori iudicio, quod non tenet-  
 tur ad id: ratio, quia nullo iure videntur ad id obligari, quia non iure-  
 diuino, ut patet, nec humano. nam datur illud: Constitutio enim Fra-  
 trum Minorum, quod Missa Conuentualis celebretur pro viujs, & de-  
 functis, solum respicit ipsos Fratres, vt patet. Item, quia cum ratio  
 legis, sit anima legis, vt habetur in lege cum ratio, si de bonis damna-  
 torum. Ratio autem illius constitutionis generalis, quod Missa Con-  
 uentualis celebretur pro viujs, &c. fuit, vt sic satisfaceret benefactori-  
 bus ipso-

**A**bus ipsorum Fratrum, viuentium de eleemosynis, vt patet; quia ibi in Statutis gener. dicitur, quòd celebretur pro illis, qui recommendantur, &c. Hæc autem ratio cessat, in Monialibus habentibus suos redditus, & bona sua, quæ secum afferunt ad Monasteria, de quibus viuunt, non autem de eleemosynis, ut nos; ergò non tenentur, ut nos, quoad hoc, nisi alio modo, ratione alicuius redditus, aut oneris alterius, teneantur applicare Missam Conuentualem pro uiuis, &c. ided poterunt eam applicare pro quo voluerint. Hæc tria puncta uidentur

**B**rationabiliter dicta, ut quidam Pater satis eruditus ea annotauit. Quoad, §. 31. vide ad. idem in Frater tit. Symonia, §. 1.


 CAPVCCINI ANNOTATIO.


**C**IRCA tempus suscipiendi habitum à puellis Deo dicandis, & de earum professione, & alijs ad hoc pertinentibus, ait Conc. Trid. Sess. ult. de Regul. c. 17. quòd Puella, quæ habitum Regularem suscipere uoluerit maior 12. annis sit, non ante eum suscipiat.

1a. §. 10.

Habitum non suscipiatur ante 12. annos

Nec postea ipsa, uel alia, professionem emittat quàm explorauerit Episcopus, uel eo absente, uel impedito, eius Vicarius, an coacta, uel seducta fuerit, cuius professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur Prefecta Monasterij cum ante mensem certiorum facere, aliàs quandiu Episcopo uidebitur ab Officio suspensa sit.

**D**Et quòd eos, qui cogunt Mulieres ad ingrediendum Monasterium, uel ad suscipiendum habitum, uel ad emittendam professionem. Et qui sanctam uirginum, uel aliarum mulierum uoluntatem, Veli accipiendi, uel Voti emittendi, sine iusta causa impederit, Sancta Synodus anathemati subijcit.

Vt in c. 18.

Non compellenda, nec impedienda.

Quod præter ordinarium Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat: quamuis non sit eiusdem Ordinis, & quòd Confessores ordinarij non sunt ab Episcopo, sed à Superiore Ordinis examinandi; ut declarauit sacra Cong. Card. sup. Conc. Trid. in cap. 10. de Regular. Sess. 25.

De Confessore eis extraordinario dando. Sess. ult. c. 10.

Item Moniales ipsæ proprium habere non debent, ut in Conc. Trid. Sess. ult. de Regul. cap. 1. habetur, ait enim quòd omnes Regulares, tam uiri, quàm mulieres, ad Regulam quam professi sunt præscriptam uitam instituant, & componant; atq; ad communem uitam, uictum, & ue-

In communi uiuant.



Statum conseruanda pertinentia fideliter obseruent, omnisq; Cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis prouincialibus, & generalibus, quàm in eorum uisitationibus (quas suis temporibus, nõ prætermittant, ut ab illis non recedatur.

Conc. Trid.

Ac de proprietate extirpanda ait Conc. in c. 2. quòd nemini Regularium tam uirorum, quàm mulierum, liceat bona mobilia, uel immobilia cuiuscunq; qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tanquàm propria, ut etiam nomine Conuentus, possidere, uel tenere: sed statim Superiori tradantur, Conuentuiq; incorporentur.

Propriũ nõ habeant.

Conc. Trid.

Ac de bonis, quæ potest Superior concedere, & quæ non, ait ibidem, quòd non licet Superioribus, bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum fructum, uel usum, administrationem, uel commendam: mobiliũ uerò usum, ita permittant, ut eorum suppellex statim paupertatis conueniat, nihilq; etiam, quòd sit necessarium eis, denegetur. Quòd, si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & passiua priuatus sit uoce, atque etiam, iuxta suæ Regulæ, & Ordinis constitutiones, puniatur.

Quæ bona pot. est concedere Prælati.

Pæ 11.

In. §. 19.

Circa Monialium Clausuram, est iam attendendũ id, quòd Sac. Conc. Trid. iubet in Sess. 25. tit. de Monial. & Regul. c. 5. & uide sup. in uerbo clausura. Attamen est aduertendum, quòd quaritur à Nauarr. in lib. Consiliorum lib. 3. tit. de Regul. Conf. 48. An Generalis Ordinis Minorum de Obseruantia, possit transferre Moniales sibi subditas de uno ad aliud Monasterium, causa correctionis, uel nouæ fundationis, & concludit quòd sic. et licet uideantur ob stare Bullæ Pij V. & c. 7. de Statu Regul. lib. 6. de Conc. Trid. tamen nihil ob stare ait, quia sunt illa limitanda, ne procedat prohibitio exitus Monacharum, cum occurrit causa legitima, ut est iam supradictum. et licet Conc. Trid. uideatur requirere non solũ causam legitimam, sed etiam, ut causa legitima approbetur per Episcopum, & consequenter, quòd non sufficiat licentia Generalium, et quòd confirmatio Priuilegiorum præfati Ordinis à Greg. XIII. facta non extenditur ad contraria Conc. Trid. tamẽ respon. ab ipso, quòd illa uerba Concilii sunt intelligenda hoc modo, uide- li èt, quòd approbatio illa Episcopalis requiritur quoad exitum Monialium eidem subditarum: uel ita exemptæ, quòd soli Pape subsunt immediatè: non autem de aliis exemptis, quæ subsunt alijs Prælati aliorum Ordinum, de quibus hic agitur; et ita concludit ubi supra, ipse Nauarr. quòd possit Generalis eas trã- ferre. Vel dic ut in Verbo Claus. Monial.

f. 161. B. et f. 168. et

## M V L I E R E S.

*Distinctio Concessionum omnium concernentium Mulieres,  
quæ non sunt Moniales.*

**C**irca Mulieres, quæ non sunt Moniales, sunt pleraq; ordi- Collector.  
nata, & concessa in Priuilegijs Fratrum Mendicantium.

¶ Et primò quæ, & qualiter possunt ingredi Monasteria Monia-  
**B**liũ, positũ est in dictione Ingredi Monasteria. §. 28. & 30. & 31.

Secundò qualiter possint absolui Mulieres, etiam mala in-  
tentione prædicta Monasteria intrantes, habetur in dictione  
Absolutio quoad Seculares. 2. in. §. 9.

Terriò in particulari de Mulieribus seruitricibus Monia-  
lium, habetur in dictione Ingredi Monasteria. §. 19. Et quali-  
ter huiusmodi Mulieres seruitrices possunt absolui à Fratri-  
bus Mino. eisque Ecclesiastica Sacramenta conferri: habetur in

**C**dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 11. prope finem.  
Et in dictione Seruitrices Monialium. ¶ Ultra prædicta, se-  
quuntur nonnulla, pertinentia ad Mulieres, quæ sub Religio-  
nibus Mendicantibus militant: licet non sint Moniales.



**D**VGENIVS IIII. Et Martinus V. cõfirmave-  
runt literas Bonifacij VIII. inferendo illas de  
verbo ad verbum; in quibus conceditur, quòd  
Generali, & cuilibet Officiali, & Prioribus Or-  
dinis Eremitarum Sancti Augustini, in quibus-  
cunq; Prouincijs constititis sit licitum, quascunq; Mulieres  
idoneas, aliquod Canonicum obstaculum non habentes, quæ  
habitum Regularem dicti Ordinis (ad instar Mantellatarum  
seu Pinzocherarum Ordinum Fratrum Minorum, & Prædica-  
torum) habere, ac gestare voluerint, tam virgines, quàm ma-  
tronas, ac viduas in Mantellatas, seu pinzocheras prædicti Or-  
**E**dinis Eremitarum recipere, & admittere. Ac earum singulis  
habitum Regularem, & Regulam eiusdem Ordinis Eremita-  
rum exhibere, ad instar huiusmodi Mantellatarum, seu Pinzochera-  
rum Ordinum Fratrum Minorum, & Prædicatorum prædica-  
torum; prout, secundum Deum, salutem animarum earundem sa-  
lubrius visum fuerit expedire. Et voluit, quòd huiusmodi Mu-  
lieres gaudeant, & gaudere possint, & debeant, tam exem-  
tionis priuilegio, quàm omnibus immunitatibus, liberta-

**I**  
Ex Priuileg.  
Fratrum Au-  
gustinen.

Cõmunica-  
tio Priuileg.

tibus, Indulgentijs, ac alijs Priuilegijs quibuscunque præfato **A**  
 Ordini Eremitarum, eiusq; Fratribus, & personis per Sædem  
 Apostolicam concessis, ac in posterum concedendis, B. ffo. 177.  
 conce. 412. ac etiam 246. conce. 596. & 597.

**Collector.** In libris Monumentorum Ordinis, non habetur quicquam  
 concessum Fratribus Minoribus, aut Prædicatorib<sup>9</sup> in huius-  
 modi materia. Et ideò vix poterit prodesse aliquid hæc Con-  
 cessione, cum referatur ad Priuilegia, quæ non apparent.

**2**  
**Cõicatio Priuilegiorum.** SIXTUS IV. confirmauit superscriptam Concessionem **B**  
 Eugenij, &c. & concessit præfatis Mulieribus, quòd omnibus  
 & singulis Priuilegijs, immunitatibus, fauoribus, gratijs, &  
 indultis (spiritualibus, & temporalibus, Ordini, & Fratribus  
 prædictis concessis, & concedendis, & quibus illi in genere  
 quomodolibet potiuntur, & gaudent, tã in vita, quàm in mor-  
 tis articulo, etiam circa peccatorum remissionem, & iniun-  
 ctarum pœnitentiarum relationem, vti, potiri, & gaudere, ac  
 participes esse possint, ac debeant. Et quòd liceat Fratribus **C**  
**Administratio Sacramentorum.** præfatis eisdem Pinzocheris, & Mantellatis personis (in ea-  
 rum etiam domibus quoties opus fuerit) Eucharistiæ, & extre-  
 mæ vnctionis Sacramenta ministrare, ac illarum cadauera tu-  
 mulanda deferre, etiam Parochialium Ecclesiarum persona-  
**Sepultura.** rum earundem Rectorum licentia desuper minimè requisita,  
 & contradictione qualibet non obstante, B. ffo. 249. cõce. 622.

**Collector.** Circa vltimam clausulam superscriptam, ordinatum est  
 aliter in Concilio Lateranensi; prout ponitur infra. §. 6. **D**

**3**  
**Ex Priuilegio Carmelitanum.** Idem Sixtus fecit consimilem Concessionem Ordini Fra-  
 trum Carmelitarum quasi ad literam, vt supra. Additur ta-  
 men in fine, quòd præfati Fratres Carmelitæ possint suis Pin-  
 zocheris, & Mantellatis personis, etiam in earum domibus,  
 quoties opus fuerit (confessionibus diligenter auditis) de ab-  
 solutionis beneficio prouidere, &c. vt supra. Et quòd, dum  
 huiusmodi personas decedere contigerit, possint earum cada-  
 uera ad eorundem Fratrum Ecclesias tumulanda deferre. Nò **E**  
**Absolutio Sepulcrum.** obstante contradictione Rectorum Parochialium, &c. B. ffo. 96.  
 Et ffo. 180. conce. 426.

**Collector.** Circa prædicta vide infra. §. sexto.

**4**  
 Idem Sixtus concessit Generali, & Provincialibus, Priori-  
 bus Ordinis Carmelitarum eandem auctoritatem recipiendi  
 præfatas Pinzocheras, & Mantellatas, sicut concesserat Or-  
 dini Eremitarum Sancti Augustini, sub simili tenore, sicut su-  
 pra po-

**A** praepositum est, B. fo. 101. Et ffo. 184. conce. 462.

LEO X. declarauit praefatas Mantellatas Ordinis Sancti Augustini, omnibus, & singulis Priuilegijs, gratijs, & indultis, quae in Mari Magno; seu alijs Concessiõibus (tam per ipsum, quam per alios Romanos Pontifices predecessores, Ordini antedicto concessis) continentur, plenè, ac largiter perfrui posse, & debere, b. ffo. 122. conce. 556.

5  
Ex Priuilegijs Augustinensium.

**B** Idem Leo X. in Concilio Lateranensi statuit, quòd praefatæ Mantellatæ, & Pinzocheræ quorumlibet Ordinum in proprijs domibus habitantes, eligere valeant sepulturam, vbi voluerint. Et quòd die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem, cæteraq; Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento duntaxat excepto) proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur. Ac decreuit, quòd in foro seculari, coram iudicibus secularibus conueniri possint, B. ffo. 26. conce. 86.

6  
Sepultura.  
Sacramenta.

**C** Praefata Constitutio non intelligitur de uouentibus castitatem virginalem, vel vidualem. Nam tales gaudent omnibus Priuilegijs, sicut Fratres, prout habetur infra, §. 7. vbi praedictum Decretum declaratur, ac limitatur.

Collector.

Idem Leo postea referendo praefatum Statutum, per eum in Concilium factum: quia occasione illius, aliqua dubitationes exortæ fuerunt, ad tollendum omne dubium Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine decreuit, & declarauit, quòd praefatum Statutum minimè intelligi debeat de facientibus votum castitatis. Ita vt mulieres virginalem vitam, aut cælibem solènter uouentes, etiam in consanguineorum, vel affinium suorum, vel proprijs domibus, aut seorsum habitantes, Priuilegijs, & immunitatibus praedictis, in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant, B. ffo. 28. conce. 91.

7  
De Mulieribus uouentibus solam castitatem.

**D**

**E** ANNOTATIO CORDVBÆ.



Vo ad. §. 1. notandum, quòd istæ Pynzocheræ, de quibus ibi agitur, sunt velut Tertiariæ nostri Ordinis Minorum, uiuentes in suis domibus particulariter, modo fecerint uotum continentiae, modo non; quæ quidem non sunt proprie, nec uerè religiose, secundum ius; & in Italia dicuntur Bizochæ, in Hispania Beatæ (ut ait Collector Compendij, tit. Ingredi, in 2. notabili, & tit. oblari Fratrum. §. 2.) & aliquando dicuntur Mantellatæ;

tellata; quia Mantellum coloris cinerei, sicut est noster habitus, portant, ut in hoc. §. I. innuitur. Et quando tales mulieres sunt sub Ordine Sancti Augustini, dicuntur aliquando Corrigiatae: quia corrigiam illius Ordinis portant; ut patet in multis Priuilegijs, & Indulgentiis concessis talibus Corrigiatis. De his autem Tertiarijs latius habetur infra, titulo Tertiarii, &c.

Quoad. §. uid. in Compendio tit. Tertiarii, §. 26. aliam Concessionem Innoc. VIII. ff. 79. ad id quod Six. IV. in hoc. §. concedit.



## CAPVCCINI ANNOTATIO.

Qua aetate debent esse mulieres, ut has pœnis incurrant, uide supra, in Verbo Ingressi Monasteria Monialium in nostra annotatione: ubi nonnulla, ad hęc spectantia deciduntur.

## NOUITIUS.

Distinctio Concessionum pertinentium ad Nouitios Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium.

Collector.

Concessionum attinentium ad Nouitios, quædam pertinent ad receptionem ipsorum ad habitum. Et hæc continentur infra in omnibus, §. ubi habetur hæc dictio Receptio. Alia spectant ad eorundem Nouitiorum absolutionem, & dispensationem. ista autem continentur infra, ubi habetur hæc dictio Absolutio, & Dispensatio. Nonnulla pertinent ad ipsorum Nouitiorum professionis emissionem. Et huiusmodi existunt infra, ubi est hæc dictio Professio. Reliqua verò concernunt dispositionem bonorum ipsorum Nouitiorum. Et ista habentur infra, §. 12. & 21. & 26.

1  
Prohibitio  
Professio.



HONORIVS III. inhiuit Prælati Ordinis Minorum, ne aliquem ad sui Ordinis professionem admittant, nisi per annum in probatione fuerit, B. ff. 101. conce. 213.

2  
Prohibitio  
Receptio.

INNOCENTIUS IV. statuit, ut Fratres Prædicatores prætextu alicuius Concessionis eis factæ, vel faciendæ expressam mentionem de hoc Priuilegio non facientis, non possint recipere Ordini Fratrum Minorum obligatos Voto, vel Iuramento, b. ff. 5.

3

Idem Innocentius statuit, & in virtute sanctę obedientię, & sub

**A** sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, & à qua nequaquam absolui possint, nisi per Sedem Apostolicam, præcepit Ministris, & Fratribus Ordinis Mino. ne præsumant recipere vllomodo Prædicatores, & eorum Ordini Voto, vel Iuramento etiam obligatos, prætextu alicuius Indulti Apostolici, obtenti, vel obtinendi, de huiusmodi literis expressam mentionem non facientis, nisi prius Prioris sui petita licetia, & obtenta. Postea tamen declarauit hoc de illis intelligi, quos

**B** post annum probationis elapsum, eorum constituit Ordini obligatio, B. fo. 19. Et ff. 103. conce. 218.

Prohibitio.  
Receptio.  
Excôicatio.

Idem Innocentius prohibuit, sub excommunicationis pœna, aliquem ante annum probationis elapsum, ad professionem recipi. Aut quominus ad aliam transeat Religionem impediri. Et professionem, aliter factam, irritam mandauit esse, & nullam, B. fo. 119. Et b. ff. 5.

4  
Excôicatio.  
Professio.

**C** Idem Innocentius districte inhiuit Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne ante annu probationis elapsum, quemquam ad professionem suorum Ordinum præsumant recipere, nec constitutum in probatione Nouitium aliquialiter impedire, quominus infra eundem probationis annum, ad aliam Religionem, quam maluerit, transeat; sicut de sua processerit voluntate, B. ff. 103. conce. 218.

5  
Prohibitio.  
Professio.

**D** Idem Innocentius concessit Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum Minorum, vt possint absoluere Nouitios excôunicatos pro iniectione manuû in se ipsos; prout habetur in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres, §. 1.

6  
Absolutio.

INNOCENTIVS IV. statuit, quod is, qui Monasteriu ante quartumdecimum annum, vt Monachus efficiatur, ingreditur, nisi eo completo professionem faciat in sequenti, vel habitum Religionis suscipiat, qui dari profitentibus consuevit, seu professionem à se prius factam, ratam expressè habeat, liberè possit infra ipsum sequentem annum, ad seculum remeare.

7  
Ex iure cõi.  
Professio.

**E** Quod si per totum sequentem annum in Monasterio permanserit, vbi Professorum, & Nouitiorum sunt habitus indistincti, professionem per hoc fecisse, vel si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur: nisi tanta indistinctio ibi habitus habeatur, quod Professi, & Nouitij, ac etiam alij communem vitã cû eis ducetes, simili penitus habitu induantur. Qui verò post 14. annum habitum Religionis assumpserit, si per annum illum gestauerit, ex tunc Religionem assumptam præsumitur

Habitus.

mirur veraciter esse professus; vbi professi à Nouitijs dissimilitudine habitus, minimè distinguntur, etiam si alij degentes cum eis, similibus vestibus contantur: quoniam cum iam hic ad discretionis annos peruenerit, susceptum discretionis tempore Ordinem, postquam anni probauerit spatio, intelligitur firmiter approbasse. Secus autem in illo, qui ante discretionis annos habitum induit Regularem: cum eorum, que tunc agit, plenum non habeat intellectum. Distincti quoque aut dissimiles intelliguntur esse habitus, siue Nouitijs, siue professis dissimiles vestres dentur; siue benedicatur, cum profitentibus conceduntur, siue etiam aliquid aliud fiat, per quod Nouitiorum à Professorum habitu discernatur. Habetur in c. Is qui Monasterium: De Regularibus, lib. 6.

8  
Ex iure cõi  
Excõicatio.  
Professio.

ALEXANDER IV. Fratribus Prædicatoribus, & Mino. in virtute obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districtè inhibuit, nè ante annum probationis elapsum (qui est, maximè in subsidium fragilitatis humanæ, regulariter institutus) quemquam ad Professionem sui Ordinis, seu renunciationem seculo faciendam, recipere: nec constitutum infra huiusmodi annum aliquatenus impedire, quominus infra ipsum ad aliam Religionem, quam maluerit, transeat: vel, nisi maior quatuordecim annis existens, Professus sit tacitè, vel expressè; aut euidenter constet, illum uitam voluisse mutare; quod tamen non præsumitur, nisi clara probatione, vel competentibus indicijs ostendatur, omninò ad seculum redeat; si cut de sua voluntate processerit, præsumant. Et quòd, si fortè contra huiusmodi prohibitionem quemquam recipere præsumperint, decreuit eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus dicto Ordini alligatum; ipsosq; Fratres ad receptionem quorumlibet ad Professionem eiusdem Ordinis fore ipso facto suspensos: & insuper pœnæ subijciendos, quæ Fratribus ipsius Ordinis pro culpis infligi grauioribus consueuerunt. Habetur in c. Non solùm: De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem, lib. 6.

Excõicatio.  
Prohibitio.  
Receptio.

ALEXANDER IV. præcepit in virtute sanctæ obedientiæ Magistro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, & sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, à qua nequam absolui valeant, nisi per Sedem Apostolicam: quatenus non recipiant ad suum Ordinem Fratres Ordinis Mino. aut eos, qui voto, vel iuramento eidem Ordini Mino. fuerint obligati:

**A** ligati: nisi prius petita fuerit, & obtenta Ministri sui licentia, etiam prætextu alicuius Indulti, seu aliquarum literarum obtentorum à Sede Apostolica, vel in posterum obtinendarum; quæ de præsentibus expressam non fecerint mentionem. Et decreuit irritum, & inane quicquid secus in hac parte contigerit attentari, B ffo. 201. conce. 496.

**B** CLEMENS IV. voluit, quòd si aliqui Nouitij ostenderint talia signa, per quæ euidenter appareat eos voluisse perpetuò Seculum deserere, ac sub Religione de cætero Domino deservire, & postea reuersi fuerint ad Seculum, compellantur per Ecclesiarum Prælatos (quando ex parte Fratrum fuerint requisiti) vt ad aliquem Ordinem se debeant transferre, B. fo. 55.

**C** Idem Clemens fecit quandam latissimam Concessionem circa absolutionem, quæ Nouitijs potest impendi; prout habetur in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, in §. 4. & 6.

**D** Aduerti oportet, quòd in hac Cõcessione absolutionis, nullum casum excipit: dicendo ( prout dici solitum est ) Nisi casus adeò grauis, &c. Ex quo uidetur, quòd ampliorem gratiã voluit facere venientibus ad Ordinem, ne impediretur eorum cõuersio ad Deum, quàm iam Professis; in quorum Concessione absolutionis ponitur prædicta exceptio. Attamen in casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini, non auderem asserere, quòd possint venientes absolui: nec minus alij, absq; noua Concessione post prædictæ Bullæ pronuntiationem quolibet anno impetratam. Quia casus illi quolibet anno de nouo referuantur cum derogationibus Priuilegiorum Ordinum, & eximijis non obstantijs. De quo vide supra in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres, post, §. 13. Et idem dicendum est de quibuslibet alijs casibus, post istam Concessionem auctoritate Apostolica promulgatis, & specialiter referuatis.

**E** Itaq; ijs benè prospectis, nihil amplius habent modo Nouitij, quàm professi: quamuis tempore supradictæ Concessions viderentur plus habere.

Idem Clemens concessit, quòd si aliqui habitum Fratrum Mino. assumentes, diuersis personis, quæ sciri, & inueniri non possunt, aliqua bona restituere teneantur, possint Ministri, & Custodes, & Vicarij eorum, singuli in locis sibi commissis, bona ipsa in pios vsus conuertere; prout secundùm Deum viderint

10

11  
Absolutio.

Collectio



12  
Resti. uisio.  
incertorum.



rint expedire, B. fo. 58. Et fo. 141. concessione 334.

Collector.

13  
Quibus li-  
ceat recipere  
Novitios.

Circa prædicta, vide ampliolem Concessionem, infra, §. 21.  
NICOLAUS III. in declaratione Regulæ Fratrum Minorum concessit, & statuit, licere non solū Generali, sed etiā Prouincialibus Ministris, personas fugientes à seculo in Fratres recipere. Quæ tamen Prouincialium Ministrorum licentia, per Ministrum Generalem possit arctari, sicut expedire viderit. Et declarauit, quòd Vicarij Ministrorum Prouincialium, ex officio Vicariatus, licentiam hanc sibi nouerint interdiciam: nisi per Ministros eosdem, hoc ipsis Vicarijs specialiter committatur, quibus Ministris hoc posse committere, Vicarijs, & alijs licentiam concessit, B. fo. 10. Et b. fo. 12. secundi tractatus, articulo 7.

Receptio.

14  
Receptio.

Idem Nicolaus circa hoc addidit, dicens Caueant tamen ipsi Prouinciales, quòd hoc non indiscretè, nec passim, sed sic consideratè committant, ac sic illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus consilij fulciant, quòd omnia discretè procedant. Habetur supra, §. 13.

15  
Receptio.

Idem Nicolaus superaddidit circa hanc materiam, quòd non indifferenter omnes admittantur ad Ordinem, sed illi tantum, qui suffragantibus eis literatura, & idoneitate, vel alijs circumstantijs, possint vtiles esse Ordini: sibiq; per vitæ meritum: & alijs proficere per exemplum. Habetur vbi supra §. 13.

16  
Ex iure cõi.  
Excoicatio.

BONIFACIUS VIII. statuit, quòd quamuis is, qui Religionem ingreditur, Religiosus cenferi cum effectu non possit, donec sit tacitè, vel expressè professus: si quis tamen violentes manus in eum injiciat, excommunicationis lata à canone vinculum non euadat. Habetur in c. Religioso, de sententia excommunicationis, lib. 6.

17  
Ex iure cõi.

Idem Bonifacius Constitutionem Innocentianā superscriptam, quæ prohibet Conuersorum professionem recipi ante annum probationis elapsam; quam Constitutionem Alexander Papa IV. ad Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordines duntaxat declarauit extendi; Declarationem eandem ad aliorum Mendicantium Ordines prorogauit. Statuit etiam, quòd in alijs Religionibus professio expressè, vel tacitè fieri possit licitè infra annum. Sed expressè emissa, etiam seculari habitu non mutato, illi Religioni præcise obligari, quam profitens est professus. Tacitè verò facta, infra probationis annum

**A** annum, per susceptionem habitus, qui profitentibus tantum datur, non illi specialiter cuius habitus est susceptus, sed generaliter Religioni alicui recipientem obligat: si aetatis apte sit, si sciens, & voluntarius, ac triduo perseveret. Habetur in c. Constitutionem. De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem, lib.6.

**C**LEMENS V. eos, qui in discretionis constituti aetate, Nouitiorum habitum in aliqua Religione per annum porterint, hoc ipso Religionem illam decreuit esse professos: nisi huiusmodi habitus in colore, scissura, vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum. Habetur in c. Eos qui, de Regularibus. 18  
Exiure coi.

**V**RBANVS V. & Gregorius II. circa receptionem Nouitiorum, & Monialium fecerunt notabilem prouisionem, quae habetur in dictione Simonia, §. 1. 19

**N**ICOLAVS V. statuit, quod Moniales Sanctae Clarae, nisi de Prouincialis, seu Visitatoris sui expressa licentia, recipere valeant aliquam ad Religionem, vel professionem, b fo. 48. Et ffo. 43. conce. 44. 20  
Prohibitio.  
cōua Mon.

**S**IXTVS IV. concessit Magistro Generali, & Prioribus Prouincialibus, ac Prioribus localibus Ordinis Fratrum Carmelitarum, ut singuli eorum in locis sibi commissis, possint, & valeant in pios vsus conuertere bona, quae Nouitij ad Ordinem praedictum venientes, tenentur restituere diuersis personis, quae sciri, & inueniri non possunt, B. fo. 103. Et ffo. 186. concessione 474. 21  
Ex Priu. Fratrum Carmelitarum.

Idem Sixtus concessit, quod Nouitiae Monialium Sanctae Clarae primae Regulae, possint promereri omnes indulgentias almae Urbis, Visitando suas Ecclesias, o. ffo. 261. conce. 678. 22

Virtute communicationis Priuilegiorum, quae habetur in dictione Communicatio Priuilegiorum, §. 14. & 19. poterunt Nouitij Fratrum Mino. consequi praefatas indulgentias. Nam directe non reperiuntur illis concessae, Collector.

**I**VLIVS II. statuit, quod, cum aliqui Fratres in Ordine Mino. annum probationis inceperint, ac deinde habitum dimiserint, sed postea ad ipsum Ordinem redierint, tempus prioris receptionis habitus, cum tempore posterioris sibi computari, vel non computari possit, iuxta discretionem, & determinationem suorum Superiorum, B. ffo. 127. conce. 283. 23  
Professio

Idem Iulius concessit Ordini Eremitarum Sancti Augustini, ut 24

Ex privile-  
gijs Angu-  
stin ensium.  
Pro effio.

ni, ut quicumque Nouitius in huiusmodi Religione promotus fuerit ad Sacros Ordines, habeatur pro Professo; & quòd habitum prædicti Ordinis relinquere, aut mutare nulla auctoritate possit: nisi licentiam in scriptis à Generali præfati Ordinis obtinuerit, b. ffo. 266. concessione 694. Et B. ffo. 67. concessione 213.

25  
Elicere ab  
Ordine

LEO X. fecit quandam Concessionem, seu Statutum, circa eiectionem Nouitiorum, & Professorum ab Ordine; prout positum est supra, in dictione Elicere ab Ordine, §. 5.

26  
Professio.

Idem Leo in Concilio Lateranensi statuit, quòd excommunicati, volentes profiteri aliquem Ordinem Mendicantium, ubi de interesse tertij agitur, absolui non possint, nisi præuia satisfactioe, B. ffo. 26. conce. 84.

27  
Pro Fratri-  
bus & Mo-  
nialibus.

Idem Leo concessit, vt quando contigerit, quòd auctoritate Apostolica concessum fuerit aliquibus Fratribus, uel Monialibus diuersarum Religionum posse transire ad Ordinem Fratrum Minorum, aut Sanctæ Claræ, quòd attentò, quòd tales iam sunt nutriti in alijs Ordinibus, vnde præsumitur de ieiunijs, & alijs asperitatibus Religionis esse instructos, possint facere Professionem tanto tempore ante annum probationis de iure communi taxatum, quãto Præfato prædicti Ordinis Minorum, de consilio discretorum Fratrum, vel discretarum Monialium respectiue illius domus, in qua fecerint probationem, visum fuerit. Dùm tamen Fratres, & Moniales huiusmodi fuerint inter obseruantes tuorum Ordinum Professi, & nutriti, & ad obseruantes prædicti Ordinis Minorum transire voluerint, & non alias, o. ffo. 94. conce. 295.

Professio.

Collector.

Circa modum receptionis Nouitiorum, præsertim Monialium, ut vitetur Simonia, facta est quædam optima prouisio per Vrbanum V. & Gregorium XI. quæ habetur in dictione, Simonia, §. 1. Et in dictione Moniales, §. vltimò.

*Ex Privilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

28  
Prohibitio.

EUGENIUS IV. prohibuit, ne aliqui cuiuspiam status gradus, vel conditionis existant, personas, quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex seculo fugientes, & ad conuersationem huiusmodi congregationis venire cupientes, verberibus, aut violentijs quibuscunq; impedire, vel prohibere, aut à Monasterijs, & locis congregationis Monachorum Sancti Benedicti iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus irrogando, seu eos molestando, huius-

**A** huiusmodi personas euellere, aut extrahere audeant, vel præsumant. Contrarium verò facientes, ipso facto sententiã excommunicationis incurrant: dùm tamen cum hoc præsens Statutum fuerit eis ad notitiam deductum, non destiterint à prædictis. A qua non possint, præterquam in mortis articulo, nisi per Sedem Apostolicam beneficium absolutionis obtinere, **B.** Excôicatio.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

**B**



**C** Quoad §. 10. notandum, quòd per talia signa volèrium perperò in Religione manere; & per talem compulsionem, quam Papa concedit posse fieri talibus, de quibus ibi agitur ad permanendum in Religione, non sequitur quòd, ergò illi Nouitij sint tacitè, vel expressè professi: nisi simul per actualem promissionem, seu votum, saltem equiualemter se tunc Religioni illi obligassent: quamuis hic Papa Clem. IV. in fauorem animè Nouitij, & ad illius maiorem securitatem, & præcipuè in fauorem Religionis, statuerit, saltem in foro Ecclesiæ talem debere compelli ad Religionem, licèt nullo modo sit verè Professus, ut dictum est, & de hoc latius nos sup. diximus in expositione Regule Fratrum Mino. cap. 2. q. 12. & latius habetur in Siluest. tit. Religio 30. q. 19. Religio 5. q. 8. & Summ. Angel. eo tit. & Gaiet. 2. 2. q. 88. articulo 1. & in quolibet ibi videat, qui volet.

**D** Quoad §. 24. notandum, an hoc Priuileg. Iulij II. concessum Augustinensibus, communicetur alijs Religiosis, tanquam fauorabile ipsis; ita quòd, etiam in alijs Religionibus, saltem Mendicantibus, censeatur Professus ille Nouitius, qui promouetur ad Sacros Ordines; & quem effectum habeat talis tacita professio. Et an ipsi August. aut alij si quibus fortè ipsum Priuilegium communicatur possint tali Priuilegio renunciare; quia videtur in periculum Nouitiorum. Ista omnia debent hic averti, de quibus nihil hic certum habeo, neq; scio: quia me imparem huius dubij enodationi planè confiteor, quamuis credam solùm in foro, iudiciali censeatur Professus talis ad hoc, quòd possit compelli ad Ordinem, sicut & sup. §. 10. quoad Concessionem Clem. IV. dictum est; ex quo auctoritate Ministri Generalis potest talis Nouitius, promotus ad Sacros Ordines, habitum illum relinquere, vel mutare, sed, vt dixi, in hoc peritiores consulendi sunt. Adde quòd consuetudo illum non habet pro Professo; neque vnquam tale Priuilegium practicum est, & ita per non vsus videtur iam non valere.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.

Proponitur  
huiusmodi  
materiae tra-  
ctanda or-  
do.



T distincè, ac perlucidè aliqua scitu digna occurrentia, in huiusmodi Nouitiorum materia, valeam annotare, pro-  
cedere censui iuxta eandemmet distinctionem Concessio-  
num à Collectore supra in huius principio positam, cum  
ait, quod Concessionum pertinentium ad Nouitio, Quæ-  
dam pertinent ad receptionem ipsorum ad habitum: Alia ad Profes-  
sionis emissionem: Alia spectant ad eorundem Nouitiorum absolu-  
tionem, & dispensationem: & Alia concernunt dispositionem bono-  
rum eorum, in quibus siquidem membris, omnia, quæ mihi magis vi-  
dentur necessaria, omni, qua potero, breuitate, conabor subnectere. In  
prima etenim, & secunda illa parte tractabitur de omnibus requisitis  
conditionibus, cum in receptione, tum etiam in professione eorum. In  
tertia parte de Authoritate, quam Prelati habent pro absolutione, &  
dispensatione illorum, & quid nunc sit obseruandum cum habentibus  
aliquem casum reseruatum. Ac in postrema parte agetur de bonorum  
eorum dispositione iuxta Trid. Conc. decretum.

## De receptione Nouitiorum ad habitum.

Prima pars  
diuisionis.

Vnde, quoad primam diuisionis partem, de receptione, scilicet,  
eorum ad habitum, Duo uidebimus: Vnum circa modum ob-  
seruandum in receptione illorum, Alterum circa Concessionem, ac pro-  
hibitionem Summorum illorum Pontificum ibidem à Collectore citatas,  
ac aliorum subsequentium.

Modus da-  
tus à Regu-  
la in recept.  
Nouitiorum.

Circa modum autem obseruandum, est sciendum, quòd in nostra Re-  
gula à Seraphico nostro Padre Francisco omnibus suis Fratribus Mi-  
noribus præscripta ordinatur, ut ad Ministros Prouinciales tantum  
pertineat ad Ordinem recipere, dum in cap. 2. ait, Si qui uoluerint hanc  
uitam accipere, & uenerint ad Fratres nostros, mittant eos ad suos  
Ministros Prouinciales, quibus solummodo, & non aliis recipendi: Fra-  
tres licentia concedatur. Nec est credendum, quòd per hoc excludatur  
Generalis Minister, qui possit et ipse ad Ordinem recipere, immo ad  
eum spectare, & in eo ordinariam authoritatem residere, tanquam  
Vniuersali Ministro, recipendi, & acceptandi in toto Ordine quoscun-  
que ad uitam istam recipendam venturos, declarauit Gregorius IX.  
Prouinciales uerò ex suo off. id tantum in suis Prouinciis facere pos-  
sunt, ut ex Nic. III. In declarat. nostre Regulæ, art. 7. patet. Dñ enim  
ipse Nicolaus dicit, quòd Vicarii, siue Commissarii Prouincialium, ipsis  
longè agentibus, non possunt ex off. ad ordinem recipere, nisi à Prouin-  
cialibus

Quibus cõ-  
petat Noui-  
tios recipere.

**A** cialibus talem facultatem habuerint, satis demonstrat: quod Prouinciales Ministri, ex suo officio, & ordinaria authoritate, talem habeant facultatem: aded, ut Generalis Minister, & Prouinciales tantummodo ex officio, & ordinaria authoritate, ad Religionem posse recipere, probentur; ceteri uero præter hos, nullam ad id habent facultatem, nisi ab istis fuerit illis delegata. Quam delegationem fieri posse (cùm ex Regula solis Ministris concedatur) declarauit, ac concessit Nicolaus prædictus; & habetur supra §. 13. quod & Innocentius IV. fecerat in exposit. Regul. & Greg. IX. per Priuilegium speciale. ac ita declaratur à Corduba in exposit. nostræ Regul. c. 2. q. 7. Nec putandum, ait D. Bonau. Priuilegium istud relaxatiuum esse Regula, immò esse potius secundum eius intentionem; ut bene ipse probat.

**B** Sed in anno 1587. per const. Sixti V. quæ incipit cùm de omnibus Ecclesiasticis, &c. fuit talis forma pro receptione Nouitiorum data: Statuimus & ordinamus, iuuenes aut viros adultos, maiores 16. annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere: nisi prius de eorum parentibus, patria, de qua ontè acta uita, & moribus, diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione comperit, & exploratum sit, eos neq; aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, uel alia similia, aut grauiora, reos, uel suspectos existere; ut propterea damnati sint, aut nè damnentur formident; neq; ingenti aere alieno, supra uires facultatum suarum, grauatos; uel reddendis ratiocinijs, ita obnoxios, ut ex huiusmodi causa lis, uel molestia eis iam illata, uel timendum sit, nè inferatur. Nisi deniq; constet, ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotionis, & pietatis, feruore uitam Religiosam, spontè, & ex animo elegerisse.

**C** Deque his omnibus in generali, uel prouinciali Capitulo, plena & indubitata fide facta, tam Superioris Generalis, seu Prouincialis, quam Diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint.

**D** Et in alia Bulla sequenti anno edita, huius prædictæ declaratiuæ, quæ incipit, ad Romanum spectat Pontificem circa eos, qui in locis à sua patria longissimè remotis degentes, uel quorum patria ab hæreticis, uel infidelibus oppressa detinetur, uel uoluerint se diuinis obsequijs, sub regulari habitu dicere: Sancimus, ait, exteros huiusmodi, & aduenas: quamuis non liquidò constet de his omnibus, quæ in consist. nostra requiruntur: tamen si diligentia adhibita, nihil appareat, quod eos impediat, habiles reputandos esse.

**E** Aded, quòd, inter alias conditiones, uolebat ipse Summus Pontifex, ut Nouitiorum receptio in nulla fieret Religione, nisi in Capitulo generali,

Modus receptionis à Sixto V. præscriptus.

Impedimenta Nouitiorum,

Vt non reciperentur nisi in Capitulo.

Fuit dispensatum ad receptionem in cap. faciendam.

Vt nos Capuc. possimus Novitios extra Capitulum recipere.

De quibus examinandi sunt Novitii.

Prima conditio est de fide et hol. Vt refert Cordub in expof. Regul. c. 2. q. 4.

Vt habetur supra in .S. 15.

Authoritas recipiendi ad Ordinem, cur Ministris sit commissa.

vel provinciali, tam Superioris Generalis, seu Provincialis, quam Dif-  
finitorum consensu, approbata. Verum in sequenti anno, per dictam  
const. Ad Rom. spect. Pont. fuit quibusdam Religiosis concessum, ut etiam  
infra annum, extra Capitulum, cum quadam tamen cautela ibi explici-  
ta, possent Novitios recipere.

Et in anno 1591. per felicem recordationem Greg. XIV. fuit nobis  
Capuccinis similiter concessum, ut possemus infra annum, ipsos Novitios  
recipere, cum consensu tamen trium, vel quatuor seniorum Fratrum  
illius loci, ubi talis fieret receptio; prout sic vius vocis Oraculo,  
fuit Illustrissimo & Reuerendissimo Protectori nostro Iulio Sanctorio,  
Carlinali Sanctae Severinae declaratum; manetque iam, de mandato eiusdem  
net Illustriss. Domini Protectoris, in pressum.

Itaque, ex supradictis concludendo, dicimus, ad Ministros Generales,  
sive Provinciales, vel ad eos, quibus ipsi id commiserint, modo & forma  
tamen a Sixto V. praescripta, Novitorum receptionem spectare.

Qui qui tem Novitorum Receptores, debent eos de nonnullis conditionibus  
ad hoc requisitis, ex vi Regulae, & ex iure communi, ac ex  
nostrae Religionis Statutis, omni adhibita diligentia, examinare.

Ac primum, (per equipollentiam nostrae Regulae praecipui, iuxta  
declarationem Clementis V.) diligenter debent illos examinare de fide  
de catholica, & Ecclesiasticis Sacramentis; & hoc examen tunc maxime  
faciendum, ex praecipuo, ait D. Bonau. cum aliqua oritur suspicio,  
vel ratione personae recipiendae, vel ratione regionis, & loci, in quibus  
haeretici reperirentur.

Sed quia non est verisimile, ut de his tantum Seraphicus Pater  
intenderit fieri examen, sed & de alijs etiam minus grauioribus, & maxime  
de aptitudine, & habilitate venientium ad Religionem; ideo debent  
pariter diligenter perpendere, num ad obseruantiam Regularem,  
& ad officia & onera Religionis ferenda, & ad conuiuendum pacifice,  
& absque periculo cum Fratribus sint bene dispositi; ac ideo  
Nicolaus III. ordinauit, ut non omnes passim ad Religionem admitterentur,  
sed solummodo idonei, & digni, & qui Ordini possent aliquando  
vtilis esse.

Et proinde arbitror hoc negotium, ut satis principale, & maxime  
momenti, unde tota Ordinis pendet propagatio, Seraphicum Patrem  
Ministris tantum committere voluisse, quoniam de ipsorum prudentia  
super omnes merito sperari poterat; quiq; praeter ceteris ad profectum, &  
utilitatem Ordinis, qui eorum cura erat commedatus, deberent aspiciere;  
& tanquam ianua Ordinis tantum illis praebent ingressum, qui  
apti, & bene dispositi ad Religionem dignoscerentur; inhabiles, &  
in di-

**A** in dispositos repellendo . Unde illi Ministri, qui aliter faciunt, & affectu aliquo deordinato, vel aliquo alio respectu, indispositos, & inutiles ad Ordinem recipiunt, & infideles sue Religioni, ac contra propriam, & proximi animam facere dignoscuntur.

Itaq; ex vi Regulae requiritur, ut recipiendus sit fidelis, catholicus, & de nullo errore suspectus: quando dicitur in ea, & si hec omnia credant, & ea velint fideliter confiteri.

**B** *Alia conditio est (de qua debent secundò pariter examinari) & uxores non habeant, vel si habeant, & iam Monasterium intraverint uxores &c. (ut habetur in Reg.) ut sic soluti, & liberi, possint se ipsos offerre Deo, & super sua propria corpora, dominium, & potestatem Religioni reddere; quæ utique facere non possent, quando matrimonio consummato, essent ligati: cum, teste Apostolo, tunc nec uir sui corporis amplius potestatem habet, nec uxor, &c. & hoc debet intelligi (secundum Expositores) de matrimonio uero, legitimo, et consummato: non autem, de clandestino, etc.*

Secunda editio .  
Vt non habeant uxores .

1. cor. 4.

**C** Si autem uxorem haberet, non aliter, nisi illis tantum concurrentibus conditionibus, in Regula positis, Religionem ingredi poterit.

Et hæc sunt conditiones ex vi Regulae requisitæ, quod videlicet recipiendus ad Ordinem sit fidelis, catholicus, & de nullo errore suspectus, et quod uxorem non habeat.

Epilogantur  
suprad. cõd.

Verum aduertat Ministri, quod sub his impedimentis in Regula positis, uoluit Seraphic. Pater noster omnia alia, quæ ingressum Religionis legitime impedire possunt, debere intelligi, & comprehendere, modum, & morem in hoc sequens diuina scriptura, & alterius cuiuscumque rationabilis legis, & reg. (ut ait D. Bona. & Cordub. in exposit. Regul. c. 2.) ex similibus similia intelligere, & minora in maioribus implicare. Unde, dum prohibetur Minist. recipere tales impeditos, agnoscere pro certo debent, quod eis et prohibetur, ne aliquem Canonicè impeditum admittant; quæ impedimenta, ex sequentibus alijs conditionibus, à Iure requisitis, colliguntur.

Intentio Seraphici Patris  
circa alias  
conditiones

**D** De iure autem communi, præter prædictas, requiruntur septem alia conditiones relatæ à Cordub. ubi supra in exposit. Regul. q. 4.

Conditiones  
à Iure requiritæ.

Prima ut sit conditione liber, & non seruus.

C. si qui Incognit. 15. q. 2. Et c. oportet deferri non ord.

**E** Secunda, quod non sit dignitati astrictus: quia Episcopi, Archiepiscopi, alijque Superiores non possunt fieri Religiosi, sine speciali licentia Papæ.

C. licet, de Regul. 20. q. 3. C. Presb. C. peccatum ei in meo C. sicut tenor. de ieg.

Tertia, quod non ueniat coactus minis, falsis promissionibus, alijsque medijs illicitis, sed uoluntariè.

Vt per Summittas .

Quarta, quod non sit fatuus, mente captus, uel furiosus.

Quinta, ut sit in ætate debita constitutus.

Sexta, ut non sit obligatus rationibus publicis, & perpetuis.

Septima, ut non sit debito obligatus.



**O**ctava Ne sit ex illis prohibitis recipi per cōstitutiones Summorum Pontific. supra notatas in §. 2. 3. 9. & alibi.

**N**ona, ne in illis alijs à Sixto P. in constitutione supra posita, prohibitis (quæ infra in huius explicatione dicentur) reperitur implicatus.

Alie conditiones et cōstitutionib<sup>9</sup> Ordinis.

Conditiones autem requisitæ ex vi nostrarum Constitutionū Ordinis, ultra prædictas, sunt sex aliæ, relatæ similiter ibidem à Corluba.

Quarum prima est, quòd recipiendi sint animo prompti vel ad subeundū pro fide martyriū, uel ad subeūda Religionis onera, ac asperitatē.

Secunda, quòd sint corpore sani, non infecti lepra, malo caduco, aut alia infirmitate contagiosa.

Tertia, ut sint ex legitimo matrimonio nati.

Quarta, quòd non sint aliqua infamia in seculo notati.

Quinta, quòd sint sufficienter literati, uel ad alios labores ordinis, Fratribus honestos, & viles apti.

Sexta, quòd non recipiantur ante 17. annum cōpletum, pro clerico; & pro laico, ante 19.

Et in nostris Capuccinorum Constitutionibus habetur etiam.

Septima, vt non habeant Patres, Matres, aut Sorores pauperes, adeò, ut sine ipsis viuere non possent.

Octaua, & qui aliàs fuit noster Novitius, non recipiatur, nisi à Provinciali illius provincie, ex qua discessit: dummodò tamen aliquod scādalum non fecerit, ac nisi semel discesserit.

Nona ut aliquis Religiosus ab aliqua Religione Apostata non recipiatur. Requiritur, & aliæ conditiones, ab alijs Ordinibus, ad quorum Constitutiones me remitto.

Quæ conditiones, licet ex vi Statuti ad culpam non obligent, sed tantum ad Pœnam, bene tamen possent obligare ex alio iure Diuino, vel humano, vt ex infra dicendis apparebit.

Declaratio supradictarū conditionū.

Quoad primā condit. an descēdentes ex infidelibus patribus possint recipi. Pii IV. dispositio.

Circa quas conditiones, tum à Regula, cum à Iure, & etiam à Constitutionibus Ordinis requisitas, nè in aliquem incidatur errorem, aliquas apponere earum declarationes necessarium duxi, iuxta sacri Conc. Triū. Decreta, ac subsequentium Summorum Pontific. dispositiones.

Et pr. dūm ex prima condit. Regul. dicitur, ut sint fideles, Catholici, & nullo errore suspecti. Queritur an infideles, ad fidē conuersi, vel ex Iudeis, aut Mahumetanis, aut ex Hæreticis parētibus descendētes, possint in Religionē recipi? & respondetur, quòd sic, ac posse etiā, ad dignitates, & officia Ordinis assumi, iuxta dispositionem Trū IV. ut in eius Const. Prouisiones nostræ, &c. apparet: quæ licet non sit in Bullario, registra-

**A** registrata, est tamen posita in Ocularia, seu Manipulo Fratrum Minorum, impresso anno 1582. f. 32.

Et per const. 131. Pij V. Pastoralis officij, &c. anno 1571. publica- Pii V.  
tam in Capitulo generali Fratrum Minorum de Observantia, Romæ ce-  
lebrato; ubi dando modum regiminis, & Nouitiorum receptionis, ait  
postremo, quòd in Nouitijs recipiendis fiat inquisitio de progenitorum  
suorum defectu; volentes, quòd is, qui ex Mahumetanorum, vel Iu-  
daeorum genere descendunt, cum, post susceptum ab eis Baptisma, græ-  
ci, & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huius-

**B** modi, quominus in Ordinem prædictum recipiantur, & ad consequen-  
das in dicto Ordine dignitates, gradus, & officia Religionis, vel cui-  
piam alteri nocere possit, uel debeatur. Et quoad descendentes ex Hære-  
ticis, videlicet, conuersis, pariter minimè circa præmissa quicquam ob-  
stet. Quoad uerò illos, qui ex hæreticis damnatis, & non conuersis,  
vel quorum statua combusta sunt, originem ducunt per lineam pater-  
nam, vsq; ad secundam generationem; per lineam autem maternam,

**C** vsque ad primam tantum, in præmissis obesse decernimus. Et idem ser-  
uetur in Fratribus, qui ad sacros etiam Presbyteratus Ordines admit-  
tuntur: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostoli-  
cis, & quibusuis dicti Ordinis Statutis, & consuetudinibus, &c. ex  
qua tacitè uidetur reuocasse aliam quandam Bullam, anno 1559. factā,  
in qua sub pœna excommunicationis supradictos recipi, omnino probi-  
beatur.

Idemq; fuisse notificatum per Breue quoddam Gregorij XIII. Capi- Greg. XIII.  
dispositio.  
**D** tulo generali Patrum Minimorum, Iannæ quintò celebrato, anno 1584.  
in quo decreuit, quòd in his, & alijs, de quibus disposuit Pius V. serue-  
tur, quod Paulus IV. per suas literas statuit.

Sed circa hoc magnum mouetur dubium, an videlicet Statuta, quæ in  
Capitulis Generalibus fiunt, de istis supradictis non admittendis ad Or-  
dines, & ad dignitates, possint licitè fieri? Ad quod tamen breuiter  
resolutoriè respondetur, similia Statuta nisi fuerint confirmata, vel fa-  
cta auctoritate Papæ, non posse à quoquam auctoritate ordinaria, etiā

**E** per Capitulum generale licitè fieri; vt inter alios Doctores sentire vide-  
tur Caietanus in Opusc. in volumine responsionum, in respons. 6. ubi  
hanc quæst. tract. & Passarellus ualidissimis rationibus comprobare ni-  
titur in scholio 31. & Cap. Ianuens. f. 113. vltra ea, quæ alibi dixit in  
Notar. Priuileg. 20. Et concordat Nauar. in lib. 3. Consil. tit. de Re- Caietanus.  
Passarellus.  
Nauar.  
gular. conf. 5. ubi multis rationibus probat Statutum illud Minimo-  
rum de non recipiendis descendantibus ab infidelibus, nec potuisse fieri,  
nec obseruari.

Et tandem concluditur, per Breue supradictum Pij V. & Gregor. XIII. ubi expresse volunt (non obstantibus quibuscunq; etiam Statutis dicti Ordinis) tales recipiendos, & admittendos, vt supra.

Hodie tamen à Fratribus S. Hieron. Hispan. obseruatur, descendentibus à quocunq; gradu à Iudæis, uel Saracenis, etiam vltra quartū gradum, non posse, nec debere recipi, aliās Priores, illos recipientes, grauius punirentur; vt refertur In Comp. Priuileg. eorum à P. Girsia Collecto, f. 162. sed quomodo hoc possit procedere, & an sit bene statutum, ex supradictis collige.

### De Nouitiorum Professione Emisione.

Quoad tecū  
dā partē di-  
uisionis Col-  
lectoris.

Etas recipiē.  
ad professio-  
nem secundū  
Conc. Trid.

**D**icendum in quinta Condit. à Iure requisita, & in sexta à Constitutionibus, tractatur de debita etate recipiendorum ( & hoc pertinebit ad secundam partem diuisionis facte à Collectore supra.)

Primo est sciendum, quod licet per Alexandrum III. fuerit declaratum, quod valeret professio à Nouitio in 15. anno facta, ut in Cap. ad nostram, extra de regul. trans. ad Relig. & idem dixerit Innoc. VIII. & Alex. IV. in cap. 1. & 2. eod. Tit. de regul. in 6. Est tamen nunc obseruanda dispositio Sacri Conc. Trid. in sess. 25. tit. de Regular. c. 25. qua cauetur, vt in quacunq; Religione, tam virorum, quam mulierū ante 16. annum completum professio non fiat. & finito Probationis anno, Professio autem antea facta sit nulla, nullamq; inducat obligatio nem ad alicuius Regule vel Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunq; effectus.

Dispositio  
Pii V.  
Dispositio  
Six. V.

Et licet per Pium V. in const. 67. anno 1568. fuerit decretum, vt Nullus à Fratribus Conuentualibus pro Clerico ad Professionem reciperetur, nisi finitis 19. annis, & laicus 25. à Sixto tamen V. anno 1587. in Const. supradicta Cum de omnib; & c. Prohibitū fuit, vt nemo ad Religionem reciperetur, nisi maior esset 16. annorum: & sic ad Professionem maior 17. cum alijs Clausulis ibi requisitis, & à nobis supra narratis: alias eorum receptio, ac Professio esset nulla, cum alijs penis ibidem in Recipientes taxatis.

An partes in-  
terruptæ.  
anni proba-  
tionis pos-  
sint coniungi

Secundo est notandum, quod cum ex supradicta Conc. Trid. dispositione constet, vt professio eius, qui post susceptum habitum non steterit in probatione per annum nō valeat, vt pariter ordinauerat prius Hon. III. & Innoc. IV. vt supra in s. 1. 4. 5. & in cap. 1. de Regul. lib. 6. & Greg. XIII. postea in Const. 56. anno 1579. Quid si annus ille interrupteretur per Nouitij regressum ad seculum, an possent nec ne illius partes coniungi, prima scilicet ante egressum cum alia facta post regressum? Ad quod dicitur, quod si Nouitius per aliquam partem anni foras manserit, interrupteretur equidem annus probationis, nec ille partes

**A** partes interrupte possent coniungi, sed deberet ex integro à Principio incipere prioris partis ; secundum Ancar. Panor. & comm. in cap. ad Apostolic. de leg. etiam si per tres tantum dies foris maneret, secundum lap. alleg. 47. communiter recept. & hoc demonstrat propositio illa (per) posita in Conc. Trid. dicens per annum, & c. quae de sui natura demonstrat cōtinuitatem temporis, iuxta doctrinam Canonistarum, & praesertim Archid. c. cum contumacia, ibi, per annum, de Heretic. in 6. per tex. in c. presentium 7. q. 1. & Cassinensis in summa lib. 3. **B** De Regul. Cap. 5. num. 15. Hoc tamen fallere dicimus, cum ipse Novitius exiret cum obediētia sui Praelati, quia tunc satis videretur in Monasterio manere, qui de licentia iusta Praelati eius, extra illud, maneret sub obedientia sua; prout sic concludere videtur Navar. in 3. lib. suorum cons. tit. de Regular. cons. 42. & etiam in cons. 36. eodem tit.

Sed Iulius II. Minoribus nostris Fratribus concessit, & idem Cassin. ubi sup. nu. 18. ut tempus prioris receptionis, cum tempore 2. computari, vel non computari posset, iuxta discretionem suorum Superiorum, ut supra habetur in §. 23.

Iulii II. Concessio Fratribus Minoribus.

Sed an requiratur integer annus probationis in Religiosis venientibus ad nostram Minoricam Religionem? Leo X. hoc remittit Praelato, cum Consilio discretorum Fratrum, ut habetur supra in §. 23. Nec illud videtur esse contra dispositionem Conc. Trid. ac Six. V. de anno integro in probatione manendo: quia illud intelligi volunt de secularibus: non autem de Religiosis ad aliam Religionem legitime transentibus; ut ex vrbis illorum clarè patet.

An Religiosi debeant stare per annū in probatione.

**D** At in nostris Constitutionibus Capuccinorum, c. 2. ordinatur, ut venientes ex parribus Conventualibus, vel de Observantia ad nostram Religionem, stent per annum in Probatione, ac postea professionem emittant. Idemq; ordinavit Greg. XIII. in const. 56. anno 1579. observari quando Fratres de Observantia transire voluissent ad eorum Fratres reformatos, ut per annum integrum in Novitiatu existerent, quo anno elapso, haberi pro professis, nec ab illa recedere absq; Apostasia nota; Nisi quod ad nos Capuccinos transendi licetiam in scriptis à proprio custode, obtinuerint.

Capuccinorum observatio.

Sed aduertendum, quod, ut post praedictum annum probationis professio fiat (ut inter nos deberet fieri) nulla ibi sit mentio; nisi tantummodo ut illo anno elapso habeatur pro Professo: Navar. autem in lib. 3. cons. tit. de Regul. cons. 3. tenet indistinctè, quod quilibet Regularis, transiens legitime ad aliam Religionem, debeat iterum profiteri: cum frequenter Monasterium secundum sit aetioris observantiae, ad quā professio prioris Monasterii non extenderetur, nisi de nouo profiteretur.

Reformatorum de observantia cōt.

Et per const. supradictam Sixti V. ordinatur ( ut etiam supra est dictum ) ut Religiosi sic recepti, nomen, & cognomen, quibus in seculo utebantur, & patria in actis Capituli describerentur, & notarentur.

Professio facta ante finem anni ad quid oblig.

Tertio est notandum, quod professio, facta ante finem anni Novitiatu in Ordine Mendicantium, non obliget ad Religionem, quam professus est in specie: sed tantum in genere. ita quod simplicis voti teneat locum, ex c. non solum, & cap. constit. de regul. 16. elicit, & tenet ( licet sub dubio ) Nauar. in lib. suorum constit. de regul. conf. 22. ex mente Hostiensis.

Nauar.

Attamen cum ex supradicti Conc. Trid. dispositione, qualibet professio, ante finem anni probationis facta, penitus annulletur, ac pro infecta habeatur, nescio quomodo supradicta Nauar. doctrina possit procedere, ait enim in praefato c. 15. sess. 25. Nec qui minori tempore, quam per annum, post susceptum habitum, n. probatione steterit, ad professionem admittatur, professio autem antea facta sit nulla; nullamque inducat obligationem, &c. ut supra est dictum.

professio tacita quid operetur.

Quid autem dicendum de professione tacita illis modis, quibus a Summistis, & bene à Cordub. in exposit. nostrae Regul. q. 12. c. 2. induci disponitur; an ut iure antiquo, ita & nunc, post supradictam Conc. dispositionem.

Vt habetur supra, in S. 7. 16. 17.

Primo aliquid operetur? Et breuiter dicimus primo, quod licet iure antiquo, & per Canonistas, siue per propositum firmum, cum animo scilicet, implicite, uel explicitè se obligandi, nutandi uitam; siue per susceptionem habitus professorum ab habitu Novitiorum distincti, de uoluntate eius, qui ualeat Religionem incorporare, per delationem eius per triduum tacita induceretur professio, tam in Religionibus medicantibus, quam non mendicantibus, ad aliquam illum obligans Religionem in genere: ipsa uero Religio, in qua sic professus est tacite, obligaretur illi in specie ad retinendum eum, si ibi permanere uoluerit: nisi prius fuerit protestata, quod non intendebat se ipsam obligare ad detinendum eum, nisi sollemniter, & expresse Religionem fuerit professus, ( ut solet in nostra Religione fieri ) quamuis dico hoc ita procederet iure antiquo: hodie tamen per dictum Conc. Trid. ( secundum moderniores Doctores ) non nisi post expletum annum probationis, tacita inducitur professio; non enim aiunt per praedictum Conc. tacita professio penitus annullatur, sed tantummodo modificatur, ut ante expletum annum induci, per quemcumque actum, minimè possit: cum nec sollemnis ipsa professio ante praedictum tempus emissi ualeat, ut supra dictum est.

Secundo aduertendum, quod tantum secundum Deum, tacita inducitur professio, quando quis non ignoranter, sed sciens, & uolens, aliquid facit; ex quo tacita inducitur professio, secus autem esset si ignoranter: nam

tunc

**A** tunc nec coram Deo erit professus, nec Religioni alicui obligatus vt communiter Theologi tenent.

Quid autem d. cendum de eo, quod habetur in §. 10. & in §. 24. ? vi deas quod dicitur ibi à Cordub. maximè de illo Privilegio à Iulio II. cōcesso Augustinensibus, quo ut cumq; sit, Patres Societatis Iesu, nō utūtur: cūm ex susceptione ordinis sacri, professio tacita inter eos minimè inducatur, vt in eorum Privilegiorum Compend. habetur.

**B** Religions Statutis requisitos, est pariter nulla professio: et tenetur iterū, post expletum annum legitimum, profiteri, sicut tenet Nauar. vbi supra in lib. consil. de Regular. conf. 35. nam Conc. Trid. nō vetat habitum posse suscipi ante illos completos, neq; disponit, tunc annum probationis impleri non posse. & sic etiam hodie probationis annus incipere potest: immo & perfici, ante annum 16. completum, & virtute illius probationis, expleto 16. fieri professio, iuxta Clem. eos, de Regular. quam quo ad hoc nullatenus esse correctam tenet idem Nauar. in cons. 30. Verū

**C** secundū ordinationē Sixt. V. in præfata const. de omnibus Ecclesiasticis, & c. aliter videtur dicendum: Statuit enim, vt nullus minor 16. annis in Religione aliqua recipiatur. & sic cessādo ratio supra licet, quod, ni delictet, Conc. Trid. non vetabat habitum posse suscipi ante illos, cū à Sixt. sit vetitum, cessat etiam & eius dispositio, & eo magis cū ibi Sixt. V. disponat, vt, si qui eorum, cōtra illam const. temerè admitterentur, tam susceptio habitus, quā professio, & inde secūt, essent irrita & nulla, ac habitu spoliari, & à Religione expelli, & c. Et nota etiam, quod quādo professio fuit nulla, vt valeat, oportet, ut ratificetur, quod professus sciat illam esse nullā, & animo approbandi, & ratificandi in Religione persistat, vt singulariter declaravit Caiet. super 22. q. q. 186. art. 5. Nauar. in Manual. C. 12. nu. 31. & de his quæ vi Conc. 5. nu. 8.

**D** Quintò notandū, qd Nouitius, licet infra annū probationis liberè possit exire, et licetia nō petita, ut notat Panor. in c. stat. de regular. & habetur ex Conc. Trid. de peccato in eorū notat Caiet. 22. q. fin. art. 4. qd si ex voto ingressus esset Religionem, ac postea sine causa rationabili exiret, hoc est, sola libertate à Iure Nouitijs concessa, voto utique non satisfaceret, & per consequens peccaret mortaliter: si autem sine voto, peccaret tantū venialiter. cuius rationem videas ibidem.

**E** Sextò notandū quòd licet Conc. Trid. in eadē sess. 25. c. 16. statuit, ut in quibuscumq; Religionibus, finito anno Nouitiatus, Superiores Nouitios, quos habiles iudicauerint, ad profitendum adiutant, aut à Monast. eos eiciant (excipiendo tamen Clericos Societatis Iesu) prout etiam ex Reg. nostra Fratrum Minorū est obligatoriū, cum ait finito probationis

Per susceptionem ordinis sacri non induci professionē probat Nauar. in lib. conf. tit. de Regul. cōf. 36. & in comun. 4. de Regul. n. 71. Professio facta ante ætatem legitimam an valeat. Nauar. opinio. Nostra opinio.

Nouitius rediens ad seculum, quādo peccet.

Annus probat. an possit prolongari.

Interpretatio Concilii à Congreg.

anno recipiantur ad obedientiam; Relatione tamen, per Sacram Congreg. Concilij S.D.P. Pio V. facta; Sanctitas sua dixit Conclusionem dicti cap. 16. procedere tantum in illis Nouitijs, quos Superior s, elapso tempore Nouitiatus, habiles inuenerint: non in his, quos inhabiles, ut sunt illi, qui non bene adhuc discenda, didicerunt. Et ideo, quoad istos attinet, S. Sanctitas concessit, ut Superiores possint illorum professionem (si ipsi Nouitij consenserint) prolongare, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles, infra sex menses. Ita R.P.F.

Passarellus. Gaspar Passarellus, in suo tract. Priuil. f. 230. ei consulenti è Neap. die 8. Nouembris, anno 1569. respondisse Illustrissimos Cardinales Interpreteres Congreg. Conc. fatetur Et ita etiam uia uocis Oraculo fuit nostræ Religioni concessum. Itaq; tunc annum Probationis, Expletum dicimus, quando Nouitiatus annus sit finitus ex reuolutione Solis, ab eodè puncto ad idem punctum ( & non per Festa mobilia computando) & insuper, & illud tempus, infra sex menses, quando opus erit, & tunc fieri potest professio, si horam saltem unam, vel minutum excedat.

De remedio illi, qui preterierit suam profess. esse nullam.

Septimo est notandum, quod si quis pretenderet aliquo modo suam professionem non tenere; tunc à Sac. Conc. Trid. in cap. 19. eiusdem sess. 25. de Reg. ordinatur, quod quicumq; Regularis pretendat, se per vim, & metum ingressum Religionem, aut ante aetate professum fuisse, aut quid simile, non audiatur: nisi intra quinquennium tantum à die Professionis; & tunc non aliter: nisi causas, quas pretenderit, deduxerit coram superiore suo Ordin. quod si antè spontè habitum dimiserit, nullatenus ad elegandum quamcumq; causam admittatur, & tandem Apostata puniatur.

Ministri faciunt librum Professorum.

Et ideo ad tollendas istorum cauillationes sic allegantium, eorum professionem inuvalidam, Sacra Cong. Card. supra Regul. ordinauit, ut à Ministris quinternus fieret, in quo dies, & annus Nouitiorum aetatis, & habitus susceptionis notetur, & qui per annum integrum perseuerauit, ac quod in presentia talium Fratrum spontè se illius esse aetatis annorum (N) professionemq; emisisse confessus est: cum tam sua (si sciat scribere) quam aliorum astantium subscriptione; prout idem Sixt. etiam in prefata const. ordinasse uidetur. & notandum quod supra dicta reclamatio, procedit etiam in Professione tacita; & à quo die incipiat illud quinquennium currere, ponit Nauar. in cōment 4. de Regular. num. 73. ubi etiam ponit in nu. 77. quedam aduertenda in dicto cap. 19. Conc. Trid.

Declaratio 6.7. & 9. conditionis à Iure.

Tertio principaliter, dum in 6.7. & 9. Conditionibus à Iure requisitis in receptione Nouitiorum, dicitur, ut non sit obligatus Nouitijs ratiocinijs publicis, ac aliquo debito, uel in illis alijs à Sixto V. taxatis

**A** xatis &c. etiam scientum, quod ipse Sixtus in prefata constituit. De omnibus, &c. declaravit omnes, & quoscumq; ( ut dictum est ) criminosos, uel suspectos, aut ari alieno, uel rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuo inhabiles. & si qui eorum contra illam Constitutionem temere admitterentur, tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde secuta, irritauit, & annullauit: ac iussit eos, qui sic de facto recepti erunt, habitu spoliari, & à Religione expellit: & si non fuerint expulsi, attenda nullitate professionis eorum, licere

**B** quibuscumq; Iudicibus, & Curijs secularibus, ad quos spectat, contra eos, ut prius Iuris, & facti remedijs opportunis, civiliter, aut criminaliter, aut mixtim procedere: & qui eos sic inhabiles receperint sint ipso facto uoce actiua, & passiuâ, ac officiorum priuati, ac inhabiles in futurum ad ea obtinenda, &c. sed non adest excommunicatio.

Six.V.Oid.

Pœna cōtra receptos.

Pœna cōtra Recipientes.

Quarto Principaliter, dum dicitur in 8. Condit. Ex iure, Ne sit ex illis prohibitis, recipi per Constitutiones Summorum Pontific. supra annotata, n̄ 2.3.9. & alibi est sciendū quod circa illas, ac alias prohibitiones factas, ne se inuicem Religiosi diuersarum Religionum recipiantur, nonnulla dicemus infra, in uerbo Recipere, & diximus supra, in uerbo Apostata.

Declaratio 8. condit. à Iure. Circa receptionem Religiosorum.

Et dum in prefatis §. 2.3. & 9. habetur, quod non recipiatur, qui Voto, uel iuramento illis Religionibus fuerint obligati &c. pro hoc attende ad ea, quæ paulò infra dicam, sub eadem hac materia, in 3. parte diuisionis Collectoris, circa Absolutionem Nouitiorum, De Priuilegio concesso Camaldulensibus Montis Oliueti, &c.

**D** Quintò principaliter, pro intelligentia secundæ conditionis ex constitutionibus, requisita, ut sint uidelicet corpore sani, &c. Queritur qd si Nouitius tacuerit habere morbum gallicum. uel aliud incurabile malum. an facta professione possit expelli? Pro hoc est doctrina Nauar. in 3. lib. suorum cons. tit. de Regul. cons. 25. ubi resolutè ait, posse expelli; professionemq; eius non ualere, si Religio haberet statutum confirmatum à Papa, annihilans professionem sic factam, negato morbo (ut in nostris Constitutionibus habetur) aliàs inquit, non posse solo iure cōmuni attento; posse tamen, inquit Prelatum, in pœnam illius peccati cōmissi non, exprimendo illud, quod tenebatur exprimere, eum expellere è Religione

Declar. sec. cond. Cōst.

An tacentis habere morbum incurabile ualeat professio.

Et quando professio non ualeret, an ei licebit exire à Religione, absq; licentia Papæ respondetur, quod sic, secus autem esset, si professio esset ualida, quia tunc nec teneretur exire, nec ad petendam huiusmodi licentiâ; cum sufficeret ei, pro suæ conscientie satisfactione de peccato illo pœnitere; ut aiunt Doctores.



Declar. ter-  
ria condit.  
Ex legi imo  
matrimo-  
nio.

Illegitimi  
quādo pos-  
sunt recipi.

Nota quod  
illegitimi, p  
ingestum  
Relig. nō ha-  
bilitatur ad  
officia: nisi  
specialiter  
dispensetur  
vide sup. in  
verbo Di-  
spensatio in  
nostra adi-  
tione.

Tertia pars  
Diuisionis.

Novitius ha-  
bens casum  
referuat um  
debet pro  
absolutione  
mitti.

Novitius ab  
aliqua cen-  
sura absolu-  
tus, si postea  
exierit quid  
faciendum.

Sexto quoad 3. condit. Constit. vt sint ex legitimo matrimonio nati, **A**  
est aduertendum, quod Sixt. V. in prefata sua const. prohibuit, ut nullo  
modo illegitimi, procreati ex incestu, aut sacrilegio, etiam si fuerint le-  
gitimati, reciperentur: Alij verò ex quouis alio minus legitimo tōro na-  
ti, habita diligenti de eorum vita, & moribus informatione, possent re-  
cipi: sed ad gradus, honores, & dignitates sui Ordinis obtinendū perpe-  
tuò inhabiles, & illorum incapaces remaneret, & c.

Sed per felicem recordationem Greg. XIV. anno 1591. prohibitio **B**  
huiusmodi fuit reuocata, ac ordinatum, vt supradicti illegitimi possent  
recipi, ut prius poterant, antequam const. illa emanasset: & Priuilegia,  
quæ Religiones habent pro illorum legitimatione, atq; ad prælaturas  
promotione de nouo concessit, ac confirmauit: tantum ibi reseruans, vt  
nullus eorum possit recipi in eadem Religione, vbi suus pater reperire-  
tur professus: cæteris Clausulis firmis permanentibus illius Sixti Bullæ.

Septimò, dum in 7. condit. dicitur vt non habeant parentes paupe-  
res, an & quando propter eorum inopiam liceat eis post professionem **C**  
è Religione exire: cum sit hæc questio, ex professo, & valde diffusè à Do-  
ctoribus pertractata, & præcipue à Summis in hac materia, & à Cor-  
duba in declar. nostræ Regul. c. 2. q. 6. Ideò breuitati studendo ad eos  
me remitto, & aliqua dixi supra in uerbo Apostata.

Et sic etiam de questione illa, an & quando possit quis debito aliquo  
obnoxius impediri, ne ad Religionem recipiatur; quæ præcipue tracta-  
tur ab eodem Cordub. ibidem q. 5.

Et hæc sufficiant pro primi, ac secundi mēbri diuisionis à Collectore **D**  
in hac materia Nouitiorum factæ, intelligentia.

#### De Nouitiorum Absolutione, & Dispensatione.

**C**irca autem tertiam partem diuisionis Collectoris, concernentem  
absolutionem venientium ad Ordinem, est sciendum, quod ultra  
ea priuilegia, quæ supra ponuntur in §. 6. 11. Et quæ ego dixi supra,  
in uerbo absolutio ordinaria quoad Fratres, debet primò aduertiri, quod  
quando in Nouitiorum receptione, aliquis eorum ante uel post susce-  
ptum habitum reperiretur aliquem habere casum Sedi Apostolicæ re-  
seruatum, (non obstantibus supradictis Priuilegijs, & infra ponendis) **E**  
debet statim ad eos mitti, ad quos eorum representatio, & absolutio  
spectat; prout sic ordinauit uiuæ uocis Oraculo nostro Procuratori Or-  
dinis Sanctitatis præsentis Pontificis Clementis VIII. de quo uide quæ  
plenius dixi supra in uerbo Absolutio extraordinaria, quoad Fratres  
§. 3.

Deinde aduertendum, quod si qui Nouitij, infra annum Nouitiatus,  
in aliquo excesserint pro cuius absolutione, si in seculo deliquissent ad  
Sedem

**A** Sedem Apostol. uel alibi meritò essent destinandi: sed ratione Religio- nis, secundùm Priuilegia, absoluntur; si postea, non emissâ Professio- ne, absoluti exierint, tenentur utiq; se ei presentare, qui eos aliàs de iure in seculo absoluerè poterant, non ut absoluant, cum iam sint abso- luti, sed ne reincidant, textus est ad hoc expressus, in cap. eos, de sent. excom. in 6. ad quam reinciderent ratione inobedientiâ, non se præ- sentando, iuxta tenorem dicti C. eos. Idemq; determinat Angel. in verbo excommun. 5. §. 48.

Casus Ang. de Nouitijs percussore.

**B** De Nouitio percutiente in Nouitiatu, & absoluto, qui, si postea exierit, & non se presentaret, statim reincideret: cuius rationem esse ait Sylue. in uerbo absolutio 5. §. 7. & sequitur Tabien. absol. 3. ab ex- comun. 6. 10. quia absolutio, quæ impenditur Nouitijs, uel ad habi- tum uenientibus, ipso iure intelligitur, si in Religione perseuerauerint.

Nota.

Et iste casus est ualdè mente tenendus: quia sepe solet euenire, quòd multi Nouitijs percussores Fratrum absoluntur; & postea absoluti, il- linc ad aliquot dies solent exire. quare cautè sunt animaduertendi, eos aliàs incidere in eandem censuram, si non se representauerint ei, à quo aliàs de iure absolui debebant. Et ratio rationis esse potest: quia Pri- uilegio debet priuari, qui Priuilegio abutitur

An Prelatus possit cognoscere de crimine Nouitijs, & maxime de crimine aliquo, requirente depositionem, uel degra- dationem realem? Resoluit Nauar. in 3. lib. consil. de Regular. cons. 58. ibiq; uideas.

Sed an Prelatus Regularis possit cognoscere de crimine Nouitijs, & maxime de crimine aliquo, requirente depositionem, uel degra- dationem realem? Resoluit Nauar. in 3. lib. consil. de Regular. cons. 58. ibiq; uideas.

Ex Priui. Camald. Mōtis Oliueti S. August. Et Carthusien.

**D** Et tandem pro hac tertia parte aduertendum maximum illud Pri- uilegiū, concessum Ordinibus, Camadul. Montis Oliueti & c. quòd refertur in Compendio Priuileg. Fratrum Sancti Hieronymi Hist. an. in uerbo Nouitijs, ubi habetur, quòd possunt, per cōmunicationem supra- dictorū, Priores Ordinis omnes, & singulos Religioni illi Sociari uo- lentes, licet aliam Religionem, uel Ordinem, etiam arctiorem, ingredi uoluissent, ad probationem, & professionem recipere; eosq; authorita- te Apostolica ab huiusmodi uoto absoluerè, & super omnibus alijs uo- tis (Religionis excepto) cum ipsis dispensare, ac quocumq; excommu- nicationis uinculo innodatis inuicta eis, iuxta eorum facultatem resti- tutione, & penitentia salutari) tanquam uni ex professis, absolutio- nis beneficium impendere: ita tamen, quòd, si è Monasterio, ante pro- fessionem discesserint, in eandem, ipso facto, reincidant; ita concessit Leo X. Congregationi Camald. anno Domini 1513. Iulius II. Congre- gat. Mōtis Oliueti, anno Domini 1507. & refertur in eorū Priuileg. n. 31. f. 62. Eugen. IV. Ordini S. August. Priuileg. 94. & 80.

Latissima concessio p. absolut. No- uit.

Nouitijs, licet uouissent in- gredi alium Ordine stit- tiore, pos- sunt recipi. Vide infra in uerbo uo- tum in prin- cipio in no- stra annota.

Et

Privilegium  
pro ministris  
infirmorum.

An Novitii  
possint a ca-  
sibus reserva-  
tis absolui  
virtute Bul-  
lae Cruciatæ.  
4. pars Divi-  
sionis.

Renuntiatio  
bonorum,  
quando, &  
quomodo à  
Novitio sit  
facienda.

Dispositio  
nostre Re-  
gulæ.  
Conc. Trid.  
dispositio.

Renuntiatio  
facienda in-  
tra duos me-  
ses quomo-  
do intelli-  
gitur.

Passarelus.

Navar.

Et tandem Alex. IV. Carthusiensibus, ut in lib. eorum Privileg. f. 8. Extat & aliud latissimum Privilegium à Greg. XIV. Ministris infirmorum concessum; de quo supra mentionem feci, in verbo Absolutio ordinaria quoad Fratres, in principio.

An autem Novitii possint absolui à casibus reservatis in Religione, virtute Bullæ Cruciatæ, vel iure communi, dixi supra in verbo Cruciatæ.

### De Bonorum ipsorum Novitiorum dispositione.

Quoad ultimam autem divisionis partem, concernentem bonorum ipsorum Novitiorum dispositionem: est primò aduertendum, quòd circa Renuntiationem bonorum à Novitijs, ante receptionem, siue professionem, faciendam in nostra Regula habetur, ut dicatur eis verbum s. Euangelij, ut uadant, & uendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare: & hoc equipollere præcepto declaravit Clem. V. Quod qualiter, & quando sit ipsis Ministris obligatorium, hoc eis verbum dicere, ut uadant & uendant, & c. Et ipsis Novitijs, dispensare omnia sua pauperibus, potius quàm parentibus vel alijs; uideas Expositores nostre Regulae, et præcipuè Cordubam in cap. 2. q. 8.

At Conc. Trid. Sess. ultima c. 16. tit. de Regular. statuit, ut nulla renuntiatio, aut obligatio, ante professionem facta, ualeat: nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicary fiat, intra duos menses proximos ante professionem. Ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione. Et quòd ante professionem nihil recipiatur de bonis Novitij, etiam spontè oblatum à parentibus, vel curatoribus eorum, nisi pro uictu, & uestitu, illius temporis, quo in probatione est. & hoc præcipit sancta Synodus, sub anathematis pœna, dantibus, & recipientibus & ut abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant. Hæc in Concilio.

Sed hic sunt aliqua aduertenda, & primò, dum dicitur: Nullam renuntiationem, aut obligationem antea factam ualere, nisi cum licentia, & c. illud intelligi de renuntiationibus tantum, factis post ingressum Religionis, nõ aut de factis ante ingressum, sacra Congreg. Card. declarauit Gaspari Passarello, anno 1573. prout ipse testatur in suo tract. privileg. f. 209.

Sed si ordinationes, uel renuntiationes illæ factæ ante ingressum Religionis, fuissent factæ intuitu Religionis ingrediendæ, tanquam factæ in fraudem canonis, uideri subesse supradictæ Canonis dispositioni, eadem Congreg. Card. respondit. ac idem uidetur sentire Navar. in lib. 3. consil. tit. de donation. cons. 7. & 8.

Et hinc deinde facile erit resoluere dubium illud, cui uidelicet, bona Novitii morientis, Monast. relicta, sunt tribuenda. Nam relictis anti-  
tiquo-

**A** tiquorum Iuribus, & opinionibus, resolutè, iuxta supradictam Conc. dispositionem, uidetur dicendum, quòd, si Nouitius intrando fecit donationem Monast. ante duos menses proximos professioni, donatio nulla erit, etiam si, non moriendo, illam non reuocauit; cum Conc. annullat omnia sic facta. si autem cum licentia Episcopi, siue eius Vicarii, intra duos menses iuxta dispositionem, fecerit donationem Monast. uel alteri, & infra illud tempus moreretur, etiam si expressè illam non reuocauit, intelligas eam similiter esse irritam, & nullius effectus, ob defectum professionis non sequitè: cum in omni casu uideatur disponi per Conc. ipsum dicens, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione.

Viso quonam modo uementes ad Ordinem recipi debeant ad annum probationis. Nunc, pro conclusione huius materiae, restat uidendum à quonam debeant ad professionem admitti: & pro resolutione dicimus, quòd (ut Expositores nostræ Regula aiunt) est inter Doctores dubium, an

Recipere ad professionem quis poterit.

**C** Guardiani, uel Custodes id facere possint. Aliqui enim uolunt, quòd sic (nisi eis id à Ministris fuerit prohibitum) si modo Ministri agerent in remotis, & eorum presentia, siue licentia minimè haberi posset. Alii autem quamplurimi contrariam conantur tueri sententiam, quòd scilicet non possint, nisi soli Ministri, uel illi, quibus ipsi commiserint: pro ratione dicentes; quia si ex Regula solis Ministris, modo, quo supra dictum est, receptio Nouitiorum ad probationem conceditur: multò fortius ipsis tantum Ministris seruabitur id, quod maius est, receptio scilicet, ad professionem. ac ideo Seraphicum Patrem, nullam hic fecisse

**D** Ministr. mentionem, aiunt, ex quo sicut primam receptionem, sic, immo multò fortius, & hanc secundam ad professionem Ministris reseruatam esse supposebat. At licet sit talis inter Doctores uarietas, & ista secunda opinio uideatur magis rationabilis; puto tamen, quòd in hoc, pro omnibus Religionibus, standum sit consuetudini, quæ est optima legum interpres. Bene uerum est, quòd, si per alios, quam per Ministros, sine eorum licentia tacita, uel expressa, quis reciperetur ad professionem, talis professio, saltem in foro Ecclesiæ, esset nulla, ut Lutè Summistæ tradunt.

**E** Modus autem seruandus in receptione ad Professionem, ponetur in fine huius Compendij post Bullas ibi positas.

An autem Nouitii clerici, ex ingressu in Religionem, teneantur ad persoluendum officium Diuinum, uel paruum B. M. psalm. pœnit. grad. & Mortuorum. ut alii professi clerici tenentur: Communis sententia est (quicquid dicat Palud.) quòd non: cum nec Religionis, nec clericalem habeant statum. Vt dixit S. Anto. 3 p. tit. 13. c. 4. §. 1. Sy'uest. tit. Ho-

tit. Hora q. 2. Caiet. tit. hora. §. 1. & Nauar. de hor. c. 7. num. 23. A

Et hæc sufficiant pro huiusmodi Nouitiorum materia: aliqua tamen alia ad Puellarum, seu Virginum Nouitiatum, ac religionis ingressum posui supra, in Verbo Abbatissa.

## O B E D I E N T I A.

1  
Habitus Or-  
dinis.



ONORIVS III. statuit, quòd nullus Fratrum Mi-  
norum, post factam professionem, Ordinem præ-  
dictum relinquere audeat, nec relinquentem alicui sit licitum retinere. Inhibuit etiam, nè sub ha-  
bitu prædicti Ordinis liceat alicui extra obedientiam euagari.  
Et quòd, si qui fortè hoc præsumperit, liceat Prælati dicti  
Ordinis in Fratres ipsos, donec resipuerint, censuram Eccle-  
siasticam exercere, B. ffo. 101. concessione 213. B

2  
Apostatae.

CLEMENS IV. inhibuit, nè quis, post Professionem in Or-  
dine Fratrum Minorum factam, sine Generalis, vel Prouincia-  
lis sui licentia, discedat ab ipso Ordine; Prout latè positum est  
in dictione Apostatae. §. 8. cum additionibus ibidem positis. C

3  
Apostatae.

Idem Clemens fecit quoddam Statutum circa præfatam ma-  
teriam, quod positum est in dictione Apostatae. §. 8.

4  
De Tertia-  
niis.

SIXIVS IV. statuit aliqua circa obedientiam, & subiectio-  
nem, quam Fratres, & Sorores Tertie Regule Sancti Franci-  
sci tenentur exhibere, quæ ponuntur in dictione Tertiarum. §. 8.  
Et habetur, B. fo. 8. Et ffo. 93. conce. 201. D

5  
Exempti.

ALEXANDER VI. inhibuit Fratribus Minoribus Obser-  
uantie, ne prætextu literarum Apostolicarum, se ab obedien-  
tia suorum Prælatorum subtrahere audeant, uel alio Prælate  
eiusdem Ordinis se subdant, uel extra Conuentus, & loca Fra-  
trum, maneant: nisi de consensu Generalium, Prouincialium,  
seu Commissariorum Generalis. Super quo dat Iudices, &  
Conservatores, cum magnis clausulis, & non obstantijs latif-  
simis, B. fo. 14. Et ffo. 99. conce. 209. E

IVLIVS II. prohibuit similiter, sicut Alexander præfatus,  
& addidit contra commorantes causa studij, uel alias extra do-  
mos Ordinis. Secundum hæc cum multis alijs hanc mate-  
riam obedientie tangentibus, posita sunt in dictione Apostatae,  
in multis. §.

**A** OBLATI FRATRUM, VEL MONIALIVM.



**E**UGENIVS IV. fecit magnam Concessionē circa absolutionem oblatorum, & perpetuō do-  
natorum, pro semel in vita, sicut positum est in  
dictionib⁹ Absolutio ordinaria, quoad Fratres,  
.s. 10. Et Absolutio extraordinaria, quoad Fra-  
tres, s. 3.

**1**  
Absolutio.

**B**SIXIVS IV. concessit, quōd Oblati, & Oblata Ordinis Fratrum Carmelitarum gaudeant Priuilegijs, & gratijs dicti Ordinis, sicut gaudere possunt Mulieres Mantellate, & Pinzochera, sub dicto Ordine viuētes: (quę sunt velut Tertiarij Ordinis Minor.) quibus concessum est, posse gaudere omnibus Priuilegijs Fratrum, B fo. 97. Et ffo. 180. conce. 427.

**2**  
Ex Priuileg. Carmelitarum.  
Communicatio Priuilegiorum.

**C**Idem Sixtus concessit Oblatis Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, omnia & singula Priuilegia, & Indulta concessa Fratribus, & Sororibus de pœnitentia, ac Mantellatis, & Pinzocheris, sub dicto Ordine degentibus. Et decreuit in eis locum habere debere, perinde ac si pro eisdem Oblatis personis, & circa illas emanassent, B ffo. 249. conce. 623.

**3**  
Ex Priuileg. Augustinum.  
Communicatio Priuilegiorum.  
Collectos.

Ratione communicationis Priuilegiorum, similiter Oblati Ordinis Fratrum Minorum gaudebunt Priuilegijs Fratrum. ¶ Multa alia pertinentia ad huiusmodi Oblatos, posita sunt in D dictione Familiares Fratrum.

O B L I G A T I O N E S.

**Q**UIA in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mēdicantium reperiuntur multa, & varia, ad quę huiusmodi Fratres obligantur: & ista posita sunt sub diuersis dictionibus huius Compendij: ideō, nē omnia in omnibus dicamus, sufficet per remissiones circa hæc procedere.

Collectos.

**E** ¶ Primò, circa Obligationes Missarum, & aliorum suffragiorum, ratione reddituum, vel alijs, habetur in dictione Missa 3. s. 10. & 11. & 12. ac 13. ¶ Secundò, circa Obligationes pertinentes ad Officium Horarum Canonicarum, ponitur in dictione Officium Diuinum 1. & 2. ¶ Tertiò, quantum ad obseruationis interdicti Obligationem, continentur multa in dictione Interdictum. ¶ Quartò, ad Obligationem votorum, ponuntur nonnulla, in dictione Votum. ¶ Quintò, quoad

R r r Obl-

obligationem Statutorum Ordinis: ponuntur aliqua in dictione Statuta. ¶ Sexto quoad obligationem concordiarum, & conventionum, ac pactorum, habetur in dictionibus Concordia, & Conuentiones.

## OBSERVANTES FRATRES.



**C**ONCILIVM Constantiense fecit Decretum super separationem Fratrum Mino. Obser. à Conuentialibus; vt habetur, B. fo. 25. Et ffo. 109. concessione 236.

**M**ARTINVS V. approbavit postea Decretum prædicti Concilij, quoad separationem Fratrum Minorum Observantium, B. fo. 36. Et ffo. 120, concessione 260.

**E**VGENIVS IV. statuit multa circa Fratres Mino. Obser. & Conuentuales; quæ, quia modernis temporibus non deseruiunt, idè illa hic inferere superfluum iudicavi. Habentur tamen inserta in Bulla Pij II. super eadem materia, B. fo. 2. & ffo. 86. conce. 196.

**P**AVLVS II. statuit etiam multa, circa Fratres Observantes, & Conuentuales: præsertim qualiter possint se transferre ab una obedientia ad alteram. Et ista posita sunt in dictionibus Apostata, & Conuentuales Fratres. Et habentur, B. fo. 9. Et ffo. 93. concessione 202.

**A**LEXANDER VI. statuit, quòd nullus Fratrum Mino. Obser. possit succedere suis parentibus, etiam si transierit ad Conuentuales; vt habetur in dictione Hæredes, §. 4. & 5. & 6.

**L**E O X. statuit multa circa Fratres Minor. Observantes, & Conuentuales in Bulla Vnionis, B. ffo. 28. Et in Bulla Concordiæ, B. ffo. 31. Habentur etiam in hoc Compendio sub varijs dictionibus, iuxta diuersitatem materiarum.

**I**dem Leo in Bulla Vnionis præcepit firmiter, & mandauit sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ, ipso facto incurrenda, & à qua nullus, præterquam in mortis articulo, nisi à Sede Apostolica absolui valeat: ne aliquis Frater Sancti Francisci appellet alium Fratrem eiusdem Ordinis maliciôsè, irrisoriè, aut impropriosè, Priuilegiatum, Collectaneum.

**A** neum, Bullistam, Amadeitam, Clarenum, de Euangelio, seu de Caputio, seu Bigotum, aut alio quouis nomine irrisorio, iniurioso, aut impropertioso, vel quod pro impropertioso à patientibus habeatur. Et similiter precepit tam Clericis, quam laicis, ne Fratres huiusmodi, aut eorum fautores, præfatis nominibus irrisorè; seu maliciôsè appellent, sed omnes Fratres ipsius Ordinis, Fratres Minores, seu Sancti Francisci à seipsis, & ab omnibus alijs appellentur, & nominentur, B. ffo. 30.

**B** concessione 99.

Sciendum circa prædicta, quòd Reuerendissimus Dominus D. Christophorus de Forliuio Cardinalis de Ara celi, dixit Reuerendo Patri Fratri Ioanni de Argomanes, quòd Summus Pontifex Leo. X. ad suam instantiam amouit dictam Césuram, quoad Fratres, ad minus Obseruantes, & adhuc generaliter; prout præfatus Pater credebat. A quo ego accepi, sicut supra posui.

**C** Idem Leo fecit tres Concessiones circa dignitatem locorum, quæ Fratres Mino. Obser. in actibus publicis, quando cum Conuentualibus eiusdem Ordinis, & Augustinensibus conueniunt, habere debent; prout habetur in dictione Pro-  
cessiones, s. 3. & 4. & 5.

OCTAVÆ FESTIUITATVM.

**D** Circa Octauas Festiuitatum, sunt nonnulla ordinata, seu concessa à Summis Pontificibus, quæ infra ponuntur.



**I**XTVS IV. statuit, quòd fiat Octaua solennis de Festo Conceptionis Virginis Mariæ, sicut positum est in dictione Cõceptio Virginis, s. 5.

Idem Sixtus cõcessit, quòd celebretur Octaua sancti Bonauenturæ, sicut de alijs Sanctis Ordinis Minorum, o. fo. 64. Et ffo. 68. concessione 134.

**E** Idem Sixtus statuit, & ordinauit, quòd Festiuitas omnium Sanctorum cum Octaua, sub duplici Officio solenniter celebretur per vniuersum orbem, perpetuis futuris temporibus, b. ffo. 51. concessione 56.

Idem Sixtus ordinauit, seu declarauit, quòd per Octauam omnium Sanctorum semper fiat idem Officium, quod in die. Et quòd dicatur Officium Beatæ Virginis. Ac quòd non fiat de aliquo Festo, sicut fit in Octaua Sancti Francisci, o. fo. 63. Et ffo. 67. concessione 115.

Collector.

8

Collector.

1

De Cõceptio-  
tione Virg.

2

De Sancto  
Bonauentu-  
ra.

33

De Festo o-  
mnium San-  
ctorum.

4

De omnib<sup>9</sup>  
Sanctis.



5

Idem Sixtus concessit, posse dici Credo in Octava Festiuitatis Beati Francisci, o. fo. 63. Et ffo. 68. concessione 133.

Collector.

Circa hoc vide in dictione Credo, post 5. §. 2.

6

Pro Sancto Iacobo.

ALEXANDER VI. concessit, quod in Prouincia Sancti Iacobi celebretur Octava Festi eiusdem Sancti Iacobi, & cum Officio proprio, Et quod dicatur Credo, per totam Octauam, o. ffo. 70. concessione 168.

7

De Octauis Beate Virginis.

Idem Alexander concessit Fratribus Mino. de Obser. vt in omnibus Festis Gloriosę Virginis Marię, Octauas habētibus, Octauum diem sub duplici minori possint celebrare, o. ffo. 261. concessione 679.

## OFFICIA ORDINIS.

*Distinctio materię Officiorum Ordinis.*

Collector.

**Q**uoad Officia Ordinis multa, & varia statuta, & concessa sunt a Summis Pontificibus, iuxta varietatem Officiorum. ¶ Et primò, quoad Officium Generalis Ministri, habetur in dictione Generalis Ordinis. ¶ Secundò, quoad Officium Ministrorum Prouincialium, in dictione Ministri. ¶ Tertiò, quoad Officium Custodum, in dictione Custodes. ¶ Quartò, quoad Officium Guardianorum, in dictione Guardianus. ¶ Quintò, quoad Officium Visitatorum Monialium, in dictione Moniales, §. 22. & 27. & in dictione Visitatores. ¶ Sextò, quoad Officium Vicariorum Monialium, & Conuentuum Fratrum, in dictione Vicarij. ¶ Septimò, quoad Officium Abbatissarum, in dictione Abbatissa. ¶ Octauò, in generali, quoad omnia prædicta Officia, habentur ea, quæ cõcernunt electiones, in dictione Electio. Ultra omnia præfata, adduntur hic quædam attinētia in genere ad Officia Ordinis, præsertim ad durationem ipsorum.

1  
Prohibitio  
cõtra disce-  
dētes ab Or-  
dine.



**N**ICOLAUS IV. statuit, ac ordinauit, vt Fratres Ordinis Mino. qui, post professionem ab eis in Ordine factã, ad quoscunq; Ordines Professionis cuiuslibet, petita vel non petita, obtenta vel non obtenta, a suis Superioribus licentia immediatè vel per alium, leu alios Ordines mediatè transierint, in Ordine siue Ordinibus, ad quem vel ad quos transitum habere contigerit, vel etiam extra illos, ad nullam omnino administrationem, vel Officium habens curam animarum

**A**marum neq; etiam ad aliquam dignitatem, vel prelaturam quoquo modo possint assumi, absq; Sedis Apostolicæ speciali, & expressa licentia, per ipsius Sedis patentes literas concedenda, facientes plenam, certam, & determinatam de Statuto. & Ordinatione huiusmodi mentionem. Et decrevit irritum, & inane, si secus in hac parte fuerit attentatum, B. fo. 28. Et ffo. 112. conce. 239.

**I**VLIVS III. statuit, & in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub Excommunicationis pœna præcepit, quòd omnia, & singula Officia trium Ordinum Beati Francisci, sint triennialia, ita, vt expleto triennio, in eadem Domo prorogari quispiam non possit in Officio Prælationis: licet benè in alia Domo, vel in alio Officio, B. ffo. 226. conce. 531.

**S**upradictum Statutum nunquam fuit admissum: immò in Capitulo generali apud Rebasten, celebrato, fuit contra hoc reclamatum; prout retulit Reuerendus Pater Frater Ioannes de Argomanes; qui fuit Prouincialis Sancti Iacobi. Et cum moribus vterium non sit comprobatum, videtur per non vsu abrogatum. Idemque, aut simile iudicium esse videtur de Statutis generalibus circa hoc factis, quæ inferius annotantur.

Circa durationem Officiorum Ordinis fuerunt nonnulla Statuta in Capitulo generali celebrato in Conuentu Laualis Prouinciæ Turoniæ, anno Domini 1503. prout sequuntur.

**O**rdinat, & statuit generale Capitulum, quòd omnia, & singula Officia regiminis trium Ordinum Beatissimi Francisci Patris nostri de cætero sint triennialia. Si autem aliquis Guardianus, seu Abbatissa, postquam suum triennium in aliquo Conuentu finierit, in altero eligatur, vel postuletur, ibidem poterit præfici, & confirmari. Sed non poterit vltra triennium in eodem Conuentu in Officio continuari. Non intelligitur autem ita præcisè huiusmodi triennium, quin possit per mensem, & per menses plògari, vel breuiari, secundum quòd Capitula prouincialia accelerantur, vel prahuntur, fo. 229. tra. 3. Et ffo. 248. tr. 2.

Item determinat totum Capitulum generale, quòd Confessores Monialium S. Cla. sint triennales, sicut cæteri prælati, seu Guardiani, vel alij in Regimine constituti. Et quòd nullus in hoc possit dispensare, fo. 229. tractatu. 3. Et ffo. 249. tractatu. 2.

**L**EONARDUS X. in Bulla Vnionis statuit, quòd Officiu Mini. Gen. possit durare per sex annos; quibus sex annis expletis, ipso facto sit absolutus à Generalatus Officio, & pro tali ab omnibus ha-

Pro tribus Ordinibus Sancti Francisci.

Collector.

Collector.


Statutu generale.

Minister Generalis.

beat, B. ffo. 29. conce. 93.

4  
Ministri Pro  
vinciales.

Idem Leo voluit, & ordinavit, quòd Ministri Provinciales, ultra triennium, nò possint continuari in suis officijs. Et quòd, elapso triennio, pro absolutis ab officio à cunctis Fratribus habeantur, Et quòd idem iudicium de Custodibus per omnia habeatur, B. ffo. 30. conce. 87. prope finem.

 CAPVCCINI ANNOTATIO.

7m. 5. 2.

**C**irca id, quòd dicitur in §. 2. ut Officia Ordinis sint triennalia, vide de id, quòd supra dixi in verbo Abbatis §. 5. f. 4. Et in verbo Electio.

Ista materia  
diuerso Or-  
dine & me-  
lius tractatur  
hic à prima  
impressione.  
Collector.

OFFICIUM DIVINUM.

*Distinctio Concessionum pertinentium ad Officium Diuinum.*

**C**irca Officium Diuinum, multa, & varia reperiuntur in Privilegijs Fratrum, quæ sub sequenti Ordine distinguuntur. ¶ Aliqua enim concernunt celebrationem Missarum. Et hæc habentur super, in dictionibus Celebratio Diuinorù, Credo, Gloria, Præfatio, & Missa. ¶ Alia spectant ad Horas Canonicas. ¶ Ista verò subdistinguntur. nam quædam pertinent ad Officium Feriale; de quibus supra, in dictione Feriæ.

Quædam autem attinent ad Festiuitates Sanctorum, prout habentur in dictione Festiuitas. ¶ Quædam ad Octauas Festiuitatum, sicut positum est in dictione Octauæ Festiuitatum. ¶ Nonnulla tanguunt Officij Diuini ordinem, & modum dicendi, Et hæc ponuntur hic primò. ¶ Deinde adduntur aliqua, quæ pro suppletionem defectuum in huiusmodi officio commissarum sunt concessa. ¶ Postremò super adduntur Indulgentiaratione huiusmodi Officij concessæ.

OFFICIUM DIVINUM, PRIMUM.

1  
Ex iure cõi.



**C**ONCILIVM Agatense statuit, quòd Presbyter manè Matutinali Officio expleto, pensum seruitutis suæ, videlicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperasq; persoluat. Ita tamen, vt horis competentibus, iuxta possibilitatem, aut à se, aut à scholaribus

bus

**A**bus, publicè compleantur. Habetur in c. Presbyter, de celebratione Missarum.

Notandum, quòd glosa super prefato verbo Persoluat, dicit, Consilium est, ut simul dicat omnes Horas, ne superuenientibus occupationibus, aliquam horam dimittat. Et intelligitur hoc de Clericis pauperibus, quos ad opus rurale oportet exire: vt infra textus patet. Alias suo loco, & tempore, dicendæ sunt singulæ horæ. Hæc glosa:

**B** CONCILIVM Gerundinense statuit, semper observari, vt omnibus diebus, & post Matutinum, & Vesperas, oratio Dominica proferatur. Habetur in c. Id semper, de consecra. distin. 5.

Super hoc dicunt Doctores, quòd per Matutinum intelligitur Officium vsq; ad Nonam, & per Vesperas, vsq; ad Completorium.

**C** INNOCENTIUS III. in Concilio Generali districtè præcepit in virtute obedientiæ omnibus Prælati, & Clericis, seu personis Ecclesiasticis, vt Diuinum Officium nocturnum pariter, & diurnum (quantum eis dederit Deus) studiosè celebrent pariter & deuotè Habetur in c. Dolentes: de celebratione Missarum.

**D** INNOCENTIUS IV. concessit Fratribus Minoribus, vt quando ratione itineris, vel alterius rei causa, extra Conuentus, seu loca sua, quemlibet, vel quoslibet eorum contigerit degere, possint Diuinum Officium Fratres cum Fratribus, aut simul cum alijs Regularibus personis, vel quilibet separatim facere alio, quam Romano Ordine, placuerit. Et quòd id sufficiat ad persoluendum debitum, ad quod ratione Regula tenentur, nec iterum proprium Officium dicere teneantur, B. fo. 55. Et ffo. 138. concessione 305.

**E** SIXTUS IV. concessit, vt Officium Conceptionis Beate Virginis per Fratrem Bernardinum de Busto compilatum, & ordinatum, possit liberè, & licitè dici, & recitari à quibuscumque volentibus, pro deuotione sua illud dicere, B. fo. 124. concessione 272.

Idem Sixtus concessit, quòd Fratres Minores possint dicere Commemorations omnium Sanctorum sui Ordinis, sub vna Antiphona, o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 116.

**F** ALEXANDER VI. concessit, Fratribus Mino. vt in solennitatibus sanctorum possint dicere proprias eorum historias.

Collector.

2  
Ex iure cõi.

Collector.

3  
Ex iure cõi.  
Celebrate  
Diuina.

4  
Pro itinerantibus Fratribus Dispensatio.

5  
De Officio conceptionis.

6  
De Sanctis Ordinis.

7  
De historiis propriis.

rias, etiam si in Breuiario non sint, o. ffo. 261. conce. 679.

8  
Pro scrupu-  
lous Fratri-  
bus.

LEO X. concessit, quod Fratres Mino. dicendo Horas Ca-  
nonicas, & alia Officia Divina in Choro, vel extra, satisfaciāt  
præcepto Capituli Dolentes: de cele. Miss. de dicendo studio-  
sè, pariter & deuotè, ac etiam Regulæ suæ: etiam si propter ali-  
quam fatigationem, vel aliam causam, dicant, sedèdo, aut de-  
ambulando, vel non integrè verba proferendo, prout scripta  
sunt, propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam pro-  
lacionem naturalem, propter defectum linguæ, seu alias qua-  
litercumq; ore imperfectè dicant, aut cum mentis distractio-  
ne, & sensuum vagatione: dū tamen non ex malitia hæc faciāt.

Et similiter concessit, quod, qui cum talibus malè proferen-  
tibus, vel alios supradictos defectus facientibus dicūt Officiū,  
non teneantur reiterare ab alijs imperfectè dicta, aut ab eis  
non integrè audita, propter distantiam localem, vel strepitū,  
seu aliam causam: sed satisfaciant præcepto Ecclesie, & Regu-  
læ suæ, qualitercumq; audiendo quæ alij debent dicere, præfer-  
tim in Choro, O. ffo. 59. conce. 169.

9  
Pro scrupu-  
lous Fratri-  
bus.

Idem Leo concessit, vt ne Fratres prædicti mutuò se impe-  
diant in Officio Diuino, aut alijs sint fastidiosi, quod illa, quæ  
in ordinario iubentur dici secretè sub silentio, tam in Horis  
Canonicis, quàm etiam in Missa, non teneantur proferre vo-  
caliter: sed satisfaciant dicendo mentaliter, aut legendo inter  
se per librum: quia aliqui deuotius sic dicunt, & absq; impedi-  
mento, & fastidio aliorum. Et quod eodem modo possit face-  
re, qui solus dicit Officiū per se: cum prolatio verbalis sit præ-  
cipuè, vt ab alijs intelligatur, O. ffo. 59. concessione 170.

10  
Pro scrupu-  
lous Fratri-  
bus infirmis.

Idem Leo, quia fuit informatus, quod aliqui Fratres scrupu-  
losi, quando sunt in infirmitate, ferè nunquam possunt, nec  
sciunt discernere, & se determinare, quando licitè possunt di-  
mittere dicere Horas Canonicas, concessit, quod siue propter  
febrem, aut dolorem intèsum, vel aliam infirmitatem Fratres  
fuerint grauari, & afflicti, satisfaciant dicendo pro Horis Ca-  
nonicis, Preces, Hymnos, Pater noster, Aue Maria, vel alia iu-  
dicio Prælati, aut Præsidentis loci, seu Conuentus assignanda.  
Et hoc quando Medicus corporalis (si commodè potuerit  
haberi) dixerit esse nocium infirmo, O. ffo. 59. concessione  
171.

11  
Pro scrupu-  
lous Fratri-  
bus.

Idè Leo concessit, quod Capitulū generale dūtaxat, habeat  
facultatem declarandi dubia, quæ occurrerint circa Officiū  
Diui-

**A** Diuinum, & ordinandi, addendi, & mutandi quicquid videbitur pro Fratibus expedire, tam in Regulis, quam in kalendario, O. ffo. 59. conce. 176. ¶ Vide circa hoc infra §. 14.

**B** Idem Leo concessit, quod quando Fratres predicti habent aliquas occupationes, possint sine conscientie scrupulo antepone, sine postponere Officium Diuinum, vt puta dicendo Matutinum ante mediam noctem quacumq; hora voluerint, & alias horas de mane, vsq; ad Vesperas exclusiue; etiam si occupatio non sit multum necessaria: sed satis est, quod cogitent tunc deuotius, ac quietius dicere, O. ffo. 60. concessione 128.

**C** Idem Leo concessit, quod Ministri Fratrum Mino. in suis Capitulis Prouincialibus respectiue, possint, de Consilio Definitorum, nominare duos vel tres Fratres; qui, sic nominati, possint ordinare vnum Kalendarium Sanctorum Feriarum, & Dominicarum pro toto anno, cum Regulis necessarijs. Ita, quod semper in quacumq; Prouincia, tam Fratres, quam Moniales illarum Prouinciarum respectiue, idem Officium, & de eodem Sancto, vel Festiuitate, aut Feria faciant, ne varietati, & discordie locus detur: dum tamen non multum discrepent a Kalendario Romano, O. ffo. 61. concessione 190.

**D** Idem Leo declarauit, quod Fratres Mino. dicendo Officium extra Chorum, propter occupationes occurrentes, non teneantur ad obseruantiam Horarum statutarum: quibus solet Officium in choro dici a Fratibus: preesertim quando sunt ipsi Fratres in itinere constituti, vel alias infirmitate, sine occupatione communi prepediti, o. ffo. 91, concessione 266.

**E** Idem Leo fecit duas Concessiones, seu dispensationes circa Officium Diuinum pertinentes ad Moniales S. Claræ: que posita sunt in dictione Moniales, §. 23 & 24.

CLEMENS VII. fecit aliam dispositionem, pertinentem ad hanc materiam, pro Monialibus, & Fratibus imperitis, prout habetur in dictione Moniales, §. 29.

*Ex Privilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

**E**UGENIVS IV. concessit, quod Monachi clerici, in Sacris tamen non constituti, etiam si Professi, ad Canonicas Horas recitandas ex debito minimè teneantur. Debeat tamè Prior psalmos aliquos, aut Pater noster, aut Officiu, qd laicis Monachis iungitur, predictis hmōi Monachis Clericis, q aliqua forte rationabili causa Horas Can. (vt dictu est) nō recitauerint,

iniun-

Ordinare.  
Declarare.

12  
De anticipa  
tione, &  
postpositio  
ne horarum

13  
Ordinare.

14  
De anticipa  
tione, &  
postpositio  
ne horarum

15  
Pro Monia  
libus.

16  
Pro Monia  
libus.

17  
Pro nescien  
tibus dicere  
Officiu Di  
uinum.

iniungere; ut illud Apostoli in omnibus impleatur: Qui manducet, quod laboret, o.

**Collector.** Præfata Concessio non deseruit pro Fratribus Minoribus: quia ipsi statim, ut professionem emittunt, tenentur ratione voti ad persoluendum Officium Diuinum: licet non sint in sacris Ordinibus constituti, ac si omnes Sacros Ordines haberent. Poterit tamen huiusmodi Concessio prodesse alijs Fratribus Mendicantibus.

*Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.*

**18**  
**Declaratio**  
**dubiorum.**  
**B**ENEDICTVS XIII. concessit, quod ubi occurrerit dubium in recitatione Horarum in choro, possit illud determinare Prior, vel Vicarius, aut ille, qui est deputatus in Choro Corrector, vel maior pars presbyterorum, o.

**19**  
**De Officio**  
**dominici**  
**nostræ.**  
**M**ARTINVS V. concessit, quod singulis diebus sabbatinis, nisi Festum duplex occurrat, possint Fratres Officium Beatæ Mariæ Virginis liberè celebrare, o.

**20**  
**De Cantico**  
**graduum.**  
**I**dem Martinus concessit, quod Priores, & Fratres Ordinis Sancti Hieronymi possint post Completorium dicere Canticum graduum, & Matutinos Beatæ Virginis, o.

**21**  
**De Horis**  
**Beatæ Virg.**  
**I**dem Martinus concessit, quod Fratres præfati Ordinis, recitantes extra chorum, possint recitare Horas Beatæ Virginis ante horas diei, vel è contrario. Et idem etiam de Matutinis: dummodò non dicant omnes Horas Beatæ Virginis post omnes horas diei, o.

**Collector.** Præfata Concessionem reperi alibi, prout sequitur.

**22**  
**De Horis**  
**Beatæ Virg.**  
**I**dem Martinus concessit, quod Priores, & Fratres dicti Ordinis Horas Canonicas Beatæ Virginis, quandocumq; voluerint, ante horas Canonicas diei, orando, vel alias dicere, vel prout negocia occurrerint, melius ordinare (in choro tamen dicendo modo consueto) liberè, & licitè valeant, o.

**23**  
**I**dem Martinus, circa Officium Diuinum, fecit quandam Concessionem pro Fratribus infirmis, & senibus; prout habetur in dictione Infirmi Fratres, §. 11.

**24**  
**Pro festis**  
**Corporis**  
**Christi: &**  
**Visitationis**  
**Beatæ Virg.**  
**E**VGENIUS IV. concessit, quod in Festiuitatibus Corporis Christi, & Visitationis Beatæ Virginis, & per earum Octauias, possit dici in præfato Ordine Matutinum post Completorium diei præcedentis. Et quod gaudeant qui intersunt indulgentijs concessis, ac si hora consueta interfuissent, o.


**25**  
**I**dem Eugenius concessit, quod Priores, & Fratres Ordinis Sancti Hieronymi, circa Officia Monasterij, vel Ordinis, vel

alia

**A** alia pia opera occupati, seu debiles, aut infirmi cum licentia Prioris, aut Confessoris pro Fratribus deputati, possint, post completoriū in die præcedente dicere Matutinos ante mediā noctem, & post mediā noctē, etiam ante aurorā dicere alias Horas, vsque ad Vesperas, Et hoc quamdiu vixerint in obseruantia Regulari, o.

Idem Eugenius prefatis Fratribus fecit duas Concessiones, circa hmōi materiam pro infirmis, & senibus, ac debilibus, prout habetur in dictione Infirmi Fratres, §. 12. & 13.

## ANNOTATIO CORDVBÆ.

**C**  **V**oad. §. 6. 7. & 8. primò, quòd post illam Concessionē Sixti IV. deberent poni aliæ eiusdem Sixti, & aliorum Pontificum Concessiones, quæ in eo Compendio, tit. Officiū Diuinum, 2. habentur inferius. Secundo notandum, quòd ibi omiſſæ sunt duæ Concessiones, & duo §§. ex defectu Calligraphi. Nam ibi deficit Concessio §. 7. & Concessio §. 8. quæ ibi truncata est: & quàmuis Concessio illa pro §. 8. quæ ibi truncata, est optimè possit suppleri, ut Paulò inferius suppletur, tamen ego non possum diuinare, quæ Concessio sit illa, quæ pro §. 7. posita erat, aut debuit poni à Collectore: quia non habeo eius Originale. Ideò, loco eius, ego pono unam aliam Concessionem, quæ non est posita in Compendio; & fortè hæc est, quam Collector ibi pro §. 7. posuit. Est ergo pro §. 7. Concessio hæc quæ habetur in Registro Ordinis, factò tempore Reuerendissimi Patris Fratris Frãncisci Lycheti Ministri General. quòd s. Leo X. anno Domini 1519. niuæ uocis Oraculo concessit, quòd tempore Capituli, non teneantur Fratres dicere in Choro Officiū Beatæ Virginis, & habetur fff. 92. Concessione 304. Pro §. autem 8. Concessio illa, quæ ibi habetur truncata, suppletur sic, Leo. X. concessit nobis, quòd dicendo Horas Canonicas, & alia Officia Diuina in Choro, uel extra, satisfacimus præcepto cap. Dolentes, de celebranda Mis. de dicendo Studiosè pariter & deuotè, ac etiam Regulæ nostræ, etiam si propter aliquam fatigationem, uel aliam causam, dicamus sedendo, aut deambulando, uel non integrè proferendo uerba, prout sunt scripta, propter negligentiam, aut imperitiam, & c. ut ibi subsequitur in Compendio, ante §. 9.

De anticipa  
tione Horarum.



## OFFICIUM DIVINUM: SECVNDO.

**I**  
Indulgentia  
pro supple-  
tione defe-  
ctuum Offi-  
cii Diuini.



**C**LEMENS V. fertur Concessisse, quòd quicunq;  
in fine Horarū dixerit flexis genibus infra scri-  
pta, consequatur remissionem omnium defe-  
ctuum in huiusmodi Horis commissorum. Et  
insuper conceduntur ei quadraginta dies Indul-  
gentiæ. ¶ Sequitur oratio, cui præmittitur. **V.**

Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. Antiph. ¶ San-  
ctissimę Trinitati, & indiuiduę vnitati, domini nostri cruci-  
fixi humanitati, & Beatissimę Virginis Marię fecunditati, &  
virginitati, sic sempiterna gloria nunc & semper, & per infini-  
ta seculorum secula. Amen Oratio. ¶ Suscipe Domine Deus  
meritis, & precibus Beatissimę semper Virginis Marię om-  
nium sanctorum officium seruitutis nostrę, & si quid in tuis  
laudibus dignum egimus, propitius respice, & quòd negligē-  
ter actum est, clementer indulge. Per Christum, &c. ¶ Simili-  
ter asseritur, quòd Sixtus Papa IV. concessit supradictam re-  
missionem dicenti solum antiphonam suprascriptam, scilicet,  
Sanctissimę Trinitati. Et hoc est satis verisimile, cum sic ha-  
beat communiter in vsu apud Ecclesiasticos.

**2**  
Pro supple-  
tione defe-  
ctuum Offi-  
cii Diuini.

**SIXTUS IV.** concessit omnibus Fratribus Mino. non va-  
lentibus persolvere Diuinum Officium bene, ac diligenter in  
Choro, prout tenentur, quòd si per defectum visus, vel audi-  
tus aliquid prætermiserint, non teneantur illud ommissum ite-  
rum persolvere: sed dicant vnum psalmum in fine Horarum,  
& sufficiat eis, o. fo. 62. & ffo. 66. concessione 98. Et fff. o. 100.  
concessione 383.

**3**  
Pro supple-  
tione defe-  
ctuum Offi-  
cii Diuini.

**INNOCENTIVS VIII.** concessit, quòd quando Fra-  
tres Mino. aliquid dimittunt de Diuino officio, non ex dolo,  
possint supplere cum aliquo psalmo, vel dicendo orationem  
Dominicam, vel Ave Maria, o. ffo. 69. conce. 249. ¶ Idem ad  
literam reperitur concessum per Alexandrū, VI. ffo. 99. conce. 362.

**4**  
Pro Fratribus  
idiotis.

Idem Innocentius concessit quòd Fratres Mino. professi,  
nescientes per se plene persolvere Officium Diuinum, non te-  
neantur ad id, sub pœna peccati mortalis, donec sciuerint illud:  
dummodo faciant quòd in se est, & dicant sicut sciunt, & ultra  
dicant Horas Fratrum laicorum, o. fo. 65. & ffo. 96. conce.  
156. & fff. 100. conce. 373.

**A** LEO X. concessit, quòd quicumq; dixerit post quamlibet horam diei infra scriptam orationem, & in fine illius vnum Pater noster, & Ave Maria, pro felici statu suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ Sanctæ Dei, consequatur plenariam remissionem omnium defectuum in illa hora humana fragilitate commissorū. Oratio. ¶ Sacrosanctæ, ac indiuiduæ trinitati, crucifixi Iesu Christi Domini nostri humanitati, & Beatissimæ, ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fecunditati, siue integritati, & omnium sanctorum Vniuersitati, sit sempiterna laus, honor, uirtus, & gloria ab omni creatura; nobisq; remissio peccatorum per infinita secula seculorum, Amen. Et Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium: & Beata vbera, quæ lactauerunt Christum Dominum. Pater noster, & Ave Maria, pro intentione supradicta, o. ffo. 61. concessione 268.

**B** Idem Leo, ampliando prædictam gratiam, concessit, quòd non solum sufficiat dicere supra scriptam orationem. s. Sacrosanctæ, &c. pro supplemento vnius horæ, quando dicitur per se sola, sed etiam omnium horarum, quæ dicuntur semel, seu vno contextu: licet aliquis paruus interuallus inter vnâ, & aliam fiat, o. ffo. 94. conce. 294.

## ANNOTATIO CORDVBÆ.



**D** *Voat. §. 4. notandum id, quod ibi conceditur per Innoc. VIII. habetur etiam declaratum in tab. 19. Vic. g. & melior concessio habetur supra, tit. Officium Diuinum 1. §. 16. per communicationem Monialium, tit. Moniales, §. 29. & de his latius in tit. Infirmi Fratres tit. Feria, tit. Festiuitas, tit. Missa, secundum subiectam materiam, habetur.*

## OFFICIUM DIVINUM, TERTIO.



**A**LEXANDER VI. concessit omnibus dicentibus in Officio Beatæ Virginis, in hymnis Quem terra pontus, &c. & O Gloriosa Domina, &c. V. Maria Mater gratiæ, &c. decem annos indulgentiæ pro qualibet vice, o. fo. 66. Et ffo. 70. con. 170.

**L**EO X. concessit, quòd Religiosi Ordinis Minorum, qui Officium Diuinum soluerint per librū, consequantur remissionem dimidiæ partis peccatorum commissorum illa die, qua prædictum soluunt Officium, O. ffo. 94. conce. 298.

5  
Indulgentia  
pro supple-  
tione defe-  
ctuum Offi-  
cii Diuini

6  
Indulgentia.

3  
Indulgentia.

2  
Indulgentia.

Ex Privilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

**M**ARTINVS V. concessit Fratribus sancti Hieronymi, quòd pro qualibet hora, scilicet, Matutino, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperis, & Completorio, cum eas dixerint in Choro cum alijs, lucrentur centum dies indulgentiæ, o.

**Collector.** De indulgentijs concessis ratione Officij Corporis Christi, habetur supra, in dictione Indulgentiæ quoad seculares, post §. 2. Et de Indulgentijs concessis ratione Officij Conceptionis Beatæ Virginis, habetur etiam in dictione Indulgentiæ quoad seculares, 7. §. 1. & 2.

**Collector.** Sequuntur aliæ indulgentiæ attinentes ad Officium Diuinum, quæ reperiuntur concessæ; prout in subsequentijs verbis continentur.

**Indulgentia.** Quando Iesus nominatur, si deuotè inclinatur.

Dantur indulgentiæ, à Ioanne vigesimo.

Secundo Papa optimo, dies quater decies.

Ad campanam cum pulsatur, si Aue Maria dicatur.

Dantur dies totidem.

Et ad gloriam psalmodum, quodcumq; tenent chorum.

Si benè sunt inclinantes, quadraginta sunt lucrantes.

**CAPVCCINI ANNOTATIO.**



**M** I C E T, circa Officium Diuinum persoluendum, varia reperiantur Concessionones Clericis Regularibus, & Beneficiatis factæ; nunc tamen debet observari Const. 72. pro Breuarijs, & Const. 125. pro Officio B. Virginis, & Const. 138. Pij V. vt in Bullario pro pena Beneficiatis non dicentibus diuinum Officium insuetæ; in Constit. enim illa 72. annullantur omnia alia Breuaria, & illo tantum nouo uti iubetur: ac in alia Const. 125. mandat, ut Officio B. Virginis ab ipso met Pio V. reformato utatur cæteris alijs annullatis, &c.

**Concessio**  
**Cõgregatio-**  
**ni S. Iusting**  
**Camaldulës.**  
**& Mõris Oli**  
**ueti.**

Sed ultra supradictas Concessionones est sciendum, quòd Fratres in Officij Monasteriorum occupati, ideoq; in Choro interesse nequientes, aut qui alijs non docti sunt, aut minus experti, ut Officium diuinum commodè dicere possint (dummodò in sacris non sint Ordinibus constituti, licet professionem emisissent) ad persoluendum integrè prædictum Diuinum Officium non teneantur; sed Prælati, consideratione subditorum, ultra Officium B. Virginis, ad quod obligati remanere Pontifex

uoluit

**A** uoluit aliquid aliud dicendum illis imponere possunt, quod cum animi alacritate persoluant: ista concessit Eugenius IV. Congregat. S. Justine, anno Domini 1436. Et Iulius II. Congregat. Montis Oliueti anno 1507. Et Congreg. Camaldul. Leo X. anno Domini 1513.

Possunt etiam Fratres *Minores*, qui ad horas *Canonicas* tenentur sine *Scrupulo*, ratione itineris, uel alterius honeste occupationis, quando creditur, quod tunc maiori deuotione *Officium* recitabunt, dicere *Matutinum* Vespere ante solis occasum, uel mane totum, usq; ad *Completorium* inclusue.

**B** Ita concessum est per *Pium V.* *Minoribus* ut refertur in *Compend. Societatis Iesu*, uerbo *Horæ Canonicae* §. 2. & in *manuscripto Priuileg. Minor* f. 79. pag. 2.

Possunt *Fratres Ordinis Societatis Iesu* de licetia *Generalis*, aut aliorum quos ipse substituerit, sine *Scrupulo*, *Officium Diuinum* Missæ post ponere, iustis de causis, super quo conscientia largientis licentia oneratur. Ita concessit *Iulius III.* *Societ. Iesu*, ut in eodem eius *Compend. refertur*. Verbo *Horæ Canonicae* §. 1.

**C** Eorumq; professi, quousq; *sacro Ordine* initiantur, non obligantur ad *Diuinum Officium* persoluendum; & huius ratio est, quia obligatio dicendi *Diuin. Offic.* non prouenit ratione professionis; sed uel ratione *Clericatus in sacris*, uel *Beneficarij*, uel *Monachatus* utriusq; sexus, ex antiquissima consuetudine, uel *statuto Religionis*, ut inquit *Astensis*. & *Medin. C. de oration. q. 7.* & habetur in *summa d. Iacobi de Grassis* nuper edita, tit. de *Horis Canonicis*, n. 6.

**D** *Fratres Ordinis prædicationi uerbi Dei, audientiæ Confessionum*, & *sacrae Theologiæ*, ac *sacrorum canonum studiis* insistentes, ad suam, & *animarum fidelium utilitatem*, & qui occupantur *infirmirate propria*, aut *infirmorum Fratrum curatione*, satisfaciunt pro *horis canonicis*, recitantes certum numerum *psalmorum* per *Priorem* eis assignandorum, numero non minus *septem*, aut *sex*, cum *deuotione*: aut *orationem Dominicam septies*, & *symbolum Apostolorum* bis: grauiter autem *agrotantes*, *orationem Dominicam septies in die recitando septem horis canonicis similiter satisfaciunt*. Ita concessum est à *Clem. 7.* *Societati Clericorum S. Siluestri*, & *S. Andreae de urbe*, alias *Theatini*: nuncupati, & refertur in *Compend. Priuileg. S. Hieron. hispan. Collecto à P. Garzia*, anno 1591. f. 108. §. 70.

**E** Sed an *Officium paruum B. M.* sit à *Fratribus* recitandum sub *pæna peccati mortalis Resolūtè* respondendo (quidquid dicant in hoc *Doctores*) quod, qui *Romano Offic.* utuntur, & ad *horas canonicas* recitandas sunt obligati, tenentur in *Choro* illud persoluere illis diebus, quibus in *rubricis dicti Breuiarii* annotatur, sub *pæna peccati mort.* extra

Minoribus.

Societati Iesu.

Societati Clericorum S. Siluestri de Urbe alias Theatini.

vero Chorum, liberum est cuiq; pro temporis opportunitate, illud dice-  
 re, uel omittere. Psalm. uerò penitent. & Graduales, Officiūq; de-  
 functorum, extra omnem culpam dici debent. ut ex Const. Pij V. in  
 principio Breuiarij posita apparet. Qui uerò alio Officio, quàm Roma-  
 no in Religionibus licitè uti possunt, tūc ad dictum Officiū B. M.  
 cum etiam ad 7. Psalm. ad Grad. &c. persoluenda, secundum Statuta  
 Religionis tenebuntur, lethaliter, si sub lethali culpa statuuntur. &  
 uenialiter, si sub ueniali culpa. Et sic possent Concord. dispositiones ua-  
 ria Doctorum, præcipuè Nauar. & toti circa hoc, qui enim dicunt te-  
 neri sub peccato, intelligitur, si per Statuta Ordinis id præcipiatur,  
 aliàs non.

## ORACULA VIVÆ VOCIS.

1  
 Privilegio,  
 Nota.



EO X. concessit, quòd Fratres Mino. Regula-  
 ris Obser. secunda conscientia possint uti omni-  
 bus concessis à Sede Apostolica, & Romanis  
 Pontificibus, siuè per Bullas, aut Breuia, aut vi-  
 uè vocis Oracula; prout in libris Ordinis repe-  
 riuntur; ac si omnia specificè fuissent tunc ex-  
 pressa. Et pro maiori conscientiarum securitate, omnia de  
 nouo concessit, O. fffo. 58. conce. 161.

2  
 De valore  
 Oraculorū.

Idem Leo concessit, quòd non sint minoris efficacix, & va-  
 loris uiuæ vocis Oracula, quàm si per Bullam, aut Breue ad  
 perpetuam rei memoriam essent concessa. Et hoc in foro con-  
 scientiæ tantum, O. fffo. 58. conce. 161.

3  
 De suspen-  
 sione Oracu-  
 lorum uiuæ  
 vocis.

Idem Leo informatus, quòd sunt nonnulla uiuè vocis Ora-  
 cula, concessa Ordini Fratrum Minorum; quorum aliqua, ali-  
 quibus temporibus, fuerunt utilia: sed fortè præsentibus non  
 sunt, nec futuris erunt; ac præterea aliqua sunt, in aliquibus  
 locis, necessaria, & aliqua non: concessit, ut non solum Gene-  
 ralis in suo generali Capitulo: sed etiam quilibet Prouincia-  
 lis, in suo prouinciali Capitulo, de consensu eiusdem Capitu-  
 li, vel maioris partis, declarare possit, & valeat, utrum ab usu  
 alicuius Concessiois uiuè vocis Oraculo factæ abstinere de-  
 beat. Postquam quidem declarationem, tam Fratres, quàm  
 Moniales, ac si Concessio huiusmodi per suam Sanctitatem  
 suspensa, vel reuocata fuisset, Concessioe eadem in  
 posterum non utantur, o. fffo. 94.

concessioe 296.

ORDI-

## ORDINES SACRI.

*Distinctio materia infra scripta.*

**C**irca Ordines sacros, duo principalia continentur in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Fratrum Mendicantium, ac etiam non Mendicantium. ¶ Et primò sunt aliqua, quæ respiciunt personas Fratrum, qui debent ad huiusmodi Ordines promoueri, ac etiam ad promouentes. Et hæc habentur infra, §. 1. & 2. & 3. & 9. & 10. ac 11.

Secundò sunt aliqua, quæ tangunt etiam personas ordinandorum, scilicet, qualiter possint circa ætatem dispensari, ac de sufficientia examinari. Et ista specialiter continentur, §. 4. & 5. & 7.

**C**LEMENS IV. concessit licentiam, & liberam facultatem ad hoc, vt Fratres Mino. promoueri possint ad Ordines sacros, per quoscunq; Catholicos Episcopos, communionem, & gratiam Sedis Apostolicæ habentes. Et hoc absq; aliqua examinatione, per huiusmodi Episcopos facièda; & absq; omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum, B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 3 12. Et ffo. 96. conce. 3 21.

**D**aduerte, quòd circa prædicta fuit postea aliter ordinatum; prout patet infra, §. 7.

**C**LEMENS V. decreuit, seu statuit, ut alio non obstante impedimento Canonico, possit quis liberè in decimo octauo ad Subdiaconatus, in vigesimo ad Diaconatus, in vigesimo quinto ætatis suæ anno ad Presbyteratus Ordines promoueri. Habetur in Clementina, Generali, de ætate, & qualitate.

**S**IXTVS IV. concessit, quòd quilibet Catholicus Episcopus possit celebrare Ordines sacros, temporibus ad hoc ab Ecclesia deputatis, in locis Fratrum Minorum de Obseruatiã, pro Fratribus prædictis duntaxat, o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 106. ¶ Vide circa prædicta, infra, §. 6.

**I**NNOCENTIVS VIII. fecit duas dispensationes circa tempus ætatis promouendorum ad sacerdotium, quæ habentur supra in dictione Dispensatio, §. 14. & 15.

**I**VLIVS II. fecit quandam dispensationem Fratribus Ordinis Sff Mini-

Collector.

Episcopi.

Tamen per  
examen Ep  
scopi Conc  
Trid. sess. 23.  
c. 12.

Collector.

Ex iure cõi.

Episcopi.

Dispensatio.

Dispensatio.

Dispensatio. Minimorum similiter circa tempus promotionis ad Ordinem A  
Sacerdotij, quæ posita est in dictione Dispensatio, §. 22.

6 LEO X. ampliando Concessionem Sixti suprapositam, §. 3.  
cōcessit, quòd quislibet Catholicus Episcopus possit in locis,  
& personis Fratrum exercere omnes actus Episcopales; prout  
latius in dictione Benedicere, §. 15. positū ē, O. ff. 60. cōc. 179.

7 **Examinatio**  
**ordinando-**  
**rum.**  
Prohibitio. Ac etiam statuit, quòd nullatenus in eorum Ecclesijs, aut Do-  
mibus, vel alijs prædictorum Fratrum locis ab alio, quàm à  
diocæsano Episcopo promoueri ad dictos Ordines debeant;  
nisi prius ipso diocæsano Episcopo, vel eius Vicario super hoc  
(cum debita reuerentia) requisito, & absque rationabili cau-  
sa contradicente, uel eo à diocæsi absente, B. ff. 26. concessio-  
ne 78.

**Collector.**

In foro conscientia non tenentur Fratres Mino. Obser. ad  
huiusmodi Statutum, sicut nec ad alia in prædicto Concilio  
contra eorum Priuilegia ordinata; vt habetur in dictione Cō-  
cilium, §. 7.

8 De laicis Fra-  
trib' promo-  
tis. Idem Leo statuit, quòd, quandocunque aliquis Frater lai-  
cus ad Clericatum ascenderit, extra obediētiā Prælatorum  
Ordinis, etiā si vsque ad Sacerdotium promotus sit, postquam  
reuerfus sit, omni honore clericali priuetur; prout latius po-  
situm est supra, in dictione Laici Fratres, §. 4. Et ibidem infe-  
rius ponuntur multa, circa prædicta notanda.

*Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

9 **E**UGENIUS IV. concessit, vt singuli Monachi præsentēs,  
& futuri Sancti Benedicti, ad id idonei, quos Prior sui Mo-  
nasterij ad hoc elegerit, siue nominauerit, semel duotaxat an-  
no quolibet, omnes etiam sacros ordines vna, & eadem die, et  
extra tempora à iure statuta, à quibuscunque catholicis An-  
tistibus, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habenti-  
bus (cuiusuis super hoc licentia minimè requisita) suscipere:  
dictique Antistites eisdem Monachis Ordines huiusmodi, tūc  
conferre possint, b.

10 Idem Eugenius statuit, & decreuit, quatenus Monachi S. Be-  
nedicti Congregationis Italiae, omnes etiā sacros Ordines, ad  
quos

Inscripta  
Priuilegia in  
sua concessa  
p. Cōc. Trid.  
Sess. 23. c. 12.  
& 13. de re-  
form.  
Nota.  
Episcopus.

A quos per eorum Superiores presentati fuerint, à quocunque maluerint catholico Antistite, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, statutis à iure temporibus, absq; aliquo dictorum Monachorum examine, recipere valeant. Atque huiusmodi Antistites in dictæ Congregationis Monasterijs, & locis duntaxat aduocare; quibus liceat Apostolica auctoritate, absque alia licentia, & contradictione diœcesani, vt nulla, vt præfertur, examinatione præmissa, Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias, Altaria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia exercere, b.

*Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.*

ALEXANDER VI. concessit, quod Prior generalis Ordinis Sancti Hieronymi, & singuli Priores eiusdem Ordinis presentes, & futuri, possint eligere quemcunque Episcopum catholicum, communionem Sedis Apostolicæ habentem; qui personas singulorum Monasteriorum huiusmodi ad id idoneas, ad omnes etiam sacros, & Presbiteratus ordines, etiam extra tempora à iure statuta, tribus diebus Domini cis, siue Festiuis duplicibus successinè promouere possit: Diœcesanorum licentia super hoc requisita, o.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

**D** **C** **O** **N** **C** **I** **L** **I** **V** **M** Trid. Sess. 23. circa ordinandorum etatem, & qualitatem, nonnulla decreuit: & præcipud infra scripta, ad Regulares etiam pertinentia.

Abbatibus, & alijs quibuscunque, quantumuis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiam si nullius diœcesis, uel exempta esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, uel minores ordines conferre: nec ipsi Abbates, & alij exempti, &c. literas dimissorias aliquibus clericis secularibus, ut ab alijs ordinentur concedant.

Minores ordines vs, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia (nisi aliud Episcopo expedire magis uideretur) conferantur. Hi verò, non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines promouantur: nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas, iudicio Episcopi, aliud exposcat.

Nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem, ante 22. ad Diaconatus, ante 23. ad Presbyteratus, ante 25. etatis sue annu promouatur, etc. Regulares quoq; nec in minori etate, nec sine diligenti Episc. examine, ordinentur: Priuilegijs quibuscunque, quoad hoc, penitus exclusis.

§§ 2 Pro-

Episcopus.

Episcopus.

Conc. Trid. dispositio- nes. Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 12. Hic corrigi. Clem. generalem de etate & qualitate ordinand. posita sup. §. 2



Cap. 13. Promoti ad sacrum Subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in A  
eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur,  
ascendere non permittantur.

Duo sacri ordines non eodem die, etiam Regularibus, Privilegijs,  
ac Indultis quibusvis concessis non obstantibus quibuscumq;

Cap. 14. Qui piè, & si leliter in ministerijs antea factis se gesserint; & ad Pres-  
byteratus ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium: & hi  
sint, quòd non modo in Diaconatu, ad minus annum integrum (nisi ob  
Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem, aliud Episcopo videretur) mini- B  
straverint, sed etiam ad populum docendum, &c.

Sixti V. Motus pro- prius. Sixtus V. in quodam Motu proprio contra clericos malè promotos  
anno 1588. emanato, contra non servantes supradicta, nonnullas pœ-  
nas apposuit, dicens: Præsenti constitutione perpetuò statuimus,  
& ordinamus, ut, si in posterum Antistes aliquis Episcopali, Ar-  
chiepiscopali, Primicariali, vel etiam Patriarchali dignitate præ-  
fulgens, aut Abbas ad primam tonsuram, minoresq; ordines  
suis subditis conferendos, à Sede Apostolica auctoritatem habeus, C  
quemcumque secularem, vel cuiusvis ordinis, aut militiae Regula-  
rem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilem,  
vel irregularem existentem, vel extra tempora à iure statuta,  
vel absq; veris dimissorijs sui Ordinarij literis, aut per saltum, vel  
furtivè, aut quoad seculares, sine titulo sufficientis beneficij, vel  
patrimonij, aut ante aetatem per sac. Concilium Tridentinum decretâ  
primæ tonsuræ, aut cuiuscumq; Ordini præscriptam, aut non servatis  
temporum interstitijs ita, ut aliquis unico die, seu continuatis die- D  
bus ad plures ordines sacros, vel post unum ordinem susceptum  
sine causa rationabili, anteaquam tempus ab eodem Concilio Tri-  
dentino prefixum elabatur sine dispensatione, aut Indulto Aposto-  
lico, Clericali caractere non legitime insignierit, aut ad ordi-  
nes minores, vel sacros, ut præfertur, vel aliàs malè promoue-  
rit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligen-  
tia adhibita, iustus error, & probabilis facti ignorantia eum ex-  
cuset, ut in quo deliquit, in eo puniatur à collatione quorumcumq; E  
ordinum, &c.

Pœna in cle- rics ordinis. Et Clericos post hac malè promotos ab exequutione, ministerio, &  
exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe ascendendi ad alios su-  
periores, perpetuò suspensos declaramus: & si in eis ministrare præ-  
sumpserint, illos, sic irregulares effectos, omnibus dignitatibus, offi-  
cijs, & beneficijs Ecclesiasticis, cum cura & sine, Ac si ipsi Clerici  
Regulares fuerint, activa, & passiva voce ipso facto privamus.

**A** & iis priuatos, atq; ad illa, & alia similia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles, & incapaces esse docernimus; ac illorum beneficiorum uacantium dispositionem Apostolica Sedi perpetuò reseruantes: & tam absoluendi, quam dispensandi facultatem in casibus præmissis, etiam in foro conscientia, nobis, & successoribus nostris duntaxat perpetuò reseruamus; addeò, vt nec per quacumq; Priuilegia, nec per quacumq; Indulea, & indulgentias etiam plenissimas, per nos, vel per successores nostros anno Iubilei, vel alio quouis tempore, & Cruciatæ, prædicti Episcopi ordinantes, & Clerici ordinati, nisi in mortis articulo, absolui possint, nec in irregularitate contracta dispensando. Quia in prædictorum uerborum Concilij, & Sixti V. intelligentia, aliqua occurrunt dubia: ideò ea hic ponere, ac declarare operæ pretium esse duxi.

Refer. abso-  
lutionis.

Vnde est primò notandum, quòd R. P. Emanuel Rodriguez Lusitanus, in explicatione Bullæ Cruciatæ, in fine, hanc materiam Ordinum tangens, quatuor puncta principalia explicare nititur.

I. Not.  
Declarantur  
dubia occur-  
rentia in su-  
pradictis de-  
cretis.

**C** Primum, si id, quod à Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 13. & 14. de interstitijs dicitur, debeat ita de Religiosis, ac de secularibus intelligi.

Secundū præsuppositū, intelligi de omnib<sup>9</sup>: quiritur cui cõueniat, in interstitijs illis dispensare? Prelatis uidelicet, ordinum cum suis subditis, an Episcopis? & si Episcopis, Diocesano, ubi ordinandi morantur, vel Episcopo, qui eos ordinare habetur.

Tertiū, quæ nam poterit esse causa pro tali dispensatione sufficiens?

**D** Quartò queritur si de rigore, interstitia omnia, iã minorū, quã maiorum ordinum obseruari debeant, nec ne? Circa quæ, aliqua, secundum aliorum ac meam opinionem, addam.

Et iam, circa primum concluditur, interstitia omnia, & minorum, & maiorum ordinum, seruanda esse; sicut clarè constat ex uerbis supradicti Concilij, & Motus propriij Sixti V.

Et quòd interstitia ipsa, etiam in Regularium ordinationibus sint seruanda; non obstante, quòd in cap. 11. præfatæ sess. 23. ubi de hoc

**E** agitur, nulla ipsorum Regularium mentio fiat, nec uerba illa generalia possint in materia otiosa (ut est huiusmodi) Religiosos Regulares comprehendere: nisi expressa fieret de eis mentio, (sicut Doctores tradunt) nam Sixtus V. clarè id insinuat in supradictis uerbis, dum ait, cuiusuis Ordinis, aut militiæ Regularium.

Silu. Nauar,

Quoad secundum cui, scilicet, in interstitijs dispensare conueniat? est sciendum, quòd, licet super hoc, nonnulli Doctores, cum quibus illud conuulsi, variæ fuerint opinionis, supradicti tamen auctoris sententiam

Episcopis  
competit in  
interstitiis di-  
spensare, &  
ad Prælatiis.

faciliter posse sublineri arbitror; qui Episcopis licere ait, & non Præ- A  
latis Ordinum, cum suis subditis: cum verba Concilij sint expressa: dùm  
in cap. 11. dicitur minores Ordines ijs, qui saltem latinam linguam in-  
telligant per temporum interstitia: ( nisi aliud Episcopo expedire magis  
videatur ) Et etiam paulò post, de ordinibus maioribus ait ( Iudi-  
cio Episcopi ) Immo author ipse supradictus probat, quòd licet Conci-  
lium non illo verbo ( Episcopi ) vsum fuisset: sed verbo ( Ordinarij )  
Aadhuc tamen de Episcopo intelligi oporteret. Nam, quàmuis Prælati  
Religionum, ( vt sunt Generales, & Præuinciales, habeant iurisdic- B  
tionem ordinariam; & in absoluendo, ac dispensando cum suis subdi-  
tis sint ordinarij: quando tamen Decretum aliquod Sacrorum Canonũ,  
vel Bullæ, aut Motus proprij, absolutionem, vel dispensationem alicui  
casus committitur Ordinario, absolute, tunc quidem de Episcopo intel-  
ligitur: quia, cum hoc verbum Ordinarij, & de Episcopo, & de Præ-  
latis Religionum, qui quasi Episcopalem iurisdictionem habent, possit  
intelligi; in dubio, quando aliud non apparet, debet sumi in potiori  
suo significatu, secundum Regulam Analogi. Et hoc evidentissima C  
alia ratione comprobari potest; quia, quando in Bullis datur facultas  
eligendi sibi Confessorem, per Ordinarium approbatum, tunc clarè con-  
stat, quòd per Ordinarium intelligitur Episcopus, & non Prælati Reli-  
gionum, ut supra iam dixi, in uerbo Absolutio.

Dicitur insuper, quòd, quando Episcopus aliquis, ob aliquod impe-  
dimentum, non valens suum subditum ordinare, mittit illum, cum de-  
bitis literis dimissorijs, ad alium Antistitem, ordinandum; tunc absq;  
dubio, in interstitijs dispensare, ad hunc, qui mittit, & non ad illum, D  
qui ordinare habet, pertinebit. quia, ut in sess. 23. cap. 16. cum nul-  
lus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessa-  
rius suis Ecclesijs, ita nullus alius Episcopus poterit in interstitijs di-  
spensare: nisi ille, qui necessitatem, & vtilitatem Ecclesie, ubi ille re-  
sidere habet, scit profuturam; & hoc nullus sciet melius, quàm eius  
proprius pastor; prout latè à supradicto authore ibidem comprobatur.  
& hac eadem ratione possemus similiter dicere de Prælatiis Religio-  
num, quòd ad ipsos dispensare pertineat: cum ipsi soli Ecclesiarum sua- E  
rum sciant vtilitatem, & necessitatem; nisi tam expressis verbis id  
Episcopis committeretur.

Sess. 23. c. 7.  
de refor.

Immo non solum in interstitijs, dispensare tali Episcopo conuenire  
dicimus; sed quando etiam in literis dimissorijs fidem fecerit, se illum  
de omnibus necessarijs, iuxta Conc. Trid. examinasse, ac idoneum in-  
uenisse; minimè quidem oporteret, ut iterum Episcopus ordinans, illum  
examinaret, nec in pænis promde à Sixto P. taxatis, incurrere: Alias

vide-

**A** uideretur potius irreuerentiam quandam, & infidelitatem erga suum consocium, & germanum Episcopum demonstrare.

Quando verò Abbates suos Regulares subditos de ordinibus minoribus per se ordinauerint, iuxta concessam sibi facultatem à Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. poterunt utiq; sine dubio in interstitiis dispensare.

Et sic concludi posse arbitror (saluo tamen meliori iudicio) ad Episcopos, seu Abbates ordinantes in interstitiis dispensare; non autem ad Prælatos Ordinum, cum suis subditis; nisi uellemus paulò supra dictã rationem admittere.

**B** rationem admittere. possent tamen Prælati ipsi, quando in illis iudicauerint dispensandum, expedire, Episcopum in literis dimissorius exorare, ut in illis interstitiis cum tali, & tali & c. dispensare dignaretur, absq; quòd in alicuius particularis causæ assignationem descenderet, illudq; sanè Episcopo ad illos ordinandos, sine alia inquisitione posset sufficere: sicq; Passarellus, ei à Sacra Card. Congreg. fuisse responsum. an. 1573. testatur, in lib. Præuilegiorum f. 225. ut uidelicet, sufficiens causa ad dispensandum à Prælati indicata, ordinaturo Episcopo referatur, cuius

Passarellus  
Congreg.  
Card.

**C** erit iudicare de illa.

Quoad illud, quod tertio loco, supra est propositum: quæ nam, scilicet, poterit esse causa sufficiens dispensandi in interstitiis? dicitur, quòd in Ordinibus minoribus, & in Diaconatu, quæuis causa, licet leuis, iudicio Episcopi erit sufficiens, cum sic in sess. 23. cap. 11. & 13. simpliciter illud iudicio Episcopi relinquatur.

3.  
Quæ dicatur  
cauta suffi-  
ciens ad di-  
spensandũ  
in intersti-  
tiis.

A postremi verò minorum ordinis susceptione ad subdiaconatum, & à Diaconatu ad Presbyteratum; cum dicatur in cap. 11. & 14. ut non aliter in anno requisito dispensetur; nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, iudicio Episcopi, illud esposcat, urgentiorem quidem causam in eis requiri, clare ex verbis illis appositis (Ecclesiæ necessitas, aut utilitas) constare uidetur, quæ utilitas, & necessitas, Episcopi arbitrio iudicanda relinquatur, secundum locum, & tempus, ac personæ conditionem. Bene uerum est, quòd urgentior requiritur causa in dispensatione anni requisiti à Diaconatu ad Presbyteratum; cum in c. 14. Concilii coniunctiuè dicatur, requiri utilitas, & necessitas, illis

**E** uerbis ( nisi ob Ecclesiæ utilitatem, & necessitatem, aliud Episcopo & c. ) & in alio supraddicto ponantur ista disiunctiuè, utilitas, aut necessitas, ac si istarum altera sit sufficiens.

Est tamen aduertendum, quòd, licet, sicut supra dictum est, iudicio Episcopi relinquatur, in interstitiis dispensare: tamen eodem die, etiam Regularibus, duos sacros ordines vni conferre, ut in cap. 13. eiusdem, sess. 23. prohibetur.

Duo sacri  
Ordines eo-  
dem die nõ  
possunt da-  
ui.

Et licet Nauar. in manuali cap. 25. nu. 71. dixerit, quòd quamuis

An quatuor  
ord. mino-  
res cū vno  
sacro pos-  
sint dare.  
In Motu p-  
prio contra cl.  
mal. prom.

Quæ erit uti-  
litas, & ne-  
cessitas di-  
spensandi in  
interstitiis.

4  
An intersti-  
tia æqualiter  
sint seruanda.

Arm. & Na-  
uar.

duo ordines sacri, eodem die dari non possint, ordines tamen minores **A**  
cum vno ordine sacro, vbi fuerit consuetudo, dari posse: cum Conc.  
Trid. consuetudinem huiusmodi non tollat.

Nihilominus tamen, quia Sixti V. derogatio, est valde generalis,  
& ampla, dum a t. contrarijs quibuscumq; non obstantibus, id proinde  
sub stare minime posse videtur: nisi vellemus dicere, quod cum Pon-  
tifex in Motu illo, aliud non pretendat, nisi ut Concilium obser-  
uetur. Et in eo consuetudines antiquæ non tollantur, nisi quando  
expressè dicit, vt in sess. 23. cap. 6. & 9. quod nec etiam ipse Ponti- **B**  
fex tollere intendat.

Et quia est iam supra dictum, quod in susceptione Subdiaconatus,  
causa sufficiens dispensandi in interstitijs, est necessitas, aut Eccle-  
siae vtilitas, diuinctiue; & in susceptione Presbyteratus coniuñcti-  
ue. Ideo videamus nunc, quænam possit dici ista Ecclesie vtilitas,  
& necessitas. Et relicta opinione Syl. tit. ordo. §. 10. in fine, vt val-  
de rigorosa, dicimus cum Sancto Antonino 3. p. tit. 14. de tempore,  
& loco ord. in §. 18. tunc Ecclesiam dici necessitatem habere, qu- **C**  
do alios non habet ordines suscipientes, ac ministrorum necessitatem  
habet, qui Cappellis, & beneficijs satisfaciant. Et tunc erit vti-  
tas, quando, licet ipsa alios habeat ministros idoneos, alijs tamen pluribus  
indiget, ut melius seruiatur, Et sic, quando pauci erunt ministri ido-  
nei, erit vtilitas; Et quando non solum talium idoneorum ministrorū,  
sed etiam & non idoneorum inopiam habebit, dicetur necessitas, pro in-  
terstitijs supradictis dispensando, relinquuntur tñ vtilitates, & neces-  
sitates huiusmodi Episcopi iudicio iudicanda, ut supra est iam dictum. **D**

An autē de rigore æquē in omnibus ordinibus, cum maioribus, tum  
et minoribus, interstitia sint seruanda? & iam in primo Not. conclusū  
est, quod sic, sed longē minus in minoribus, quā in alijs: cum ex quauis  
etiā lenissima causa, n illis possit dispensari, adeo, vt etiam cum prima  
tonsura, omnes simul possent dari eidem personæ, eodem die, vbi fue-  
rit consuetudo; ut tenent Armilla, tit. ordo. §. 6. & Nauar. in man.  
cap. 25. num. 71. Et potest, ultra Canones, & Doctores, per ipsos alle-  
gatos, sumi ratio à verbis ipsiusmet Concilij; quia dispensatio- **E**  
nem in interstitijs horum ordinum minorum simpliciter Episcopi iudi-  
cio relinquit.

At in interstitio medio, inter Subdiaconatū, & Diaconatū, cum pa-  
riter sic simpliciter, absq; quod aliqd diceret de vtilitate, & necessita-  
te Eccl. Episc. iudicandū reliquerit: statim postea addidit, vt duos  
ordines sacri, eodem die vni non dentur, ac si dicere vellet, quod & si  
huiusmodi amplam dispensandi licentiam in interstitijs à Subdiacono-  
natus;

**A** natu, ad Diaconatum dederit, vult tamen, vt in hoc sit limitata, ne, scilicet, duo ordines sacri vnico dentur die, quam quidem restrictionem, cum in ordinibus minoribus supra non posuerit, tacite videtur inferre, eos vni simul posse eodem die dari. Et dum dixit, duo ordines sacri, & c. intellexisse constat de maioribus, qui proprie, & ratione materiae dicuntur sacri, secundum Thom. in 4. d. 22. q. 3. & in supplementum 3. par. summa, q. 37. art. 3. vbi inquit, quod, licet, omnes ordines per se possint dici sacri, ratione tamen materiae, circa quam versantur, sunt tantum tres ordines maiores sacri; & sic, ordines, per sacros, & non sacros, distingui posse concludit.

Possitq; hoc clarius corroborari, ex quo, ex ipsiusmet Concilij verbis videtur huiusmodi distinctio inter ordines posse colligi: nam in sess. 23. cap. 11. cum praescripisset modum in collatione minorum ordinum obseruandum, illico subnectit, dicens: Hi uero non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promouentur, & c. Ecce quomodo videtur Concilium distinctionem praedictam, inter minores, & maiores ordines, probare: illos simpliciter minores ordines appellans, maiores autem, Sacros. Et postea, in cap. 13. loquens de promotione ad Subdiaconatum, & Diaconatum, eorumq; interstitus, statim subnectit, dicens, duo sacri ordines, non eodem die, etiam Regularibus, conferantur; qua prohibitio iam clare uidetur intelligi tantum de ordinibus maioribus, qui proprie sacri vocantur, & de quibus supra in eodem capite mentionem fecerat, & non de alijs ordinibus minoribus, quos potius sacramentales appellari, ait N. u. vbi supra.

**C** Et sic bene concludi posse arbitror, quod, cum talis prohibitio non conferendi eodem die duos sacros ordines eidem persona, sit tantum specificè facta in ordinibus maioribus, & non in minoribus: minores isti possent omnes simul eodem die dari, quando Episcopus, vel Abbas expedire iudicauerit; cum non sit contra Concilium, & sit iuxta canones, ut tenet glos. in capit. de eo. de temp. ordin. & Nauar. & Amil. vbi supra, vel saltem vbi dari simul, non fuerit consuetudo, possent singuli dari Dominicis diebus, alijsq; festis; vt in praefato cap. de eo. & Angel. in sum. tit. ordo 4. pro ut sic vidi a multis Episcopis practicari.

**D** Item notandum secundo, quod promoti sine licentia, vel ante etatem, sunt ipso iure suspensi, per Extravag. Pij II. Et si quis, durante suspensione, praesumpserit celebrare, incurrit irregularitatem, secundum canones, quia sic promoti, & si characterè, non tamen executionem recipiunt. Ideo credo voluisse Panor. in c. per illorum, de praeb. & dig. quod

Et habetur  
in cap. 1. iu-  
cta glos. 32.  
d. & Nau. in  
man. c. 22. n.  
18.



Promoti ab-  
te etate sunt  
suspensi.

2. Not.  
Quam refert  
Na. in man.  
c. 27. n. 21.  
C. 1. de re in  
d. in 6. & cõ  
muni deler.  
excom. in 6,

quòd pro motus ante etatem non debet habere vocem in Capitulo; quia **A**  
 tunc paria sunt, ut quòd non sit ordinatus ad ordinem requisitum, &  
 quòd sit ordinatus ante tempus: & allegat notabilem glosam in c.  
 ei cui, de præb. & dig. in 6. vbi est aduertendum, quòd cum ordinatis  
 sine licentia, possunt Prælati dispensare, etiam cum Fratribus ordina-  
 tis in apostasia; nec obstat C. fin. de apost. vbi habetur, quòd Monachus  
 in apostasia ordinatus, non potest ministrare in ordine sic suscepto, sine  
 dispensatione Papæ. Quia hodie vacat, propter priuilegia nostra; qui-  
 bus concedit, Prælatos posse cum talibus dispensare, non autem cum **B**  
 ordinatis ante etatem: immo neq; Episcopus, ut tenet gl. in Cle. final.  
 de etate, & qualitate ordinand. & Sylue. in uerbo etas. Immo, nec per  
 Bullam Cruciate, nec per alia Iubileæ datur talis authoritas, ut ait Na-  
 uar. in lib. 1. cons. tit. de temporibus ordin. cons. 36. nu. 2. & in ma-  
 nuali, cap. 27. nu. 254. Sed elapso tempore suspensionis, sunt ipso iure  
 restituti, hoc est, absq; alia declaratione, ut probat gl. in c. 1. de sent.  
 excom. in vi. 1. uerbo menssem.

Cum ordi-  
 natis sine li-  
 centia vel in  
 Apostasia  
 potest Præ-  
 latus dispē-  
 sare.

Sed non cū  
 ordinatis an-  
 te etatem.  
 Nauar.

Nota doctri-  
 nam Nauar.

Sed hic aduertenda est doctrina illa Nauar. posita in lib. 5. cons. **C**  
 tit. de Cleri. non ordin. ministr. cons. 4. vbi concludit, quòd accipiens  
 presbyteratum, ante legitimam etatem, sit irregularis, antequam ce-  
 lebret, uel utatur alio ordine sacro; & hoc probat; quia, cum iste ta-  
 lis sit ipso iure suspensus, per supradictam extrauag. Pij II. cum ex sa-  
 crorum. Et fiat irregularis, si post illum assumptum, utatur ordine sa-  
 cro; & quoniam, qui ordinatur Presbyter, consecrat cum Episcopo, &  
 utitur ordine Presbyteratus, posteaquam assumpsit illum: quia Episco-  
 pus prius ordinat Presbyteros, & prius infigit eis caracterem illius or-  
 dinis, quàm consecret, & admittit eos ad consecrandū: alioquin enim  
 induceret eos ad consecrandum antequàm haberet potestatem id fa-  
 ciendi, quòd est absurdum, & ita non dicendum, & c.

Idcirco per illam primam celebrationem; absq; quòd aliàs cele-  
 bret, irregularitatem incurrit; hæc Nau. Hoc tamen non occurrit in  
 susceptione aliorum ordinum.

3. Not.  
 Clerici idio-  
 te an pos-  
 sint in Ord.  
 assumpto mi-  
 nistrare sine  
 dispensatio-  
 ne Pont.

Est etiam tertio aduertendum, quòd clerici idiotæ, ordinati contra  
 formam Decreti Sac. Conc. Trid. sess. 23. c. 11. videtur non posse in or- **E**  
 dine illo, sic suscepto, ministrare, sine Sum. Pont. dispensatione: nam sic  
 Pius V. in const. 74. in bullario contra promotos sine tit. patrimonij,  
 & sufficienti tit. beneficij, ut Conc. Trid. ordinat, inter aliàs pœnas, di-  
 cit, exequutione prædictorum ordinum omninò carere, nullasq; pror-  
 sus, & irritas existere; & à pœnis incurfis, nisi à Romano Pontifice,  
 uel in mortis articulo, minimè posse absolui. Et in const. 32. dicit,  
 quòd Ecclesiæ Parochiales collatæ contra formam Conc. Trid. non pos-  
 sint

**A** sint retineri, & celebrare, sine noua dispensatione & sint illa concessio nes nulle. Sic etiam videtur dici de idiota Clerico, vel Religioso malè or dinato, contra formam, & decretum ipsius Sacri Concilij, ut non possit ministrare, sine Summi Pont. dispensatione, nec Religio potest dispen sare in virtute suorum Priuilegiorum: cum in confirmatione illorum eis dicatur, dummodò non contradicant Concilio Tridentino.

Est etiam quartò notandum, quòd Sixtus V. de aliquibus consultus super const. prædicta contra malè promotos De congreg. Cardinalium **B** sententia respondit. Et primò circa id, quod in sess. 23. c. 5. habetur ibi (& testimoniales literas) de habentis testimonialibus literis, ij, qui ordines susceperunt sunt, fuit quaesitum. An Episcopus ordinans circa Clericos alterius Diocesis, ordinando, testimoniales literas à suis Ordinarijs habentes, de requisitis ad ordinationes, alia diligentia vti teneatur, quàm ipsos examinandi quoad sufficientiam, & c. ? sua sanctitatis mentem esse, Ordinarios cum suis subditis dimissorias petentibus, teneri adhibere debitam diligentiam super omnibus requisitis circa ordinandos, iuxta Conc. Trid. & sacros canones: & si ea, ipsos habere constiterit, in eisdem dimissorijs, in conscientia sua, de eis fidem facere. & tunc cum tales dimissorias habentibus non opus esse, Episcopum ordinantem nouam facere diligentiam super dictis requisitis: nisi in examine super idoneitate, & literatura.

Circa id, quod in Sess. 23. cap. 13. de reformatione, ordinatur, ut **D** promoti ad sacrum Subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint uersati, ad altiorem gradum (nisi aliud Episcopo uideatur) ascēdere non permittantur, fuit quaesitum, An in interstitijs seruandis, annus, qui interponi debet in promotione ab uno ad alterum sacrum Ordinem, duodecim mensium completorum esse debeat: uel sufficiat lapsa esse quatuor interstitia; quæ aliquando, propter uariationem Festorum mobilium, occurrunt, priusquam mensis duodecimus compleatur. & respondit sua B. esse attendendum cursum quatuor dictorum interstitiorum, non autem tempus 12. mensium completorum.

An prædicta const. contra male promotos, censeatur reuocatum, seu restrictum arbitrium Episcopo concessum, ut possit ordinare infra **E** annum à promotione unius ordinis sacri, ad alium, iuxta decretum in supradicto cap. 13. Sess. 23. ? & respondit sua Sanctitas, non esse sua mentis alterare dispositionem supradicti decreti; quod uult remanere in sua pristina ualiditate, ac uigore, absque ulla inuouatione, seu restrictione.

Est etiam tertio notandum, quòd Clerici Regulares, qui ante profes sionem factam ad sacros ordines promouentur, ipso facto suspensi sunt,

& ita.

4. Not.  
Congreg.  
Card. Respō  
sa sup. qua  
dam dubia.  
Motus pro  
Six. V.

3.  
Clerici regu  
lares ante p



sessione ordinati sunt suspensi. Excipiuntur clerici socii Iesu.

4. Not.

Et ita ordinum susceptorum ab eis exercendo, sunt irregulares; ita Pius V. in Extrauag. quæ incipit, Romanus Pontifex sacrorum, &c. publicata pridie idus octobris 1568. Sed in hac Pii V. constitutione Greg. XIII. in const. 74. declarauit Clericos Societatis Iesu non comprehendi.

Et id, quod dicitur in Conc. Trid. quod ordinarii non possint, nisi à proprio Episcopo, non intelligi de Regularibus, declarauit Pius V. ut testatur Posarellus f. 109.

Notandum, quod sacra Congreg. Card. declarans id, quod in Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. de reformatione statuitur, videlicet, Abbatibus, & aliis quibuscumque; quantumuis exemptis, non liceat in posterum intra fines alicuius Diocesis consistentibus, etiamsi nullius Diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, nec literas dimissorias Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant. At ipsa congregatio, Abbates Regulares, habentes ius Baculum deferendi, & Mitram; postquam Sacerdotalem ordinem, & munus Benedictionis susceperint, possunt Tonsuras, & ordines minores secularibus, Episcopi iurisdictioni subiectis, conferre: si modo ipsius Episcopi consensus accedat; & à dicto Episcopo quisque literas dimissorias impetrauerit; ita ut satis non sit, id generatim ab Episcopo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulis, &c.

Possint etiã ipsi Abbates eosdẽ ordines cõferre aliis Regularibus, q̄ dimissorias speciales Superiorũ suorũ, & speciale consensũ Episcopi loci habuerint, ac præerea aliis secularibus, q̄ aliorũ Episcoporũ iurisdictioni subiecti sint, dummodò Superiorũ suorũ dimissorias attulerint, & speciale cõsensum Episcopi loci, in quo Ordines huiusmodi cupiunt suscipere.

Posunt etiam ex Priuilegio Apostolico (de consensu tamen Ordinarium, ut supra) Confirmationis sacramentum conferre; prout declarauit sacra Congreg. prædicta, in sess. 7. can. 3. de confirmatione.

Hæc pro huiusmodi materia ordinũ sint dicta, saluo sèper saniori iudicio.

## ORNAMENTA ECCLESIASTICA.

Distinctio materie infrascriptæ.

Collector.

**P**riuilegia Fratrum Minorum, seu Statuta, quæ loquuntur de Ornamentis Ecclesiasticis, sunt bipartita. ¶ Aliqua enim ex ipsis tangunt paupertatem, quàm Fratres Minores circa huiusmodi ornamenta debent habere. Et hæc habentur infra, §. 1. & 2. & 4. & 8. ¶ Alia autem concernunt vsum, & tactum eorundem ornamentorum. Et ista continentur in §. 3.

& 5.

A & 5. & 7. & 8. ¶ Reliqua verò, quæ pertinent ad benedictionem huiusmodi ornamentorum, posita sunt in dictione Benedicere, in multis §.



B LEMENS V. in declaratione Regulæ Fratrum Minorum, quæ incipit Exiui de Paradiso, &c. voluit, & mandauit Fratribus prædictis, ne habeant, nisi paramenta, & vasa Ecclesiastica, decencia in numero, & in magnitudine sufficientia competenter. Quia superfluitas, aut nimia pretiositas, vel quæcunq; curiositas in ijs, seu alijs quibuscunq; non potest ipsorum professioni, vel statui conuenire, b. fo. 15. in tractatu 3. Et ffo 16 secundo tractatu.

I  
Paupertas.

C CALIXTVS III. remisit omnem excessum in paramentis factum vsq; in illum diem; & suspirans dixit, quòd prouideretur, ne in futurum tales excessus fierent, o. fo. 62. Et ffo. 65. concessione 89.

2  
Paupertas.

Idem Calixtus concessit, quòd Fratres laici possint tangere calices, & lauare Corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica, cum expedierit, o. fo. 62. Et ffo. 65. Conce. 91.

3  
Fratres laici.

D Aduertendum est circa præfatam Concessionem, quòd quidam Commissarius curiæ, ignorans huiusmodi Concessionem, vel oblitus illius, impetrauit aliam Concessionem valde strictam, solum pro illis laicis Fratribus, qui sunt socij Generalis, aut Prouincialium Ministrorum; prout supra positum est, in dictione Laici Fratres, in §. 3. Sed illa Concessione non obstante, possunt Fratres huiusmodi vti superscripta Concessione; quia non reperitur reuocata.

Collector.

E SIXTVS IV. concessit, quòd Fratres Minores possint rura conscientia tenere, & recipere paramenta argentea, aurea, & alia ad Diuinum cultum pertinentia; & habere campanas magnas, & diuersas. Sed hoc, quando Capitulo prouinciali visum fuerit, posse sine scandalo fieri, o. fo. 63. Et ffo. 67. concessione, 103. Et ffo. 100. concessione, 374.

4  
Paupertas.

Cauendum est ab huiusmodi Concessione, saltem pro talibus rebus recipiendis in futurum: quia propter consimilia relaxatur, & destruitur paupertas promissa in Regula.

Collector.

Idem Sixtus concessit, quòd omnes Fratres Clerici, & laici possint tãgere, sine scrupulo cõscientiæ Calices, & Corporalia, & alia

& alia

& alia ornamenta : cum reuerentia tamen, o. ffo. 97. concessione 343. A

6 Idem Sixtus cōcessit, ut possint prædicti Fratres, secunda cōscientia, vestes, & pannos prophanos, in paramenta, & alios vsus ecclesiasticos conuertere, o. ffo. 69. concessione 144. Et ffo. 97. conce. 344.

7 Moniales. Idem Sixtus fecit quādam Concessionem Monialibus sanctæ Claræ, ac Tertiarijs, ut possint tangere, & lauare ornamenta Ecclesiastica, exceptis Corporalibus; quæ posita est in dictione Corporalia, §. 3. B

8 Paupertas. LEO X. declarauit, & decreuit, quòd Fratres Minores sunt tantum custodes, & non possessores paramentorum, & ornamentorum, ac vasorum, quæ ad ministerium Sacramenti altaris habent: & propterea illis, absq; suæ professionis macula, aut violatione vti, & potiri liberè, & licitè posse: cum deceat, iuxta solennitatum celebritatem, decentioribus paramentis diuinā honorare maiestatem, B. ffo. 15. concessione 54. C

Collector. Huiusmodi Concessio est relaxatiua, & dissipatiua paupertatis, sicut supraposita in §. 4. quapropter non expedit vti illa, præsertim, quia aduersatur determinationi Clementis suprascriptæ, §. 1.

9 Idem Leo fecit in huiusmodi materia quādam eximiam Concessionem omnibus Prælati Fratrum Mi. Obseruan. quæ posita est in dictione Benedicere, §. 14. D

### ANNOTATIO CORDVBÆ.



Quoad §. 4. & 8. notandum, quòd ibi Collector conformiter ad Spec. ff. 6. dicit, quòd cauendum est ab illis dispensationibus Sixti IV. & Leonis X. quoad habendū preciosa, & sumptuosa in cultu Diuino, quia sunt subreptitiæ; ex falsa causa habitæ; & quia contra Declarationes, &c. Sed certè modestius mihi dicendum uidetur. Nam aliud iudicium habendum est, quoad Fratres, utentes prædictis rebus preciosis, secundum prædicta Priuilegia; & aliud quoad procurantes prædicta preciosa, aut superflua. E

Nam primò, quoad ipsos Fratres utentes, dico, quòd omnes Fratres possent licitè recipere, & tenere paramenta, & contenta in Priuilegio Sixti IV. §. 4. cum limitationibus ibi positis: quia sic limitata uidetur rationabilis dispensatio, ad tollendum scandalum, uel turbationem persona-

- A** personarum, probabiliter imminentem; & ut deuotioni talium personarum ad Dei honorem condescendatur; & dummodo Fratres non det causam prædictis; ut ibi dicitur, neq; tenentur Fratres esse ualde solliciti ad informandum tales personas, uel ad multum dissuadendum eis: sed sufficit, quòd nò prouocent eos ad id, & quòd non fingant scandalum, ubi non est, ut ibi inuitur. & certè temerarium uidetur dicere, quòd cum his limitationibus non sit licitum uti tali Concessione, quam totum Capitulum generale Aquila, anno Dom. 1472. accepit, & posuit inter alias recollectiones ipsius Capituli; ut habetur ff. 100. Similiter dico, quòd omnes Fratres possent licitè uti domibus, & ædificiis sumptuosis, & ibi morari, et paramentis, uasib; q; Ecclesiasticis preciosis ualde, & multiplicibus utri, et aliis quibuscunq; quibus Fratres utuntur communiter, uel diuisim, utpote Cellis, et Officiis, libris, et aliis utè-silibus domorum nostrarum, secundum Priuileg. Leo X. supradictum, §. 8. quia uidetur rationabile; & habere causam rationabilem aliquantè; ut in dicto Priuileg. ff. 15. ponitur: quia. s. talium rerum sumus custodes tantum, et ex ipsarum usu, nihil magis adiicitur nostris commoditatibus corporalibus, quoad uictum, et uestitum; et propter honorem cultus Diuini; et ut similiter deuotioni domini earum rerum. s. deuotioni domini Papæ, qui est dominus talium rerum, alio domino non existente uidetur, quòd licitè talibus rebus utamur; sicut de Concessione Sixti IV. dictum est. Maxime, quia ex quo ipse Leo X. non solum dispensando concedit, sed et declarat, et decernit esse licitum talibus uti, et insuper uult, mandatque sic fieri; certè uidetur tacitè decernere, talem
- C** Concessionem, seu dispensationem, eiusque causam, esse rationabilem, et licitam nobis. Ideò, tanquam talis, habenda est in utroque foro: dum de opposito non constat manifestè; ut est communis practica, et regula Doctorum utriusque iuris: et nos humiliter, et syncerè sic stantes prædictis, Papali declarationi, atq; decreto, sumus omnino tuti in conscientia. Neque est dicendum, Papam non fuisse debitè informatum de nostra obligatione: constat enim, quòd fuit sufficienter instructus; ut expressè patet in relatione ipsius priuilegij: & dato quòd ei non fieret tam
- D** extensa relatio, seu informatio nostre obligationis, ipse tamen censetur habere in pectore suo omnia iura communia, cuiusmodi est nostra Regule obligatio, quoad hoc, de qua habetur in Declarationibus insertis in corpore iuris: ergò licitè possumus uti prædictis rebus, secundum præfata Priuilegia; ut dictum est. Et quoad ædificia, idem adhuc clarius patet: quia, quamuis Clem. §. decreuerit, in sua declaratione, super nostram Regulam, quòd ædificia nimis sumptuosa non conueniunt nostro statui; tamen ipse postea in Clem. Cupientes, de penis, præcepit sub

excommunicatione, quòd talia loca non relinqueremus absq; licentia **A** speciali Sedis Apostolica, ergò licitè possumus ea habitare, & eis uti; vt etiam sanctus Bernardinus in sua epistola, art. 4. declarauit; & habetur in eodem Speculo, ffff. 6. Ergò patet, quoad ipsos Fratres, vtentes prædictis rebus, quòd possent ipsis licitè uti, secundum prædicta Priuilegia Sixti IV. & Leonis X. cum suis limitationibus, ibi contentis. Sed quoad Fratres procurantes fieri, seu haberi talia sumptuosa, & c. dico secundò, quòd illicitè, contra statum nostrè professionis, ea procurant. Quia in dictis Priuilegiis non conceditur talibus, quòd possint ea procurare ullo modo; ut patet ibidem: immo & in Concessione Sixti IV. id eis specialiter prohibetur, seu limitatur; ut patet, s. 4. Postquam autem iam semel habita, seu facta sunt in Ordine culpabiliter, seu inculpabiliter procurata per ipsos Fratres, seu per alios, tunc licitum est talibus uti, ut dictum est. Nam vsus tantum eorum est concessus; acquisitio autem, seu ædificatio, seu causalis procuratio talium sumptuosorum, aut pretiosorum prohibita, & illicita nobis est ex Regula, seu Declarationibus; & nullomodo est nobis concessa per prædicta Priuilegia, sed potius exclusa; ut patet ex dictis: quòd, secundum Clementem V. & Sanctum Bernardum licitus erat nobis vsus ædificiorum sumptuosorum; quorum tamen procuratio, aut ædificatio nobis prohibita est. ergò, secundum prædicta, videntur moderanda ea, quæ hic Collector dicit.

## P A C T A.

Collector. **C**irca pacta inita per Fratres Minores, & alios quoscunq; **D** sunt nonnulla Statuta, & concessa per Summos Pontifices; quæ posita sunt supra, in dictionibus Concordia, & Conuentiones.

## PARAMENTA ECCLESIASTICA.

Collector. **D**e artinentibus ad Paramenta Ecclesiastica, dictum est in dictione Ornamenta, & latius in dictione Benedicere, in multis s. **E**

## P A R E N T E S F R A T R V M.

**C**ALIXTVS III. concessit indulgentiam plenariam pro **I** indul. plen. patribus, matribusq; Fratrum Minorum, præsentium, & futurorum, & etiam defunctorum in Purgatorio existentium, o. ffo. 65. conce. 90. Et ffo. 101. conce. 397.

Circa

**A** Circa præfatam Concessionem vide Declarationem superius positam, in dictione Indulgentiæ, quoad seculares 8. in Collector.

P A R O C H I A .



**A**LEXANDER IV. reuocauit Decretum Innocentij IV. quo prohibebatur, ne Fratres Mino. aut alij quicunq; Religiosi reciperent ad Diuina parochianos alienos, in diebus Dominicis, & festiuis in suis Ecclesijs, & Oratorijs, B. ffo. 102. conce. 214.

1  
Reuocatio pro secularibus.

Idem Alexander, quia nonnulli Prælati Ecclesiastici non curabant de supradicta reuocatione per eum facta, dedit super illam literas executoriales, B. ffo. 102. conce. 115.

2

**C** Per suprapositas Prouisiones nihil nobis noui concessum est: sed Pontifex restituit nos ad ius commune. Attamen Leo X. prouidit optime circa supradictum, vt positum est in dictione Missa primò, quoad locum 5.9. & 10. Collector.

**S**IXTVS IV. declarauit, quòd Parochialium Ecclesiarum præiudicium, quod debent Fratres Carmelitæ, ac Fratres Mino. & alij Mendicantes, per communicationem euitare, celebrando, & prædicando in Domibus suis, vel extra: ac etiam in plateis communibus, intelligendum est solùm de decimis, & primitijs, quæ a laicis solent Clericis exhiberi, B. fo. 102. Et ffo. 185. conce. 465.

3  
Quid sit præiudicium Ecclesiæ in parochialium.

**D** Vide circa istam Concessionem in dictione Prædicatores, ffo. 114. Collector.

**L**E O X. in Concilio Lateranensi statuit, quòd nulli Religiosorum Parochias cum cruce, ad leuanda corpora eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorundem Religiosorum suam elegerunt sepulturam, intrare possint: nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante Parochiano Presbytero.

4  
Prohibet sepultura

**E**t tunc sine eius, ac Ordinarij præiudicio: nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione, suffragetur, B. ffo. 26. conce. 76.

Idem Leo circa supradicta . 5. 1. & 2. fecit quandam Declarationem, seu Statutum; prout positum est in dictione Ecclesiæ Fra-

siæ Fratrum §. 12. & 13. Et in dictione Missa primò quoad lo- A  
cum, §. 9. & 10.

## P A U P E R T A S.

*Distinctio materia Paupertatis.*

Collector.

**Q**uoad materiam paupertatis, sunt multa, & varia con- B  
cessa, & disposita in Privilegijs Fratrum Minorum,  
quæ sub sequenti ordine distinguntur. ¶ Primò nanq;  
inveniuntur aliqua in commendationem, ac laudem huiusmo-  
di Paupertatis: necnon etiam in defensionem illius. Et ista  
ponuntur intra, §. 2. & 3. & 4. & 6. ac 7. Et in dictione Bona, §.  
9. ¶ Secundò reperiuntur complura, spectantia ad ea, quæ  
Præfati Fratres acquirere, seu recipere, ac possidere possunt.  
Hęc autem ponuntur sub varijs dictionibus huius Compen- C  
dij, scilicet, in dictione Bona, §. 2. & 3. & 4. & 7. ac 13. Et in di-  
ctione Commutari. Et in dictione Eleemosynæ, in §. 1. & 2. ac 3.  
& 14. cum Statutis generalibus ibidem additis. Et in dictio-  
ne Possessiones, §. 1. Sed in speciali, quoad illa, quæ relinquitur  
Fratribus prædictis in testamentis: habetur in dictione  
Hæreditas, §. 2. & 4. & 5. ac 6. cum ibi notatis. Et in dictione  
Legata. Et magis in particulari quædam pertinentia ad res  
cultui Divino dedicatas: continentur in dictione Edificare, D  
§. 4. Et in dictione Ornamenta Ecclesiastica, §. 1. & 2. & 4. ac 8.  
¶ Tertiò in prædictis Privilegijs reperiuntur aliqua, quæ re-  
spiciunt dispositionem rerum, quas huiusmodi Fratres possi-  
dent: præsertim quoad res viles, & parvi valoris. De quo ha-  
betur in dictionibus Dare, ac Declarare. ¶ Quartò sunt ali-  
qua, quæ specialiter concernunt denarios, vel pecuniam. Et  
quoad istud, ponitur in fine huius dictionis quoddam dubium  
notabile, cum sua decisione. E

1  
Ex iure cõi.



**I**NNOCENTIVS III. statuit, ne quis Monachorũ  
propriam aliquo modo possideat. Et quòd, si pro-  
prietatem aliquam fuerit deprehensus habere. Re-  
gulari monitione præmissa, de Monasterio expel-  
latur, nec recipiatur ulterius: nisi poeniteat secundum Mo-  
nasti-

**A** nasticham disciplinam. Quòd si proprietates apud quemquam inuenta fuerit, in morte, ipsa cum eo in signum perditionis, extra Monasterium, in sterquilino subterretur; secùdum quod Beatus Gregorius narrat in dialogo, se fecisse. Unde, si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non presumat illud accipere: sed Abbati, vel Priori, seu Cellario assignetur. Et infra. Nec aestimet Abbas, quòd, super habenda proprietate, possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò est annexa Regule Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Habetur in c. Cum ad Monasterium, extra de statu Monachorum.

ALEXANDER IV. declarauit, quòd Mendicitas Fratrum Minorum Predicatorum est meritoria, & quòd possunt eleemosynas petere, ac recipere à fidelibus: non obstante quacunque contradictione, b. fo. 17. Et ffo. 25. conce. 15.

**C** NICOLAUS III. in declaratione Regule Fratrum Minorum determinauit, quòd paupertas predicatorum Fratrum Minorum, quæ abdicat proprietatem omnium rerum, tam in particulari, quam etiam in communi, propter Deum, est meritoria, & sancta; quam & Christus, viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmavit. Et circa hoc dicit ibidem multa alia notabilia, B. fo. 5. in secundo tractatu. Et ffo. 7. articulo primo, in secundo tractatu.

**D** MARTINVS V. commisit cuidam Cardinali plenissimè suam auctoritatem, ut presideret Capitulo generali Fratrum Minorum in ciuitate Assisj celebrando, ubi prefatus Cardinalis reualidauit declarationem Nicolai III. quoad articulum paupertatis, sub forma sequenti. ¶ Item quoad votum Paupertatis, idest viuendo sine proprio, & quòd Fratres nihil sibi approprient, statuimus, & ordinamus, illud inconcussè tenendum, quod felix recordationis Nicolaus III. de-

**E** clarauit in sua decretali, extra de verborum significationibus, Exijt, qui seminat, libro 6. à s. Porro, successiuè, & seriatim per ordinem, vsq. ad s. Verum: quia expressè continetur in Regula, &c. ¶ Et quòd quilibet Conuentus habeat suum Procuratorem, secundum Declarationem, & Præuilegium Domini Nicolai III. & Martini IV. & Sanctissimi Domini Patris & Domini, Domini Martini V. Hucusq. verba prefati Cardinalis, in Constitutionibus Martinianis posita. ¶ Postea predictus

Nota.

2

ProFratribus  
Predicatoribus,  
& Minoribus.

3

4

Approbatio seu reu-  
lidatio de-  
cretalium  
Ixi, &c.

Nota.



Martinus confirmavit omnia per dictum Cardinalem in præfato Capitulo facta. ¶ Commissio supradicta habetur ffo. 84. concessione 245. ¶ Revalidatio autem continetur in Constitutionibus Ordinis Minorum, quæ appellantur Martinianæ, in Capitulo primo, fo. 231. tractatu 3.

Confirmatio verò existit, b. fo. 38. Et ffo. 36. conce. 41.

5. Idem Martinus fecit quandam Concessionem contra Constitutionem, quæ incipit Ad conditorem, per Ioannem XXII. editam; prout habetur infra, in dictione Procuratores Fratrum, B seu Syndici, 6.

6. ALEXANDER VI. approbavit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere voluit literas Martini IV. Martini V. Eugenij IV. Calixti III. ac Sixci IV. necnon Pauli II. Romanorum Pontificum, per quas literas huiusmodi Pontifices professoribus Ordinis Mino. concesserunt, quòd usum bonorum eis, & dicto Ordini relictorum (proprietate, seu dominio eorundem bonorum apud Romanam Ecclesiam remanente) cum puritate suæ Regulæ percipere, & habere possint, B. ffo. 75. cõce. 225.

Hæc approbatio confert ad revalidationem Decretalis Exijt qui seminat; & derogationem extrauagantiû Ioannis XXII. de quibus supra.

7. CLEMENS VII. in quodam Breui, seu Bulla solenni; vbi Fratribus Mino. Regularis Obser. communicauit omnia Priuilegia quorumcunq; Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium; & posuit sequentem clausulam notatu dignam; necnon Regulam ipsam, per sanctum Franciscum, pro Fratribus Ordinis Minorum institutam, obseruabilem, meritoriam, fundatam super sacrum Euangelium, existere; & quoscunq; cuiuscunq; status, dignitatis, aut conditionis, scribentes, aut asserentes, Regulam ipsam non meritoriam, vel inobseruabilem, seu sacro Euangelio repugnantem esse: in hoc eorum asseritionem huiusmodi non esse tenendam, nec admittendam; auctoritate, & tenore premisis, decernimus, ac volumus, & mandamus. Super quo, & alijs dedit Conservatores Archiepiscopum Hispalensem, & Episcopum Abulensem, cum maximis clausulis, & largissimis derogationibus. B.

Collector. Aduertendû est, quòd in Capitulo generali Meclinenfi, vbi tertio electus est in Generalem Reuerendus Pater Clara memoriæ Frater Oliuerius Maillarda, factæ sunt, circa paupertatem, nonnullæ declarationes; prout sequuntur.

Capit.

**A** Capitulum generale declarauit, quòd Papa Ioannes XXII reuocauit, ante mortem suam, quicquid dixerat, seu fecerat contrarium Ecclesiæ, & determinationi Romanorum Pontificum. Quare Constitutiones, quas fecerat contra nostras declarationes. s. Nicolai III. & Clementis V. nullius sunt roboris, vel momenti. Habetur, fo. 227. in tractatu 3. Et ffo. 249. tractatu 2.

Declaratio  
Capituli ge-  
neralis.

**B** Capitulum generale declarauit, quòd duplex est ius vtendi. s. ius vtendi, idest licitè vti. Et sic vtimur Obseruantes Fratres. Et similiter ius vtendi, idest dominium rei habere; vel auctoritatem exigendi immediatè habere. Et isto modo non habemus alicuius rei ius vtendi, nec habere possumus. Habetur, fo. 228. in tractatu 3. Et ffo. 247. in tractatu 2.

Altera decla-  
ratio.

**C** Item fuit declaratum in prædicto Capitulo, quòd licitum est Fratribus hospitari in domo relicta ab aliquo, defuncto alicui viuenti, hac conditione, vt ibidem hospitentur Fratres, & sibi prouideatur de vtensilibus. Habetur, fo. 227. in tractatu 3. Et ffo. 246. tractatu 2.

Alia declara-  
tio.

**D** Insuper in Capitulo generali, celebrato in Conuentu Bruggensi declaratum est, quòd pœna Proprietarij, quæ aliquando ponitur in constitutionibus, est pœna priuationis actuum legitimorum, & Canonicæ sepulturæ. Et pro laicis, priuatio vocis actiua, & passiuæ, ac visitationum in iudicio. Habetur, fo. 225. tractatu 3. Et ffo. 244. tractatu 2.

Alia declara-  
tio.

Pœna cõtra  
pprietarios.

**D** CIRCA HVIVSMODI MATERIAM PAVPERTATIS, inquantũ tangit receptionem, aut delationẽ denariorum, est notanda decisio sequentis dubij.

Collector.

**D** Vbitatur, an vniversaliter sit illicitum Fratribus Minor. Regularis Obser. Bursariũ in via ducere? Et primò videtur, qd nõ: quia Nicolaus III. & Clemes V. in declarationibus Regulæ p̄fatorũ Fratrum, dicunt, quòd pro similibus causis, prout sunt cõcentẽ in huiusmodi Regula, scilicet, pro infirmis curandis, & alijs Fratribus induendis, possunt Fratres recurrere ad amicos spirituales, siue sint d̄ces pecunias, vel deputati per ipsos, siue nũcij, seu depositarij, aut quouis alio nomine appellẽtur. Sed necessitas iternis videtur eẽ talis, sicut p̄fatẽ necessitates expressẽ in Regu. ergo, &c. In oppositũ tñ est rei veritas, ad quã faciunt multa,

Quæstio de  
Bursariis.

Primò, quia de hoc in Concilio Constantiensi à Fratribus pro-  
 curantibus reformationem Religionis, aduersus trāsgressores,  
 specialis reclamatio facta est; vt habetur. ffo. 165. in 2. tracta-  
 tu. Secundò, quia Auctor tractatus, qui dicitur Serena con-  
 scientia; qui fuit natione Italus, allegans Aluarum Hispanum,  
 lib. 2. de planctu Ecclesiæ, dicit, quòd non possunt huiusmodi  
 Bursarij duci: nisi Fratres irent per regiones, vel partes inhu-  
 manas, ac ex vera obedientia, & pro licitis negocijs Religio-  
 nis: & vbi esset valde verisimile, & expertum, quòd non pos-  
 set inueniri eleemosyna escibilis mendicando. Addens, quòd  
 solum in necessitate ineuitabili, & valde probabili, possunt du-  
 ci; quia alias Patres nostri Ordinis semper euitarunt. Tertiò  
 quia per Vbertinum, in libro Vitæ Christi absolurè hoc repro-  
 batur, & damnatur. Quartò principaliter, quia Sanctus Ber-  
 nardinus in tractatu, quem composuit de casibus, in quibus  
 Frater Minor potest dici, seu efficitur proprietarius, asigna-  
 uit hunc casum, absque aliqua limitatione. Quintò, quia san-  
 ctus Bonaventura in expositione Regulæ nostræ, ait, quòd per-  
 fectio Euangelica etiam in itinere est obseruanda; ita, vt nul-  
 lum depositum pecuniæ habeatur ab ijs, qui perfectionis Re-  
 gulam imitantur: licet tamen, quando per inhospitales regio-  
 nes Fratres iter agerent, plura viatici causa liceat portare.  
 Et hoc est, quòd supra licere diximus in necessitate ineuita-  
 bili; quæ, cum sit extrema, omni lege caret; vt est notum. Igi-  
 tur non possunt Bursarij per viam duci.

Responsio  
 ad dubium.

Pro responsione ad quæsitum, est notandum, quòd, vt appa-  
 ret per dictas Declarationes, duo copulatiuè requiruntur ad  
 hoc, vt recursus ad amicos spirituales, &c. licitè fieri valeat.  
 Primum est causa iusta, & necessaria. Secundum est obserua-  
 tio modificationum, ibidem positarum. Quorum altero de-  
 ficiente, dictus recursus, sub peccati mortalis poena prohibi-  
 tus est. Et quia in itineratione per terras Christianorum cõ-  
 munitè, nec vix vnquam inuenietur causa, seu necessitas suf-  
 ficiens (vt continua experientia euntibus à partibus remo-  
 tissimis ad Curiam Romanam, & ad Capitula generalia lon-  
 gè distantia, ostendit:) ideò talis delatio Bursariorum est illicita.  
 Nec obstat dicere, quòd ducendo equos, ac iter faciendo  
 cursim, & multi insimul, expertum est, quòd indigent dictis  
 Bursarijs. Quia, qui sic iter faciunt, ipsimet pro suo libitu se  
 ponunt in talè necessitatè; quæ tamen verè, seu proprie neces-  
 sitas

**A** fitas appellari nequit. Nam luce clarius est, quòd possunt, & adhuc cum maior Religiositate, incedere pauci iunctim; vt puta duo vel quatuor, & ducere iumenta humilia, exemplo Saluatoris nostri, & Sanctorum: præsertim Seraphici Patris nostri Francisci; qui Christi vestigia sectati sunt. Ac etiam sic ordinare iter suum, vt non sit opus, cursorum instar, ambulare. Et insuper, quia iuxta textum Regulæ nostræ, debent ire ostiatim pro eleemosyna confidenter: nisi fortè (quod absit) vellent, vt

**B** magni Abbates, comedere lautè. Quod quàm alienum, immo contrarium sit nostræ professioni; præsertim quando per pecuniam procuratur, nullius, qui huiusmodi status aliqualem notitiam habet, ignorat. Præterea hoc idem patet, quia non solum causa, siue necessitas vera debet interuenire pro huiusmodi recurſu licitè faciendo (quæ necessitas, vt prædictum est, vix continget Fratribus Mino. iter facientibus, sicut boni Fratres iter facere debent; ac, vt suæ Regulæ obseruatores, incedentes:) sed etiam multæ modificationes requiruntur; prout per lucidè in tractatu, qui dicitur Speculum Fratrum Minorum, in articulo Pecuniæ, continentur; quæ in hoc casu nullatenus bene obseruari possunt. Quas modificationes cum legeris, liquidò videbis reprobationem Bursariorum, esse veram, atque iustissimam. Præterea quæro, quonam modo poterunt tales ostendere cunctis, in dictis pecunijs nihil habere (sicut dicit Clemens, quòd ostendere debent) taliter, vt sinister oculus nõ

**D** possit præfumi contra ipsos. Item, quomodo euitabunt non solum malum; sed etiam speciem mali, prout euitare astricti sũt à lege Diuina. Item, qualiter habebunt testimonium ab ijs, qui foris sunt: immo quomodo euitabunt scandalum proximorum, quod ex hoc quàm pluribus datur: cum dicat Apostolus. Si Frater meus scandalizatur, carnes non manducabo in æternum. Et insuper, quonam pacto satisficient puritati voti paupertatis, obseruando, quòd non præcipiant quomodo

**E** aut qualiter pecunia expendatur; nec de expensa computum exigant; & abſtinebunt à qualibet contrectatione, vsu, & administratione, & dispensatione pecuniæ: prout hæc etiam dicti Pontifices cauenda omnino esse dicunt; & præcipiunt? Itaq; pro firmissimo, & indubitabili tenendum est, quòd extra casum extremæ necessitatis (quæ nulla lege astringitur) nullatenus Bursarij duci licitè possunt, sicut præfati Doctores tenent. Nec obstat primò adductum ex declaratione Clementis, quia

ex verbis, & ex sensu verborum huiusmodi declarationis apparet, istam fuisse intentionem eius, per ea, quæ immediate allegata sunt. Et præsertim cum non solum præcipiat, vt sit necessitas, quæ aliter prouideri nequeat: sed etiam, quòd seruentur prædictæ modificationes. Non obstat etiam dicere, quòd forsan non ita integrè in aliquibus Conuentibus obseruantur modificationes, quæ cum Bursarijs dictum est debere obseruari; quia vnum peccatum non excusat aliud, nec culpa illius maior alleuiat meam minorem; nec minus ardebunt, B im. no amplius, cum multis, quàm si soli in igne infernali essent. A quo nos liberare dignetur, qui, cum diues esset, pro nobis egenus fieri dignatus est; nosq; vt sibi alsimilaret, in camino Paupertatis elegit. Nec etiã obstat dicere *(christum, & Apostolos, Bursariũ aliquando duxisse; quia id (ut cõmuniter expositores aiunt; & sic præcipue respondisse Vbertinum de casal. fertur in tractat. de decem piagis Paupert.) ut persona communes, & Ecclesie Prælati aliorum cura habentes (ut nũc Papa, et Episcopi) fecisse censendi sunt. Nos aut, quia non succedimus eis in statu Episcoporum, sed in exemplo uitæ particularis perfectionis (ut in c. Exiit. determinatur) Bursarium habere non possumus; ut supra est conclusum.* ¶ Reliqua pertinentia ad Paupertatis materiam respectu Fratrum Minorum, habentur latissimè in Declarationibus Apostolicis Regulæ prædictorum Fratrum; quas fecerunt Nicolaus III. & Clemens V. Sed clarius continentur in quodam tractatu intitulato Speculum Fratrum Minorum, per reuerendum Patrem Fratrem Ioannẽ de Argomanes Prouinciãlem prouinciæ Sancti Iacobi luculenter editum. Et præsertim in ijs, quæ attinent ad pecuniam: habetur ibidem peroptimè, prope finem eiusdem tractatus.

Capuccini  
Annotatio.

Et vide Cor  
dub. alioq;  
moderniores  
Regulæ  
nostre expo  
siciones in 4.  
& 5. cap.

### ANNOTATIO CORDVBÆ.



¶ *oad. s. 1. notandum, quòd nec super habendo peculio potest Prælatus cum suo Monacho dispensare, nisi sit Monachus habens administrationem communitatis, seu pro ipsa communitate, vt potè Eleemosynarius, V estuaris, aut alius officialis Communitatis: quia pro Communitate potest habere peculium, non pro se, ut habetur in eo. cap. Cũ ad Monasterium, secundum Docto. ibi lem: Gerson. 1. parte summ. Alphab. 23. liter 1 G, litera S, Peculium autem in proposito, quoad Monachos, seu Religiosos, vt habetur in Gers. ubi su. secunda. Gerard.) minus*

**A** minus est, quàm proprium, seu quàm propriet as; & minus est habere peculium, quàm habere dominium, aut proprietatem: quia non est habere principale dominium in re ipsa; sed habere facultatem, seu licentiam Superioris ad commutandum, distrahendum, seu disponendum generaliter, & ad libitum; prout sibi visum fuerit, de tali re, vel rebus; & hoc adhuc non libere omnino: sed, ut dictum est, limitatè; idest sub alio id facere possunt, ut filius sub patre, seruus sub domino: & durante licentia eorum sub quorum dominio, aut potestate ipsi sunt. Idèd

**B** videant Fratres, quàm multipliciter à Prælatis pariter, & subditis, sape circa hoc erratur; quia Prælati tenentur specialiter, circa hoc providere sibi, & subditis. De quo nos latius egimus supra, in expos. Regule Fratrum Mino. cap. 6. q. 7. ibi videatur.

Quoad illa notabilia, quæ Collector, circa paupertatem ponit. qui voluerit latius videre, legat supra in nostra expos. Regule Fratrum Mino. cap. 6. q. 1. ibi fortè plenius intelliget ea, quæ hic breuiter tangit Collector. Et quoad quæst. 3. de Bursarijs, quam ibi Collector pertractat, videat qui volet in prædicta expos. Regule Fratrum Mino. cap. 4. q. 13.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

**D** **R**O huiusmodi paupertatis materia, licet multa ab expositoribus Regularum Religiosorum, eam profiterentium, dicantur, & præcipuè à Cordub. alijsq; modernioribus expositoribus Regul. nostræ minoritanæ in 6. eius cap. Ego tamen duarum tantum questionum valde necessariorum, resolutionem hic adducam. Illius videlicet: an Fratribus, & Monialibus in commune viuentibus, & victum, & uestitum à Religione petentibus, quales sunt Mendicantes Ordines, liceat habere possessiones, annuos redditus, vel alia immobilia & secundo an licitè possint habere redditus vitalitios, quos illis parentes, vel consanguinei pro eorum necessitatibus assignant.

**E** Quoad primum resolutè dicimus, quòd non in particulare, sed benè in commune: in cap. enim cum ad Monasterium, de stat. Monach. sic dicitur. Prohibemus in virtute sanctæ obedientiæ, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat. Sed si quis aliquo modo habeat proprium, id totum in commune resignet, &c. Et infra dicitur, quòd super hoc nec Abbas, nec Papa potest dispensare: quasi sit contra ius diuinum, & naturale.

Et in Conc. Trid. nouissimè, sess. 25. cap. 2. tit. de regul. sic scriptum legimus

An Fratribus  
& Monial.  
liceat habere  
possessiones,  
annuos  
redditus &c.

Conc. Trid.  
dispositio.

legimus. Nemini igitur Regularium, tam uirorum, quam Mulierum, A  
 liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscunq; qualitatis fuerint, etiã  
 quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Con-  
 uentus possidere, uel tenere: sed statim ea Superiori tradantur, Con-  
 uentuiq; incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabili-  
 lia alicui Regulari concedere, etiam ad usum fructum, uel usum, admi-  
 nistrationem, aut Commendam. Administratio autem bonorum Mo-  
 nasteriorum, seu Conuentuum, ad solos Officiales eorundem, ad nutum  
 Superiorum amonibiles, pertineat. Mobilium uero usum, ita Super- B  
 iores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi  
 sunt, conueniat, nihilq; superflui in ea sit: nihilq; etiam, quod sit ne-  
 cessarium eis denegetur.

Pro Fratri-  
 bus Minori-  
 us.

Et licet Fratribus Minoribus Martinus V. concesserit, quod per  
 Procuratorem Romanæ Ecclesiæ, licitè habere possint redditus, posse-  
 siones, uincas, & cetera id genus; ut patet per Priuilegium ad Statum  
 Ordinis Fratrum Minorum conseruandum, &c. quod & Six. IV. con-  
 firmavit per Priuilegium Dum fructus uberes, &c. Nos tamen Ca- C  
 puccini, qui Priuilegijs Regulam relaxantibus renunciauimus, ipsam  
 Regulam in sua puritate, sicut à Papa Honorio fuit confirmata profi-  
 tendo, ex vi uoti nostræ paupertatis, nec redditus, nec possessiones ali-  
 quas possumus habere, licet horum proprietates, nõ Fratribus, sed domi-  
 nis rerum, sit reseruata; uel ipsi Ecclesiæ Romanæ: cum in predictis  
 omnibus aliqua thesaurizatio, & prouisio in futurum annexa sit; quæ  
 nostro statui repugnant, ne dum ex Clement Exiui, §. Rursus: sex ex ipsa  
 Regula. D

Redditus, p  
 pue qui sint

Quod autem Redditiu formales, & propriè dictos (quod est ius, seu  
 actio ad aliquid annuatim percipiendum) Fratres nullo modo habere  
 ualeant: expressè declaratum habetur in d. Clem. Exiui: ait enim ibi:  
 Cumq; annui redditus infra immobilia censeantur à iure: ac huiusmodi  
 redditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnent; nulla dubi-  
 tatio est, quod Fratribus predictis redditus quoscunq; sicut & posse-  
 siones, uel eorum etiam usum (cum eis non reperiatur concessus) re-  
 cipere, uel habere, eorum conditione considerata, non licet. Ex qui- E  
 bus uerbis constat, quod ne dum redditus, & possessiones aliquas, sed  
 nec horum usum, (licet proprietates sit penes alios) Fratres habere pos-  
 sunt: nisi tantum hortos, pro necessarijs hortilitijs; & syluæ mode-  
 ratas, pro spiritus subleuatione, & domos ad habitandum, ut in eadem  
 Clem. apparet, §. licet uero.

Virtuales autem Redditiu, nec Fratribus licent, ut ex eadem Cle-  
 ment. Exiui, & Decret. Exiij, constat. Vnde, si quis ordinauerit red-  
 ditum

**A** ditum perpetuum, quo in aliqua ciuitate, uel loco sustentarentur Fratres, heredes in hoc grauando, ut quotannis Fratribus necessaria ministrarent: uel si reliquerit aliqua territoria, uel uineas, de quorum fructibus per culturam, & industriam, uel eorundem fructuum pretio, Fratrum necessitatibus, per heredes singulis annis prouideretur; hæc penitus Fratribus interdicta probantur. Quia hæc habere, est habere usum reddituum, seu illorum speciem, & naturam; ut ex dicta Clem. probatur, §. licet ueró.

**B** Et nomine possessionum, non tantum agri, uineæ, utridaria, & domus; sed omnia, quæ successiue fructificant, intelliguntur; ut armenta ouium, uaccarum, iumentorum, &c. ut habetur in tractat. decem plagarum, plag. 6. & per Cord. aliosq; exposit. Regul. in cap. 6. comprobatur.

Possessionū nomen, comprehendit armeta gregeq;

Idemq; uidetur dicendum de quibusdam eleemosynis, quas quotannis tenentur facere Fratribus quedam Confraternitates, hospitalia, aut communitates, ita ut ciuilitate ad id cogi possint: quoniam tales eleemosynæ naturam sapiunt redditus, & habent obligationem ciuilem annexam, quorum Fratres incapaces sunt. Licet tamen Cordub. ubi supra, q. 10. puncto. 4. dicat: quod si Fratres expressè protestentur purè eleemosynaliter, absq; ullo iure predictam petere, seu recipere eleemosynam, licetè poterunt illam habere: sed tutius mihi uidetur illis non uti; de his etiam plura alia diximus supra, in verbo Hereditas, & in verbo Legata.

Eleemosyne ciuilitate debita sunt prohibere.

Quoad secundum, an scilicet, liceat habere redditus uitalitios, &c. **D** hæc questio satis prolixè tractatur à Corduba in summa, q. 54. & à Petro Navarra, in tract. de restitutione, lib. 3. cap. 1. nu. 166.

An liceat habere redditus uitalitios.

Et licet multos uiros graues reperiri dicant, qui huiusmodi consuetudinem damnant, ut est Gerson. Alphab. 23. lit. g. & Gerard. Pyrini in tract. de dispens. Eccl. Conc. 21. & habetur in lib. monumenta ordinis Minorum tract. 3. f. 162. & alij, nonnullis iuribus, & rationibus moti, præcipuè C. Ioannes Frater, de Regul. ibi, Mandamus, & C. Monachi, & C. cum ad Monast. de statu Monachi, & illa supradicta dispositione Conc. Trid. tamen contrariam opinionem sectari aiunt. Sylues. verbo Abbas, q. 3. dist. 7. Innoc. in cap. Insinuante, ne Cleric. uel Monac. loquens in specie de dictis redditibus, Nauar. de reddit. Ecclesia. q. 1. f. 6. 23. & 24. nu. 84. & alios Doctores, quos refert ipse Petrus Navarra ibi. Et hanc sequitur ipse Cord. in præfata q. 54. cum quibusdam limitationibus: primo, ut predictum ius, uel alia queuis res illi concessa, sit reuocabilis per uoluntatem Superioris: secundo, ut non habeat apud se, sed in manu publici officialis, per Superiorem assignati.

Sicq;



Sicq. saluandam esse consuetudinem censet: non obstante dispositione A  
dicti Concilii Tridentini.

Sed mihi cum ipso Petro Nauar. dicendum uidetur, quòd si ipsi Re-  
gulares redditus illos uellent pro se tenere specialiter, ac latenter su-  
perioreq; ignorante: tunc essent proprietarii, & acriter hoc à supra-  
dictis Iuribus detestatur. Vel si illos redditus seu quodcumq; aliud pos-  
siderent irrenocabiliter, etiam sciente, & prouidente Superiore, face-  
rent contra *Votum paupertatis*, quia esset habere proprietatem, & li-  
berum rerum dominium, & in hoc sensu loquuntur iura sup. allegata, B  
& præcipuè C. cum ad Monasterium.

Sed si prædicta Bona, & pecuniæ non sint in potestate ipsius Regula-  
ris sed publici Officialis ad id per Superiorem assignati, ut sunt Deposi-  
tarii, uel Procuratores Monasteriorum, uel alii de omnium more pro  
hoc instituti licitum est talia bona admittere, ita sanè docuit Sylu. Na-  
uar. & Cordub. etiam post Conc. Trid. cuius ratio est: quia, cum sint in  
potestate publici Officialis, in Superioris potestate esse dicuntur, & non  
aliter eas dispenset: nisi ad nutum Superioris, a leò, ut si quando domus C  
egeat in communi, ex illis pecuniis, ac bonis, prouideantur necessaria  
domus.

Quòd certè non raro Superiores tentare deberent, ut discerent sub-  
diti, non proprietatem, sed usum, & illum ad nutum Superioris se ha-  
bere, & hoc esset iuxta Concilii Tridentini dispositionem.

Quòd si Superiori (aut ipse Petrus Nau.) in particulari certam pe-  
cuniam, uel aliam rem concederet temporaliter, suo subdito ad certum D  
usum, pium, licitum, & necessarium, non uagè illi relinquendo dispo-  
sitionem, & administrationem: posset certè concedi, neq; id diceretur  
esse contra Conc. neq; administratio propriè dici posset: quicquid tamè  
sit uideatur benè, & sanè intelligatur secundum Conc. Trid. dispositio: quia  
ex ea omnia dubia circa hoc occurrentia facillimè resoluentur, &  
hec satis.

### PORTIO CANONICA.

Collector.

Valiter Fratres Mino. necnon & alij Mendicantes, non  
tenentur soluere Prælati Ecclesiarum aliquam por-  
tionem Canonicam: positum est in dictione Canoni-  
ca portio, præfertim, s. quinto. B

### POSSESSIONES FRATRVM.

Collector.

Circa bona, quæ possident Fratres Mendicantes, & Monia-  
les, eorum curæ commissæ, dictum est in dictionibus Alie-  
natio, & Bona. ¶ Sed ultra illud additur hic aliquid, quoad  
Fratres Minores.

**A** **N**ICOLAUS III. in Declaratione Regulæ Fratrum Mino. statuit, & declarauit, quòd omnium rerum, quibus vtuntur prædicti Fratres, ius & dominium pertineat ad Summum Pontificè, & Ecclesiam Romanam, vt pote vtensilium, & librorum, ac eorum mobilia, quorum vsum licèt huiusmodi Fratribus habere: dum tamen, qui prædictas res dedit, nõ reseruauerit sibi dominium, B. fo. 6. in tractatu 2. Et ffo. 8. in tractatu 2.

2  
Paupertas.

**B** INNOCENTIVS VIII. fecit quandam dispositionem Fratribus prædicatoribus obseruan. Congregationis Hispaniæ, circa possessiones; vt habetur in dictione Dispensatio §. 18.

2

**C** IULIVS II. fecit quandam Concessionem magnam Fratribus Augustinensibus, circa eorum bona, & possessiones; quæ posita est in dictione Bona, §. 10.

3

**C** LEO X. præcepit omnibus Christi fidelibus, ut nemo bona Ordinis Fratrum Augustinensium audeat occupare, vel vexare; quòd tam de personis prædictis, quàm de locis, Conuentibus, possessionibus, & alijs quibuscunq; rebus, ad loca, personæ sue pertinentia intelligi voluit, siue pecunia siue mobilia illa sint. Et voluit, quòd si vexantes, vel occupantes (postquam à prædictis Fratribus fuerint moesti) non integrè infra tridui spatium omnia restituerint, aut vexare omnino destiterint, excommunicationis sententiam incurrant; à qua absolui, nisi à Sede Apostolica, & in mortis articulo non possint. b. ffo. 122. conce. 558.

4  
Prohibitio.

Excōicatio.

PRÆDICATORES VERBI DEI.

*Distinctio materię infra scriptæ.*

**E** Notandum est, quòd omnia, quæ in Priuilegijs Fratrum continentur, respectu prædicationum, & Prædicatorum sunt in triplici differentia. ¶ Quædam enim respiciunt facultatem, quàm Fratres prædicaturi habere debent. Et hæc continentur infra, §. 1. & 4. & 5. & 10. ac 13. ¶ Alia concernunt prohibitionem Prælatorum Ecclesiasticorum, & nonnullorum etiam Fratrum. Et ista habentur in §. 3. & 11. ¶ Reliqua verò sunt in Commendationem, & fauorem dictorum Fratrum actu prædicantium. Ista verò sunt duplicia: Nam aliqua respiciunt:

Collectio.

ciunt:

ciunt proprie suas personas. Et hæc habentur infra, §. 2. & 14. A  
& 15. Alia autem respiciunt auditores sermonum. Et quoad  
ista, ponitur quadam remissio in fine huius dictionis.

1  
Licentia præ-  
dicandi.



INNOCENTIVS III. dedit Beato Francisco,  
& socijs eius licentiam prædicandi ad verbi Dei  
semen in omnem terram spargendum, b. fo. 1.  
Et ffo. 3.

2  
Nota.

GREGORIVS IX. præcepit omnibus Ec- B  
clesiasticis Prælati, vt Fratres Ordinis Mino. ad officium præ-  
dicandi (ad quod dicit, quòd sunt ex professione sui Ordinis  
deputati) benignè recipiant: & ut admoneant populos eis  
commisissos, quatenus ex ore prædicatorum Fratrum, vbi Dei se-  
men deuotè suscipiant; ac etiã, quòd in necessitatibus huius-  
modi Fratrum, liberales existant. B. fo. 25. Et ffo. 109. conce-  
ssione 233.

3  
Prohibitio.

Idem Gregorius IX. præcepit Ecclesiarum Prælati, quate C  
nus, si qui asserentes, se esse de Ordine Fratrum Minorum præ-  
dicauerint in iurisdictionibus huiusmodi Prælatorum, facien-  
do quæstum pecuniarum, ex quo infamia sequeretur Religio-  
ni ipsorum Fratrum, qui paupertatem professi sunt, capiant  
tales prædicantes, & tanquam falsarios condemnent, B. fo. 25.  
Et ffo. 109. conce. 234.

4  
Licentia præ-  
dicandi.

ALEXANDER IV. concessit, quòd Fratres Ordinis  
Prædicatorum, & Minorum possint prædicare Populis de li- D  
centia Romani Pontificis, aut Legatorum eius, vel Diocesa-  
ni, seu Ordinarij, absq; aliorum inferiorum Prælatorum, &  
Rectorum Ecclesiarum, ac Sacerdotum Parochialium assensu,  
b. fo. 25. Et ffo. 26. conce. 15.

5  
Licentia præ-  
dicandi.

CLEMENS IV. referendo, ac confirmando Prædictas  
litteras Alexandri IV. declarauit, quòd, si prædictis Fratribus  
concedatur licentia prædicandi, & audiendi confessiones, à Le- E  
gatis Sedis Apostolicæ, aut ab Ordinarijs locorum, possint li-  
berè huiusmodi Fratres prædicare Populis subiectis Legatis,  
& Ordinarijs; & confessiones audire, sine aliorum Prælato-  
rum inferiorum, & Rectorum Ecclesiarum assensu, vilo modo  
requisito. Illis tamen casibus exceptis, qui de iure, vel con-  
suetudine, aut speciali reservatione facta Sedi Apostolicæ, ac  
Legatis, & Ordinarijs prædictis specialiter relinquuntur, b.  
fo. 29. Et ffo. 30. conce. 26.

Casus

**A** Casus, de quibus hic fit mentio, specificantur à Benedicto, Collector.  
 II. infra, s. II.

**B** Idem Clemens concessit, vt singuli Prouinciales Fratrum 6  
Initiatio  
præicatorum  
 Minorum in suis Prouinciis, cum Diffinitoribus in suis Capitu-  
 lis prouincialibus congregatis, habeant plenariam auctori-  
 tatem, & facultatem examinandi, & approbandi Fratres præ-  
 dicti Ordinis in sacra pagina eruditos; & quòdeis officium  
 prædicationis ( Deum habendo præ oculis ) committere va-  
 leant, sicut ex forma Regulæ poterat Minister Generalis. B. fo.  
 56. Et ffo. 139. conc. 311. ¶ Hoc idem concessum est Carme-  
 litis. B. ffo. 185. conc. 463. ¶ Et similiter concessum est Augu-  
 stinensibus. B. ffo. 244. concess. 589.

**C** Idem Clemens prohibuit, ne Fratres, quos ab Ordine pro 7  
Prohibitio  
prædicandi.  
 suis culpis expelli contigerit, vel egressi fuerint proprio mo-  
 tu, præsumant prædicare, &c. nisi ad alium Ordinem, in quo  
 licitè exercetur huiusmodi officium, de licentia sedis Aposto-  
 licæ, vel Ministrorum Ordinis præfati, transierint, B. fo. 58. Et  
 ffo. 141. conce. 331. ¶ Habetur idem quoad Carmelitas, fo. 103.  
 Et ffo. 186. conce. 472. ¶ Et quoad Prædicatores, ffo. 238. con-  
 cessione 557.

**D** NICOLAVS III. vel IV. concessit multa, & magna Fra- 8  
Pro prædica-  
toribus eun-  
tibus ad infi-  
deles.  
 tribus Ordinis Prædicatorum euntibus ad terras infidelium,  
 & hæreticorum in partibus Oriētis; quæ, quia non vidētur de-  
 seruire pro istis temporibus, non ponuntur hic: sed qui vo-  
 luerit illa videre, reperiet b. ffo. 116. & 117.

**E** BONIFACIUS VIII. & Clemens V. fecerunt sequentē Cō- 9  
Ex iure cōi.  
 stitutionem, circa Prædicatores, Statuimus, & ordinamus, vt  
 Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres in Ecclesiis, &  
 locis eorum, ac in plateis communibus, liberè valeant Clero,  
 & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa dun-  
 taxat excepta, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel  
 coram se facere solenniter prædicari: in qua prædicare cessa-  
 bunt: præterquam, si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate  
 processerit, ac licentia speciali. In Studijs autem generalib⁹  
 vbi sermones ad Clerum ex more fieri solent, diebus illis, qui-  
 bus prædicari solenniter consuevit, ad funera etiam mortuo-  
 rum, & in festis specialibus, siue peculiaribus eorundem Fra-  
 trum possunt iidem Fratres, & liceat eis liberè prædicare: nisi  
 fortè illa hora, qua solet ad Clerum in prædictis locis Dei ver-  
 bum proponi Episcopus, vel Prælati Superior, Clerum ad se  
 gene-

Parochiales  
Ecclesiæ.

generaliter conuocaret: ac ex aliqua ratione, vel causa urgente, Clerum ipsum duceret congregandum. ¶ In Ecclesijs autē Parochialibus, Fratres illi nullatenus audeant, vel debeant predicare, vel proponere verbum Dei: nisi Fratres prædicti à Parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint, vel vocati; & de ipsorum beneplacito, & assensu, seu petita licentia fuerit, & obtenta; nisi Episcopus, vel Prælati Superior, eosdem Fratres prædicare mandaret. Habetur in Clementina Dudum, de sepulturis. B

IO

CLEMENS V. in virtute sanctę obedientię, & sub interminatione maledictionis æternę, districtius inhibuit Religiosis quibuslibet: ne in sermonibus suis Ecclesiarum Prælati detrahant. Aut etiam retrahant laicos ab Ecclesiarum suarū frequentia, vel accessu, seu indulgentias pronuncient indiscretas. Habetur in Clementina, Religiosi, §. Quibus etiam, de Priuilegijs, & excessibus Priuilegiatorum.

Collector.

Notandum, quòd glo. super verbo Detrahant, supraposito, C sic dicit. Detrahant, 6. q. 1. c. Deteriores, dicit Hieronymus ad Rusticum: Non est humilitatis meę, atque mensurę, de Ministris Ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Habeant illi Ordinem suum, & gradum 16. q. 1. Si Clericus. Et Tullius in inuectiua contra Salustium, in fine: sape (inquit) vidi grauius offendere animos auditorum eos, qui aliena vitia aperte dixerunt, quàm eos qui commiserunt. Intellego autem hanc litteram (dicit præfata glo.) cum nominatim detrahunt, vel per circumlocutionem, quę vicem habeat proprii nominis. Alias in genere bene liceret prædicatoribus tangere vitia Prælatorum. Vnde Dominus dixit: Super cathedram Moyfi sederunt Scribę, &c. Matthęi 23. Et 1. q. 1. c. Omnia. Licet ergo in genere, quòd non licet in specie, de offi. ordi. c. Si sacerdos. Caueant tamen, vt etiam in generali locutione linguam refrenent: quia, qui inconsideratę loquitur sentiet mala, 43. distin. Sit Rector. Hęc glo. præfata; quę est meritò notanda; & ideo hic inserta. D

II

Casus in quibus possint predicare Fratres etiam si diocesani prædicent.

BENEDICTVS XI. statuit, quòd Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum, qui ad prædicandum deputati sunt, possunt in Ecclesijs, & locis suis, ac in plateis communibus, seu publicis, libere (absq; Diocesanorum, & aliorum Prælatorū petita licentia) Clero, & populo prædicare, eisq; proponere verbum Dei. Voluit tamen, quòd prædicti Fratres caueant omni-

**A** omnino, ne illa hora, in qua Diœcesani prædicauerint, vel coram se fecerint prædicare, prædicent ipsi Fratres: nisi forsan hoc facerent de volûtate Diœcesanorum ipsorum, aut in Studijs generalibus: diebus illis duntaxat, quibus sermones ad Clerum fieri solent solêniter, siuè in funeribus mortuorum, siuè in eorundem Fratrum Festis specialibus, seu peculiaribus: quia in prædictis quatuor casibus concurrere poterunt in prædicationibus cum Diœcesanis, B. fo. 126. Et ffo. 203. concessione 500.

Aduerte, quòd in hoc casu non curatur, nisi de Clementina Dudum, supraposita, §. 9. Collector.

Idem Benedictus statuit, quòd prædicti Fratres in Ecclesijs parochialibus non audeant prædicare inuitis earum Rectoribus, seu Sacerdotibus: nisi de licentia Superiorum eorundem Rectorum, B. fo. 126. Et ffo. 203. conce. 501. 12  
Prohibitio prædicandi.

**BONIFACIUS IX.** concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quòd possint verbum Dei in eorum Ecclesijs, & plateis communibus publicè proponere, & prædicare, & iuxta morè ipsius Ordinis quæstus facere, & mendicare, cuiuscunque inferioris Summo Pontifice super hoc licentia minime requisita b. ffo. 118. concessione 534. 13  
Licentia prædicandi.

**SIXTUS IV.** concessit Fratribus Carmelitanis, vt possint liberè prædicare populis in locis publicis, absque tamen Parochialium Ecclesiarum iuris præiudicio. Et declarauit, quòd huiusmodi iuris præiudicium intelligatur de decimis, & primitijs duntaxat; quæ à laicis solent clericis exhiberi, B. fo. 112. Et ffo. 185. conce. 465. 14  
Licentia prædicandi.

In prædicta concessione vult dicere Sixtus, quòd dummodo Ecclesijs Parochialibus nõ sequatur præiudicium, quoad exactionem decimarum, & primitiarum, possint prædicti Fratres prædicare liberè in quibuslibet locis publicis. Collector.

**LEO X.** concessit, quòd prædicatores verbi Dei Ordinis Minorum de Obser. quando actu prædicant; vtputa in Aduentu, & Quadragesima, possint officium feriale anticipare, & Festa illis diebus referuare, quibus illos amplius laborare necesse è. Non tamen in fraudem Diuini Officij: sed vt liberius valeant studio vacare, & consolationi spiritali fidelium populorum incumbere, o. ffo. 91. concessione 265. 15  
Officiũ Diuinum.

Idem Leo concessit, quòd Fratres Mino. Prædicatores actu prædicantes, possint sine stimulo, & seruato ieiunio, anticipare, 16  
Ieiunium.

& retardare horas comestionis, & serotinæ collationis, iuxta A  
suam consolationem, o. ffo. 93. conce. 282.

17  
Examinatio  
Prædicatorū

Idem Leo in Concilio Lateranensi statuit, & ordinauit, vt  
nullus tam Clericus, uel secularis, quàm cuiuscunque etiam  
Mendicantium Ordinum Regularis, aut quiuis alius, ad quem  
facultas prædicandi, tam de iure, quàm de consuetudine, vel  
Priuilegio, aut aliàs pertinet, ad huiusmodi officium exercē-  
dum admittatur: nisi per Superiorem suum respectiue diligē-  
ter examinatus (in qua re conscientiam ipsius Superioris one-  
rat) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudē-  
tia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus, ac idoneus reperia-  
tur. Et hic quocunq; postea prædicaturus accesserit, de huius-  
modi examine, & idoneitate sua per literas authenticas, seu  
alias sui examinatoris & approbatoris, Episcopis, & alijs lo-  
corum Ordinarijs fidem legitimam faciat, b. ffo. 127. cōc. 565.

18  
Prohibitio.

Idem Leo mandauit omnibus prædictis, qui onus prædica-  
tionis sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicā C  
veritatem, & sacram scripturam, iuxta declarationem, inter-  
pretationem, & ampliatiōem Doctorum, quos Ecclesia, vel  
vsus diuturnus approbavit, legēdosque hætenus recepit, præ-  
dicent, & explanent: nec quicquam eius proprio sensui con-  
trarium, aut dissonum adijciant: sed illis semper insistant, quæ  
ad ipsius sacre scripturæ verbis ritè, ac sanè, & præfatorū Do-  
ctorum interpretationibus intellectis non discordant. Tem-  
pus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi ad-  
uentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere ne-  
quaquàm præsumāt: cū ueritas dicat, non esse nostrum nos-  
se tempora, uel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, b.  
ffo. 127. conce. 566.

19  
Inhibitio.

Idem Leo inhiuit omnibus, & singulis Clericis Secularib<sup>9</sup>  
& Regularibus præfatis, cæterisque cuiuscunq; status, Ordinis  
& conditionis existant, qui onus prædicationis assument, ne in  
sermonibus suis publicis alia quæq; futura, quàm quæ ex literis E  
sacris constant prædicere: nec illa à Spiritu Sancto, vel diui-  
na reuelatione se habuisse affirmare, & alienas, inanesq; diui-  
nationes asseuerādas, aut alio quoq; modo tractādas assumāt:  
sed ex diuinę uocis præcepto, Euangelium omni creaturæ cum  
uiciorum detestatione: & uirtutum commendatione enucleēt,  
& declarent, & pacem, ac dilectionem mutuam à redemptore  
nostro tanto opere commendatam, ybique fontes, nō scindāt  
uestem

**A** vestem inconfutilem Christi, sed ab Episcoporum, Prælatorū ac aliorum Superiorum, eorumq; status scādaloſa detractiōe aperta, & manifesta redargutiōe abſtineāt, b. ffo. 127. cōc. 567

Idem Leo in præſato Conc. ſtatuit, ut ſi quibuſdā Dñs futura quedā in Dei Eccleſia inſpiratione quapiā reuelauerit, quoniā res magni momēti eſt, eo quòd non de facili credendū ſit omī ſpiritu, ſed ſint probādi ſpiritus (teſte Apoſtolo) an ex Deo pueniant tales aſſertę inſpirationes, antequā publicētur, aut populo prædicētur, Apoſt. Sedis examini reſeruata intelligātur. Qd ſi ſine morę periculo id fieri non valeret, aut vrgens neceſſitas aliud ſuaderet, tūc eodē ordine ſeruato, Ordinario loci notiſicētur, vt ille, adhibitis ſecū trib⁹ aut quatuor doctis & grauib⁹ viris, & in eiufmodi negotio exercitatis, diligēter examinato, qñ id expedire videbunt ( ſuper quo eorum conſcientias onerat ) licentiam concedere poſſint, b. ffo. 127. conce. 569.

Idem Leo vbi ſupra ſtatuit, vt ſi qui in huiufmodi prædicatoribus miracula falſa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex ſacra ſcriptura non conſtant prædicare, ſeu Episcopis, aut eorū Superioribus præſatis detrahare auſi fuerint, vltra pœnas cōtra tales à iure ſtatutās, excommunicationis etiam ſententiā, à qua non niſi à Romano Pontifice ( præterquam in mortis articulo conſtituti ) abſolui poſſint, eos incurrare voluit. Et vt eorum exemplo alij attentare ſimilia minimè audeant, eis prædicationis etiam officium interdīctum eſſe perpetuò, dedreuit, b. ffo. 127. conce. 570.

Circa materiam iſtam Prædicatorum, multi Summi Pontifices conceſſerunt multas Indulgentias, quas lucrantur audientes ſermones Fratrum Minorum, prout poſitę ſunt in diſtione Indulgentiæ quoad ſeculares quintò.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

**E**



*Vo ad. 9. 8. notandum, quòd ſimiliter ad id, quòd ibi Nicol. III. vel IV. conceſſit, & Greg. IX. ff. 253. & Innoc. IV.*

*Quoad. 9. 13. notandum, quòd idem Bonif. IX. ibidem prohibuit etiam ſub excommunicatione ipſo factò in quoſcunq; contraſcientes, ne Prælati Eccleſiarum, aut alij quicūque populum, aut parochianos ſuos retrahere præſumant, quo minus accedant ad audiendas prædicationes Fratrum Prædicatorum quoties, et quando voluerint.*



## CAPVCCINI ANNOTATIO.

In. §. 11.

Prædicare in  
Ecclesijs no-  
stris, quâdo,  
& quomo-  
do potest.

Conc. Trid.



**E**ST notandum, quod prius, per Decretum Pij V. in Ecclesijs nostris poteramus prædicare sine benedictione Ordinarij; ut in const. & si Mendicantium Ordines, habetur, edita, anno 1567. Sed quia const. illa fuit postea per Greg. XIII. ad terminos iuris communis, & sacrorum Conc. Trid. Canonum redacta, & secundum Pium IV. in constitutione, in Principis Apostolorum 119. annullantur omnia Privilegia, in quibus, decretis Conc. Trident. contrariantur: ideo hodie non alias possumus, nisi cum eorum benedictione. In Conc. enim Trid. ordinatur; ut Prædicatores, sine licentia Superiorum Ordinis, & benedictione Ordinarij, in Ecclesijs eiusdem Ordinis prædicare non possint, in Ecclesijs autem alijs à nostris, ultra licentiã Superiorum, & Episcopi licentiã habere teneantur.

Et notandum etiam, quod presentati semel, non tenentur amplius in illa Diœcesi presentari, ut in eadem supra citata Pij V. const. Et si Mendicantium, declaratur.

## P R Æ L A T I.

*Distinctio materia infrascriptæ.*

Collector.

De attinẽti-  
bus ad Præ-  
latos Ord-  
inis.

De attinẽti-  
bus ad Præ-  
latos Ecclesiæ.

**C**irca Prælatos sunt multa, & varia in Privilegijs Fratrum, quæ sub sequenti Ordine partiuntur. Primò enim sunt aliqua statuta, & concessa respectu Prælatorum Religiosorum. Et hæc subdividuntur. Nam quædam pertinent ad eorum electionem; quæ posita sunt in dictione Electio. Alia concernunt eorundem Prælatorum confirmationem; quæ habentur in dictione Confirmatio. Nonnulla verò attinent ad huiusmodi Prælatorum auctoritatem in executione suorum officiorum. Et de hoc habetur in varijs dictionibus, secundum varietatem denominationum officiorum. Ut de auctoritate Generalis Ministri in dictione Generalis Ordinis. Et sic de alijs officijs; prout distincta sunt in dictione Officia Ordinis. Secundò principaliter in Privilegijs Fratrum sunt non pauca pertinentia ad Prælatos Ecclesiarum. Et horum aliqua respiciunt modum, quem ipsi debent obleruare erga Fratres, ad eos declinantes, scilicet, qualiter debent eos benignè recipere. Et hoc habetur in dictione Recipere. §. 1. & 2. Alia spectant ad reverentiam

**A** tiam, quam Fratres debēt exhibere huiusmodi Prælati, in Præsentatione Confessorum, & alijs consimilibus. De quo habetur in dictionibus Absolutio, quoad seculares, & Præsentatio Confessorum. Alia pertinent ad formam, quam erga priuilegia dictorum Fratrum debēt tenere prædicti Prælati Ecclesiarum. De quo habetur in dictione Priuilegia. Et tandem nonnulla pertinent ad inhibitiones per Summos Pōtifices huiusmodi Prælati factas: nè circa Fratres, & eorum officia se intro-

**B** mittant. Et de hoc in dictione Exemptio, in multis. §. multa continentur.

P R A E F A T I O .



**C** VGENIVS IV. concessit Fratribus Mino. quòd in Festiuitatibus Sancti Francisci, possint dicere propriam Præfationem; & Credo, o. ffo. 101. conce. 408.

**S**IXTVS IV. concessit, quòd Fratres Mino. in die Sancti Francisci, & Stigmatum eiusdem, possint dicere Præfationem propriam in Missa, o. fo. 63. Et ffo. 100. concessione 386.

Idem Sixtus concessit, quòd in Missa Sancti Francisci dicatur propria Præfatio, o. ffo. 102. concessione 412.

**D** extra Festiuitates prædictas. Nam pro dieb' Festiuitatum iam concessum erat; vt patet supra §. 1.

P R A E S E N T A T I O C O N F E S S O R V M .

**Q** Via concessiones, & ordinationes attinentes ad præsentationem Confessorū Ordinarijs faciendā, sunt cōmixtæ cum auctoritate, quam huiusmodi Confessores habent ad absoluendum: ideò positæ sunt supra, in dictione Absolutio quoad seculares 1. Circa huiusmodi tamen materiam Præsentationis Confessorum, oportet vterius aduertere, quòd, quia Fratres Confessores Ordinum Mendicantium debite præsentati Episcopis, aut eorum vices gerentibus, magnam habent auctoritatem: tam per Clementinam Dudum, de sepulturis: quàm per Priuilegia specialia; quibus

Vuu 3 neque-

1

2

Pro S. Fran-  
cisco.

3

Collector.

Collector.

nequeunt gaudere, nec confessiones secularium generaliter A  
 audire, non sic præsentati: ideò formam debitam præsentandi  
 libuit hic inferere. ¶ Sciendum est ergò, quòd duplex mo- B  
 dus, seu forma præsentationis Confessorum reperitur in iure,  
 & in Priuilegijs Fratrum Prædicatorum. Primus modus, &  
 forma iuridica continetur in præfata Clementina Dudum, de  
 sepul. vbi ponuntur multa; quorum aliqua sunt de necessitate  
 obseruanda. Primò enim dicitur ibi, quòd petitio fieri dicitur  
 per Ministros, aut Custodes, quoad Fratres Mino. aut per Ma- B  
 gistrum, seu Priorem Prouincialem, vel eius Vicarium, quoad  
 Fratres Prædicatores: qui debent accedere ad Præsentia Præ-  
 latorum Ecclesiæ, & petere, quòd Fratres, qui fuerint ele-  
 cti ab eis, possint liberè confessiones subditorum illius Diocce-  
 sis audire. Et hoc est de necessitate, si Episcopi petant. Secun-  
 dò dicitur ibidem, quòd, post huiusmodi petitionem, eligan-  
 tur Fratres, qui audituri sunt cõfessiones; & hoc per Generalé,  
 vel Prouinciales; sicut habetur supra, in dictione Confessio- C  
 nes, & Confessores, §. 3. Istud etiam est necessarium. Posset ta-  
 men præcedere admissio, si Episcopi vellent, alias non. Ter-  
 tiò additur, quòd Confessores, sic electi, præsententur Episco-  
 pis, aut eorum vices gerentibus; à præfatis Prælati Fratrum  
 per se, uel per alios Fratres, quos ad hoc deputauerint, peten-  
 do humiliter, vt de ipsorum beneplacito possint audire con-  
 fessiones suorum subditorum: quod etiã de necessitate debet  
 fieri. Dubium est tamen: vtrum præsentialiter debeant Fra- D  
 tres comparere? Et verius est, quòd sic, si Episcopi hoc petant:  
 præsertim, quia possunt eos examinare; ad quod requiritur  
 præsentia. Sed quia prima duo supraddicta sunt difficilia ad  
 seruandum; cum Prælati huiusmodi Fratrum nequeant sem-  
 per adesse vbicunque, & quandocunque est facienda præsentia  
 tio: ac similiter, quia iidem Prælati non valent eligere aliquos  
 Fratres ad audiendas confessiones extra Capitula prouincia-  
 lia: nisi fortè habeant specialem commissionem sui Generalis: E  
 ideò expedit, vt fiat præsentatio, sub forma inferius annotata;  
 quæ, si acceptetur à Prælati Ecclesiarum sufficiet; quamuis  
 alia prædicta omittantur, quæ sunt in fauorem ipsorum: cum  
 liceat vnicique renunciare iuri suo. Et notandum; quòd pri-  
 mum, s. petitionem, potest facere Minister, uel Custos per se,  
 vel per alium. Alterum potest facere Minister in Capitulis  
 prouincialibus tantum, propter Statutum Ordinis: quamuis de  
 iure,

**A** iure, per Clementinam Dudum, poterat facere ipse solus, sine Capitulo, prout credo, quòd alij Mendicantes faciunt. s. eligere Confessores. Tertium. s. præsentare, potest Minister per se, vel per alium facere.

Sequitur forma Præsentationis Confessorum, quæ fieri debet, vt dictum est, accedendo ad præsentiam Ordinariorum, & dicendo. Reuerendissime domine, supplex orator dominationis vestræ Frater. N. Minister, aut Prior, seu Frater. N.

Prima forma præsentationis Fratrum Confessorum.

**B** Custos huius Custodiæ, uel Prouinciæ, uel Guardianus, seu Prior talis Conuentus, auctoritate, & commissione dictorum, Ministri, aut Prioris Prouincialis Ordinis Fratrum. Enim humilem, ac debitam exhibet reuerentiam. Cùm fratrum Priuilegia dicto Ordini nostro à Summis Põtificibus indulta, Fratres eiusdem Ordinis per Ministrum, per se, vel Custodem, aut Fratres alios, quos ad hoc idoneos deputauerit, præsentati humiliter locorum Prælatis, ad suorum subditorum confes-

**C** siones audiendas, & salutares pœnitentias, cum absolutionis beneficio, iniungendas; de licentia, & gratia, ac beneplacito eorundem, meritò recipi debeant, & admitti: hinc est, quòd Reuerendæ dominationi vestræ, de cuius benignitate amplissimam fiduciam gerimus, secundum Canonici iuris formam, super hoc statutam: infra scriptos Fratres, per me (si est Minister, aut Prior Prouincialis, vel in Capitulo nostro prouinciali) legitime electos, & deputatos; cum ea, qua decet, & possum

**D** reuerentia, humillimè præsentò: obnixius eidem dominationi vestræ supplicans, quatenus ipsos, & me cum illis, si vult recipere, & admittere dignetur: ac si totalis forma iuris in Clementina Dudum, de sepulturis, & in Concilio Lateranensi tradita obseruata esset. Et eidem, ac mihi, de sua gratia speciali, à casibus etiam eidem reservatis (pro aiarù salute) absoluendi auctoritatem præstare. Et ipsi vnà mecum pro eadem dominatione vestra, vniuersoq; sibi grege commisso, assiduè redemur apud Deum supplices præcatores. Quam idem Dominus (longæuos in annos) ad cunctorum salutem conseruare dignetur.

Nota.

Facta ista præsentatione, & seruatis seruandis supradictis (nisi Ordinarius causam legitimam haberet non admittendi aliquem) siue admittat, siue non: possunt dicti Fratres absolvere subditos prædicti Ordinarij ab omnibus casibus, à quibus possunt Presbyteri Parochiales, vltra id, quod per Priuilegia

Collector.

particularia concessum est, & non oportet dictã præsentatione iterare in vita illi<sup>o</sup> Episcopi: licet aliquorsu se trãserãt Fratres ad morandum: cum ad dictã Diœcesim iteru ad morandu reuerfi fuerint: vt habetur in dictione Absolutio, quoad seculares. i. in, §. 4. Attamen ad euitandu, & euadendum tot ambages, securius est, quod Prouincialis per se, vel per aliu accedat ad Episcopu, rogans eu, quod admittat tot Confessores, quos ipse determinatos habeat in sua intentione; supplicas ipsi, quod eos acceptare dignetur: ac si in omnib<sup>o</sup>, & per oia seruata esset forma iuris, conteta in Clementina Dudu, & in Conc. Lateranensi. Quod si dignetur facere; tales Cofessores sunt presentati in illa Diœcesi per totam vitam suam: dum tn ipse intendat quid facit. Si autem Episcopus noluerit, oportebit seruare supradictam formam: & alias non possent Fratres audire confessions de iure; ac per consequens nec absoluer.

Nota.

Secunda forma presentandi Confessores. Idem ait Nauar. loco in fra citato in fine.

Alter modus presentandi Fratres Confessores habetur per Concessionem Innocentij VIII. qui potest fieri per quemcunque Guardianum, etiam si non habeat commissionem ab aliquo Superiore; prout habetur in dictione Absolutio, quoad seculares primò, §. 12. Attamen iste secundus modus est onerosus, debet enim fieri quolibet anno, & est dubium an sic presentatus habeat Concessionem particularem, factas Confessoribus nostris, ut supra presentatis. Ideo ego non curarem de isto, nisi in casu necessitatis.

Collector.

Vltimò circa huiusmodi Præsentationis materiam, est sciendum, quod nuper Clemens VII. fecit quandam concessionem; quæ posita est in dictione Absolutio, quoad seculares primò, in §. 16. virtute cuius, multis non spernendæ auctoritatis, visum est, quod vnica præsentatio, secundum formam iuridicam suprascriptam facta sufficiat Fratribus Confessoribus per totam vitam eorum, etiam si ad alias quascunque Diœceses trãseant. Alijs tamen videtur aliter, prout post præfatã concessionem positum est. Veruntamen per communicationem priuilegiorum Ordinum non Mendicanum, Ordini nostro factam, videtur omnino sublata necessitas, vel obligatio Præsentationis; præsertim virtute cõcessionis, quæ habetur in dictione Absolutio, quoad seculares 2. §. 18. & 19. Virtute cui<sup>o</sup> nihilomin<sup>o</sup> poterunt Frat. Cofess. absolueri à casib<sup>o</sup> reseruatis Episc. vt patet in pal legato §. 19. ibi: pter quã Sedi Apost. dütaxat reseruatis. Sed ad omne scrupulu, & ambiguu in hoc amouedu, nullatenus videtur

Nota.

omit-

**A** omittenda Presentatio iuridica, saltem semel pro semper. Ac etiam, quia huiusmodi omisio Præsentationis esset causa scādali Prælati Ecclesiarum: & fortè ob hoc mouerentur ad procurandum reuocationem priuilegiorum, & reductionem ad ius commune; prout in Concilio Lateranensi vltimo, sub Leone X. celebrato, cum adhuc præfatam communicationem priuilegiorum non haberemus, procuratum, & partim obtentū est. Non enim omnibus licitis vti oportet, iuxta Apostoli sententiam dicentis. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

*Nauiar. in manual. cap. 27. nu. 266. tenet, quòd semel præsentatus non intelligat noua præsentatione: quòd intelligi ego in eodem, scilicet, Episcopatu: vbi etiā ait tales, confessores sic præsentati non debere absolueri a casibus Episcopo reseruatis, nec minus dispensare in votis, &c. nisi accepta ab eis facultate: tamen Silu. verbo Confess. q. 5. contrarium tenere ait.*

**C** ANNOTATIO CORDVBÆ.



*Quoad id, quòd Collector tandem dicit, circa Concessionem Clem. V. notandum, quòd, ut habetur supra annotatum, tit. absolutio, quoad seculares 2. §. 16. sufficit, quòd sit semel præsentatus; quia iam semper, & vbiq; censetur præsentatus.*

**D** CAPVCCINI ANNOTATIO.



*Notandum, quòd priuilegia Mendicantibus concessa, super necessitate, vel modo præsentandi Ordinarijs Confessarios sui Ordinis, nō sunt eis sublata per Conc. Trid. sess. 25. cap. fin. tit. de Regul. quia ibi solūm ea priuilegia tolluntur, quæ sunt contraria iuribus communibus in supradictis capitulis illius tituli, in quibus nulli repetitur, obseruari debere ius præsentandi præfatos Confessarios.*

*Ad eò, quòd licet reperiantur alia priuilegia contraria, alia iura canonica, ibi non expressa, non censentur tamen sublata; ut tenet Nauiar. in sua sum. tit. de interdicto, in fine.*

*Notandum, quòd Pius V. in constit. quadam anni 1571. emanata, Const. 135 moderando ea, quæ in alia constit. sua 38. disposuerat, statuit, Regulares cuiuscūq; Ordinis etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia gradus-*

Semel præsentatio, & approbatio an sufficiat.

graduati, non posse secularium confessiones audire, nisi fuerint ab Ordinaris approbati, iuxta Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. & Greg. XIII. const. 15. volens tamen eos, qui semel ab Episcopo in ciuitate, & diocesis suis præuio examine approbati fuerint ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientie suæ quiete examinari denuo poterunt.

Plura tamen pro hac materia Presentationis Confessorum dixi supra in uerbo Absolutio, in resolutionibus absolutionum, in 5. capite principali, f. 54. & f. 82. At ubi specialiter tractat: An unica presentatio sufficiat pro semper in omnibus Episcopatibus, vel saltem in eo, ubi fuerit facta representatio.

### PRIVILEGIA FRATRUM.

*Distinctio materie Priuilegiorum Fratrum.*

Collector.

**C**irca Priuilegia Fratrum, multa debent considerari. ¶ Primo, illorum firmitas. Et hoc continetur infra, §. 5. & 6. & 7. & 9. & 12. & 15. Et alijs sequentibus, vsq; ad finem. ¶ Secundo debet attendi huiusmodi Priuilegiorum interpretatio, seu declaratio, ad quem pertineat. Et de hoc habetur infra, §. 5. & 15. & 19. ¶ Tertio eorundem Priuilegiorum suspensio, seu reuocatio. Istud autem ponitur infra, §. 6. & 8. & 12. & 17. & 25. & 26. & 27. ¶ Quarto sunt consideranda nonnulla prohibitiones, respectu prædictorum priuilegiorum. Istæ uero habentur infra, §. 3. & 13. & 14. & 16. ac 23. ¶ Quinto est attendenda eorundem Priuilegiorum communicatio. Et de hoc habetur in dictione Communicatio Priuilegiorum. ¶ Ultimo, quia circa suspensionem, & reuocationem huiusmodi Priuilegiorum occurrunt multe dubitationes, ponuntur in fine quædam notabiles quæstiones.

I  
Ex iure cõi.



**I**NNOCENTIVS III. statuit, seu declarauit, quod innouatio Priuilegij, seu noua concessio, nouum ius non tribuit: sed antiquum ius conseruat. Habetur in c. Ex parte. extra de priuilegijs. ¶ Vbi glo. super uerbum, Antiquum ius, ait: Nota ergo, quod per innouationem huiusmodi, nihil iuris acquiritur: sed antiquum conseruatur

2

Idem Innocentius in c. Quia intentionis nostræ, extra de priuilegijs, confirmans supradictum, ait. Innouatio nec ius nouum

nouum

**A** nouum confert, nec vetus tollit.

**ALEXANDER IV.** præcepit Ecclesiarum Prælatis, vt permittant Fratres Minores, & Prædicatores vti suis priuilegijs, & Indulgentijs, ac Regularibus Obseruantijs & Statutis per Sedem Apostolicam approbatis, b.fo.22. Et ffo.24. conce. 11. 3  
Prohibitio.

Idem Alexander decreuit irritas, & inanes omnes sententias, quas Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, Rectores, & Clerici ferre præsumperint, contra Fratres Ordinis Prædicatorum, seu in eorum aliquem: aut in loca eorum: seu quoscunq; alios occasione ipsorum Fratrum, contra indulta concessa Ordini præfato à sede Apostolica, vel in posterum concedenda, b. ffo. 115. concessione 509. 4

**CLEMENS IV.** inhiuit districtè omnibus Ecclesiarum Prælatis, nè interpretari præsumant priuilegia, & indulta concessa Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, siue clara, quæ interpretatone non indigent; siue dubia contineant. Et voluit, quòd interpretatio super huiusmodi dubijs, & obscuris referretur Sedi Apostolicæ: cum eius sit interpretari, cuius & condere, b.fo.30. Et ffo.31. conce.31. 5  
Interpretatio.

**EVGENIUS IV.** concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quòd virtute quarumcunq; literarum Apostolicarum concessarum, & concedendarum, non possit vllò modo præiudicari, seu derogari priuilegijs Prædicatorum Fratrum: nisi de ipso Ordine, & de huiusmodi literis fiat de verbo ad verbum expressa mentio, B. ffo.79. conce.239. 6  
Ex priuileg. Fratrum Prædicatorum.

**SIXTUS IV.** confirmauit omnia priuilegia ab eodem, vel à Prædecessoribus suis concessa Ordini Fratrum Mino. & præsertim contenta in Bulla eiusdem: quæ incipit: Regimini vniuersalis Ecclesiæ. Non obstantibus quibuscunq; literis post modum ordinatis à sua Sanctitate: præsertim illis, quæ incipiunt Super curam gregis Dominici, o. ffo.68. conce. 127. 7  
Cõfirmatio.

Idem Sixtus confirmauit omnia Priuilegia à sua sanctitate, vel à suis prædecessoribus concessa Ordini Mino. exceptis indulgentijs generalibus, quoad visitantes loca Fratrum, vel Sororum. Et hoc de concessis in genere; addendo, quòd non intendit sua Sanctitas, quòd indulgentiæ prædicto Ordini concessæ pro personis Fratrum (siue sint generales, siue non) reuocentur, per quascunq; literas Apostolicas, etiam Cruciatæ. Et idem de alijs Priuilegijs: nisi in talibus literis Apostolicis fiat expressa mentio de indulto huiusmodi, & Ordine prædicto 8  
Cõfirmatio.  
  
Reuocatio.



dicto, o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 137.

Collector.  
Nota.

Aduerte circa prædictam concessionem, quòd communiter ponitur in bullis Cruciatæ, & alijs similibus talia verba, quòd æquipollent expressioni necessariæ ad reuocationem, vel suspensionem Priuilegiorum Fratrum, etiam Mendicantium. Semper tamen sunt inspiciendæ derogationes talium bullarû, & conferendæ cum non obstantijs Priuilegiorum Fratrum, vt sic appareat quid præualere debeat.

Suspensio.

Idem Sixtus concessit Generali Fratrum Mino. quòd, quãdo viderit aliquem Fratrem sui Ordinis abuti gratijs, & facultatibus Apostolicis: possit & valeat huiusmodi gratias suspendere, & suspensas tenere, donec (quãprimum commodè poterit) consulat desuper Romanum Pontificem; & ab eo responsum habeat. Et super hoc onerat conscientiam prædicti Generalis, b. fo. 56. Et ffo. 52. conce. 58.

Cõfirmatio.

Idem Sixtus in Mari magno, Motu proprio, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuit, omnia, & singula priuilegia, per quoscunq. Summos Pontifices prædecessores suos Ordini Fratrum Mino. & illius domibus, & professoribus (in genere sub quacunq. verborum forma) concessa; ac, pro potiori cautela, omnia & singula prædicta de nouo concessit, & indulgit, B. fo. 59. Et ffo. 142. concessione 343.

Pro Fratribus  
Prædicat. &  
Mino.  
Excõicatio.

Idem Sixtus in Mari magno districte inhiuit Prælatis ordinarijs locorum sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum; ac Rectoribus Ecclesiarum, & alijs quibuscunq. sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis earundem Parochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum, quæ obtinuerint, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda: pœnis, eo ipso, per eos, qui contrafecerint, incurrendis: ne Ordines Fratrum Prædicatorum & Minorum, & illorum domos, & professores: præter, aut contra priuilegia: & indulta Romanorum Pontificum quorumcunq. prædecessorum eiusdem Sixti; vel contra suarum literarum tenorem: inquietare, seu molestare præsumant, B. fo. 61. Et ffo. 145. conce. 355.

12

Idem Sixtus in Bulla aurea, propè finem, posuit graues pœnas, & censuras, contra quascunq. personas inhiuentes, seu impediētes quominus Fratres Ordinum Prædicatorum, & Mino-

**A** Minorum vtantur liberè priuilegijs, & gratijs sibi concessis, Et ponit ibidem non obstantias notabiles, B. ffo. 150. concessione 368.

**INNOCENTIUS VIII.** fecit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispaniæ, circa eorum Priuilegia, sequentem Concessionem. Quia nonnulla dubia occurrunt, & occurrere possunt Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispaniæ, super gratijs, & Priuilegijs, tam Ordini,

**B** quàm Congregationi prædictæ concessis, idem dominus Innocentius, pro securitate conscientiarum prædicatorum Fratrum concessit facultatem Vicario Generali dictæ Congregationis pro tempore existenti: cum aliqua persona, in dignitate Ecclesiastica constituta, & duobus alijs Iurisconsultis, interpretandi huiusmodi dubia. Et quòd Fratres dictæ Congregationis securè possint stare declarationibus, per eisdem faciendis, o. ffo. 76, conce. 195. propè finem. Et ffo. 101. conce. 394.

**C** Sciendum est circa prædictam concessionem, quòd illud, quòd conceditur hic Vicario Generali Fratrum prædictæ congregationis, debet intelligi etiam esse concessum cuilibet Prouinciali Fratrum Mino. prouinciarum Castellæ, & Legionis: & non aliarum prouinciarum, extra huiusmodi Regna. Et hoc ratione communicationis specialis, factæ huiusmodi Fratribus, quæ habetur in dictione Communicatio priuilegiorum, s. 13.

**D** **ALEXANDER VI.** decreuit, & ordinauit, quòd Fratres Mino. nequeant uti gratijs, vel facultabus in forma Breuis duntaxat concessis, quæ per Bartholomeum Floridum olim Secretarium suum subscriptæ fuerunt: nisi ad id suorum Superiorum Generalium, vel Prouincialium pro tempore existentium accedat assensus: perinde ac si in literis prædictarum facultatum, & gratiarum adiecta foret prædicta conditio, b. ffo. 55. concessione 64.

**E** **IULIUS II.** declarauit, quòd per confirmationem Priuilegiorum Fratrum Mino. per Sixtum IV. factam, ac eorundem Priuilegiorum nouam concessionem, per hæc verba (de nouo concedimus) solummodò esse confirmata Priuilegia dicto Ordini concessa; & non alias reuocata, B. fo. 43. Et ffo. 126. concessione 277.

Prædicta declaratio creditur sic facta fuisse absolutè, & generaliter propter defectum relationis. Quia multi famosi Doctores

13  
Pro Fratribus  
prædicatoribus  
Interpretatio  
Particularis  
pro Hispania.

Collector.

14  
Prohibitio.

Confirmatio.  
& reuocatio

Collector.

doctores

Nota.

tores vniuersitatis Salmantinae declarauerunt, & determinauerunt, quòd quandocunq. aliqua Priuilegia conceduntur de nouo, cum sequenti clausula: Non obstantibus reuocationibus Apostolicis; prout in Bulla aurea continetur: intelliguntur viuificata, & de nouo concessa, etiam illa, quæ fuerant reuocata. Nam aliter nihil operarentur prædicta verba: cum tamen verba, in literis Apostolicis posita, debeant aliquid operari.

16  
Ex Priuileg.  
Fratriu Augu-  
stinae. Con-  
firmatio.

Idem Iulius fecit copiosissimam confirmationem Priuilegiorum, qualitercunq. concessorum Ordini Fratrum Augustini. & perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuit. Et insuper singula priuilegia, immunitates, exemptiones, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, & indulta quæcunq. quibusuis Congregationibus, seu Societatibus, aut alijs locis, & illorum personis dicti Ordinis Fratrum Augustini. Regularis Obseruantia generaliter concessa: ad totum ipsum Ordinem prædictorum Fratrum, & illius personas, ac si illis etiam specialiter concessa fuissent, extendit, & communicauit, B. ffo. 66. conce. 206.

17

Idem Iulius concessit Fratribus Augustinensibus, quòd Priuilegia eorum omnia integrè, & ad verbum, vt sonant, plenissimè, atq. inniolabiliter, vbiq. gentium obseruentur. b. ffo. 95. concessione 311.

18

De valida  
te priuileg.

Idem Iulius proprio Motu, ac de plenitudine suæ potestatis, voluit, & statuit, ac decreuit, vt quæcunq. Concessio Apostolica facta Ordini Fratrum Augustinensium, vel eiusdem Ordinis Generali; siuè directè, aut per communicationem Priuilegiorum aliorum Ordinum, eandem omnino vim, atq. efficaciam perpetuò habeat, tam in iudicio, quam extra iudiciu, ac si plumbeo sigillo obsignata esset. Et hoc intelligi voluit, tam de ijs, quæ in forma Breuis, quam de ijs, quæ per Supplicationes expedita sunt: in quibus placuit, vt sola signatura sufficeret, B. ffo. 267. concessione 698. Et ffo. 76. conce. 229.

19

De valida  
te Priuileg.

Idem Iulius proprio Motu, & ex certa scientia, ac de plenitudine suæ potestatis decreuit, & mandauit, vt quæcunq. Priuilegia dicto Ordini Augustinensium, vel eiusdem Ordinis Generali, vtcunq. concessa: siue ipsa exemplaria, siue eorum transcripta ostendantur, Prælati alicuius, aut publici Notarij manu signata, aut etiam Generalis dicti Ordinis sigillo firmata, eandem omnino vim habeant, & illis fides adhibeatur, ac si

Nota.

plum.

**A** plumbi signum haberent, B. ffo. 268. concessione 698. Et ffo. 67. concessione 230.

LEO X. fecit confimilem concessionem Præfatis Fratribus Augustinensibus, prout Julius II. in concessione immèdiatè supraposita fecerat, nullo immutato, nec addito verbo, b. ffo. 123. conce. 559. & 560.

**B** Idem Leo statuit, quòd si Seculares contraire Mari magno, vel cuiquam Concessionum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini temerè ausi fuerint, pro excommunicatis publicentur. Si autem Clerici fuerint, præter censuram supradictam, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis priuati sint, eaq. liberè impetrari posse decreuit, b. ffo. 122. conce. 558.

**C** Idem Leo concessit, quòd Fratres Mino. Regularis Obser. secura conscientia possint vti omnibus eis concessis à Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus, siue per Bullas, vel Breuia, aut viuæ vocis Oracula (prout in libris Ordinis reperiuntur) ac si omnia specificè fuissent præfato Summo Pontifici expressa. Et pro maiori conscientiarum securitate, omnia præfata priuilegia de nouo concessit. ¶ Voluit etiam, quòd non sint minoris efficaciz, & valoris viuæ vocis Oracula, quàm si per Bullam, aut Breue, ad perpetuam rei memoriam essent cõcessa. Sed hoc in foro conscientiz tantum, O. ffo. 58. concessione 191.

**D** Idem Leo concessit. quòd virtute Bullarum Cruciatæ contra Infideles, vel aliarum indulgentiarum generalium, quasq. reuocationes, aut suspensiones Priuilegiorum Ordinũ, etiam Mendicantium continentes: nunquam intelligantur reuocata, nec suspensa indulta, priuilegia, & gratiæ concessæ, quoad personas Fratrum Mino. Obser. & quoad suspendendũ interdictum in Festiuitatibus Sanctorum sui Ordinis, nisi de ijs specificè, & nominatim mentionem facerent, O. ffo. 60. concessione 177.

**E** Idem Leo concessit, quòd Generalis Fratrum Mino. in suo Capitulo generali, & quilibet Prouincialis in suo Capitulo prouinciali (de consensu eiusdem Capituli, vel maioris partis) declarare possit, & valeat, vtrum ab vsu alicuius concessionis viuæ vocis Oraculo factæ, abstineri debeat. Postquam quidem declarationem, tam Fratres, quàm Moniales suę obedientiz, ac si concessio huiusmodi per sanctitatem suam suspensa, vel reuocata fuisset. concessione eadem in posterum non

20  
De validitate Priuileg.

21  
Prohibitio. Excoicatio.

22  
Amplissima noua concessio.  
Nota.

Oracula.

23  
Reuocatio.

26  
Declaratio.

Reuocatio.

vtantur, o. ffo. 94. conce. 296.

27 **Reuocatio.** Idem Leo, postquam in Concilio Lateranensi moderauit, seu reuocauit in aliquibus Priuilegia Fratrum Médicantium: declarauit, quòd omnia, & singula Priuilegia prædictorù Fratrum Mendicantium, qualitercunq. eis concessa, permanferunt, & permaneant in suo robore: exceptis illis, in quibus fuerunt moderata, seu reuocata. Et ad abundantio- rem cautelam, Priuilegia prædicta, cù dictis modificationibus, Motu proprio innouauit, ac districtè præcepit, & mandauit Ecclesiastiarum Prælati, vt Religiosos præfatos super alijs priuilegijs non modificatis, molestare non præsumant: sed sua eis iura, & priuilegia inuiolabiliter obseruent, B. ffo. 27. conce. 88. habetur in Const. 17. ipsius Leonis, in Bullario.

28 **Noua concessio.** Idem Leo postea reualidauit, ac in pristinum statum restituit omnia priuilegia Fratrum Minorum Obser. quoad forum conscientia tantum. Et hoc solum Oraculo viuæ vocis. ¶ Vide in dictione Concilium, §. 7.

29 **Collector.** Idem Leo reualidauit omnia priuilegia, etiam quoad forū iudiciale; sicut positum est in dictione Communicatio priuilegiorum, §. 2. Circa supradictum vide notata, seu addita in dictione Concilium, post §. 7.

30 **Concessio notabilis p foro iudiciali.** Idem Leo statuit, & ordinauit, ac decreuit; quòd in quibuscunq. causis per Fratres Minores Obser. vel contra eos in Romana Curia, vel extra eam, pro tempore motis; ad quarum prosecutionem, & defensionem aliqua clausula, vel clausulis, ex contentis in literis Apostolicis Mare magnum nuncupatis; & alijs quibuscunq. in posterum forsan concedendis, indiguerint huiusmodi Fratres, mandata, citationes, & inhibitiones, quæ earum vigore fieri contigerit, etiam illarum non inserto tenore; sed solum effectu clausulæ deputationis, seu concessionis, & iurisdictionis huiusmodi, vnà cum clausula rei, super qua agitur ex ipsis literis originalibus, aut earum transumpto autentico, de mandato iudicis, coram quo fuerint productæ, per Notarium publicum fideliter extractis, perinde eos, quos concernent, arctent, & processus earum vigore pro tempore habiti valeant, & eo prætextu, quòd non inserto tenore delegationis, facti fuerint: de inualiditate impugnari ne queant, dummodò in primo actu, coram ipso mandante, vel citante, antequam ad vltiora procedatur, ipsæ literæ origi-

nales

**A** nales, aut earū tranſumptū auctenticum, exhibeātur. Quòdq; Nota.  
 ſolūm clauſulæ huiuſmodi extractę, ut præfertur, & non totus  
 ipſarum literarum tenor, apud acta Regiſtrarij, & quòd ipſi  
 Iudices, etiam delegati Apoſtolici, iuxta clauſulæ, vel clauſu-  
 larum ſic coram eis pro tempore productarum continentiam,  
 & tenorem iudicare, & diſſinire debeant, ac ſi ipſæ literæ ori-  
 ginales, ſeu earum tranſumptum auctenticum producta, & re-  
 giſtrata forent. Et quòd præmiſſis in aliquo, per quęcunq;  
**B** etiam Miniſtris, & alijs Fratribus dicti Ordinis concedendo:  
 niſi eis, & pro tempore exiſtentibus Generalibus; aut ſuis Cõ-  
 miſſarijs Romanis Curiam ſequentibus, vocatis, & auditis:  
 & in illis contineatur Romanum Pontificem pro tempore exi-  
 ſtentem eoſdem deſuper vocaſſe, & adueniſſe: derogari non  
 poſſit, nec derogatum cenſeatur. Habetur in libro Ordinis  
 italico, impreſſo Venetijs: in fine ſecundę partis.

Idem Leo ſtatuit, quòd tranſumptis quarumlibet literarum  
**C** Apoſtolicarum Fratribus Minoribus Obſervantię conceſſarū  
 manu Notarij publici ſubſcriptis: & ſigillo alicuius Curię Ec-  
 cleſiaſtica, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę,  
 munitis: eadem prorsus fides in iudicio, vel extra adhibeatur,  
 quæ ipſis literis originalibus adhiberetur, ſi originaliter exhi-  
 bitę, vel oſenſę forent. Non obſtantibus quibuſcunq; in cõ-  
 trarium facientibus. Habetur in libro Ordinis italico, impreſ-  
 ſo Venetijs, in fine 2. partis.

De tranſum-  
 ptis Priuile-  
 giorum.

**D** CLEMENS VII. Motu proprio, & ex certa ſcientia, omnia,  
 & ſingula Priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgẽtiaſ,  
 peccatorum remiſſiones, & gratias, ac omnia & ſingula in-  
 dulta Ordini Fratrum Minorum Regularis Obſeroantię, &  
 ſanctę Clarę, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus,  
 illorumque Fratribus, Monialibus, Sororibus, & vtriuſque  
 ſexus perſonis, ac Monasterijs, Dõmibus, Eccleſijs, & locis  
 quibuſcunq; etiam per modum extensionis, ſeu communi-  
 cationis, & alias quomodolibet per quõſcunq; Romanos Põ-  
**E** rifices prædeceſſores ſuos, ac per ipſum, & Sedem Apoſtolicã  
 approbavit, ac innouavit, & perpetuę firmitatis robur obti-  
 nere, & inuiolabiliter obſervari debere, decreuit; prout la-  
 tius habetur ſupra, in diſtione Communicatio Priuilegio-  
 rum, §. 19.

Cõfirmatio  
 Priuilegiorũ  
 trium Ord-  
 inum Sancti  
 Franciſci.  
 Ponitur iſta  
 bulla in fi-  
 ne nouę im-  
 preſſionis.

Notandum, quòd in literis huiuſmodi confirmationis po-  
 nuntur eximie non obſtantię, dicendo. Non obſtan. quibuſuis

Collector,

literis Apostolicis, per quoscunque Romanos Pontifices, etiã A  
Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potesta-  
tis plenitudine: & cū quibusvis irritatiuis, annullatiuis, qua-  
fatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, &c. Quæ verba, quantum  
operentur, positum est supra, in dictione Concilium, post. s.  
septimum, prope finem.

*Ex Privilegijs Carthusiensium.*

33

**N**ICOLAVS IV. concessit Carthusiensibus, vt possint  
vri Privilegijs eis concessis, etiã si propter simplici- B  
tatem, & iuris ignorantiam vfi non fuerint retroactis tempo-  
ribus: dummodo eis non sit per præscriptionem, vel aliã le-  
gitimè derogatum, B.

Collector.

SEQVUNTUR QVÆDAM QVÆSTIONES PRO IN-  
tellectu Privilegiorum Ordinibus Mendican-  
tium concessorum.

Quæstio cir-  
ca deroga-  
tionem Pri-  
uilegiorum  
Fratum.

**P**RIMA quæstio est. Quia in plerisque concessionibus su- C  
pradiçtis, & in toto nostro Mari Magno, & alijs Priuile-  
gijs continetur: quòd non intelligantur reuocata, nisi de eis  
fiat mentio, de verbo ad verbum; ut puta, conceditur nobis  
vt non teneamur ad procurationem legatorum, etiã si in li-  
teris eorundem dicatur: vt tam non exempti, quàm exempti  
teneantur ad hoc onus: nisi de hoc indulto, nobis concessio, fiat  
mentio, de verbo ad verbum. postea Papa concedit Legato, vt  
possit exigere procurationem à quibuscunque personis etiã D  
exemptis: quamuis talia habeant Privilegia, quòd de eis sic fa-  
cienda mentio, de verbo ad verbum: quæ voluit in literis Le-  
gati, haberi pro expressis. queritur nunc, utrum per has lite-  
ras Legatorum, sit derogatum Privilegio nostro? Et sic de si-  
milibus.

Responso ad  
quæstionem

Et licet super hoc multi multa dixerint: tamè semper maior  
& solemnior pars Doctorum tenuit Privilegio nostro deroga- E  
tum esse. Tandem Felinus, in c. Nonnulli, de rescriptis com-  
pendiosissimè tractans hanc materiam, & ibi adducens oēs  
super eam scribentes, concludit, quòd si hoc habet Curia sty-  
lus, indubiè derogatur priori Privilegio. Et quòd hoc ha-  
beat stylus Curia, est plusquam manifestum, cū in nullis re-  
uocationibus inferantur literæ Priores: nisi aliquãdo ad abũ-  
dantiorem cautelam. Ac propterea non debent opinari fra-  
tres, quòd sua Privilegia sint immutabilia, sicut si sic essent li-  
gata

- A** gata manus Pontificum, vt non possent derogare concessa à se, vel à suis prædecessoribus, nisi illa infererentur: cùm esset impossibile omnia scire, eùm sint innumerabilia, & peculiaria. Est tamen aduertendũ: an relatio Breuis, vel Bullę, super quã fit concessio, sit vera. Nam si est falsa, nihil valet, quod conceditur, etiam si contineat maximas clausulas, & non obstantias. Item est aduertendum: an in totum, vel in partem, aut ad tẽpus derogent Prioribus. Nam, licet habeant literę secundę magnas non obstantias, & amplas generalitates: non derogant, nisi illis, contra quę sunt. Verbi gratia. Ego habeo Priuilegium, vt in partes Hierosolymitanas possim transire; postea prohibetur, quòd in illas partes ullus transeat: non obstantibus quibuscunque Priuilegijs concessis Ordinibus, vel personis, &c. etiam si de eis eorunque totis tenoribus, &c. nũquid non potero proficisci ad Compostellam, cùm habeam aliud Priuilegium hoc mihi concedens. Si diceres, non: quia omnibus Priuilegijs est derogatũ: intellige omnibus Priuilegijs derogatum, quoad transeundum in Hierusalem. ¶ Sed quia derogatio potest fieri quoad totalem reuocationẽ, vel quoad temporalem suspensionem: ideò queritur secundò quid de suspensionibus Priuilegiorum, quę quotidie fiunt, quando conceduntur Bullę Cruciatę, uel Fabricę Ecclesię Apostolorum Petri, & Pauli; siuẽ tempore Iubilei, aut alię similes? Dicendũ, quòd inspicienda sunt verba, & secundũ ipsa iudicandum;
- D** prout in alia quæstione iam dictum est: ideò de hoc non querimus. Sed queritur quot, uel quę Priuilegia comprehendat tales suspensiones? Et videtur, quòd solum comprehendat, & suspendant illa, quę possent impedire, vel retardare effectum illorum, quę per tale Iubileum exhortantur quòd fiant; ut proficisci Romam ad consequendum Iubileum: ire ad bellum cõtra infideles ad consequendam Indulgentiam: accipere bullã, & contribuere certam quãtitatem pecunię pro eadem causa.
- E** Nam si ego haberem per Priuilegium illud, quod conceditur per Iubileum, vel Cruciatam, &c. uel per confessionalia, & similes facultates: non curarem de dicto Iubileo, seu Cruciatã, &c. ideò suspenduntur talia Priuilegia, & facultates, & alię quæstuarie applicandę Cruciatę, &c. non autem Priuilegia super alias materias, vel in Bullis Cruciatę non contenta; aut per Iubileum non concessa. Quia absurdum esset, quòd suspenderet illud, quod mihi non potest præbere, quia non habet.

Quæstio 2.  
de suspensio  
ne Priuile  
giorum.

Per Iubileũ.

Responso.  
Quæstionis.



Vide quę  
ego dixi su  
pra in verbo  
Cruciatã.



Per Bullam  
Cruciatae.

Sed dimissa quaestione de suspensione per Iubileum, & alias Bullas, quas non vidimus: dicamus de Cruciatâ concessa in Hispania primò contra Mauros Regni Granatæ: deinde còtra infideles partium Africæ. Et dicimus, quòd clausula suspensionis in forma, & ad literâ continebat hæc verba. Et ne, propter alias Indulgentias: in hoc sancto opere tardiores Christi fideles existant: omnes similes, aut dissimiles indulgentias, & facultates à nobis, & eadem Sede, uel eius auctoritate, quibuscunque Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & pijs locis, Vniuersitatibus, Contraternitatibus, & singularibus personis: plenarias, temporales, & perpetuas in vita, uel mortis articulo in dictis Regnis concessas; pro huiusmodi expeditione duntaxat ad tempus triennij duratura, suspendimus: ita, quòd illæ, etiam si clausulas aliquas, contra futuram earum suspensionem, in se continerent (quarum tenores, & formam, ac si de verbo ad verbum inferentur præsentibus, haberi volumus pro expressis) nemini interim vllatenus suffragentur. Et sub excommunicationis latae sententiæ pœna, huiusmodi Indulgentiæ, durâte triennio, publicari, & prædicari, & earum prætextu quauis pia suffragia postulari nequeant.

Quæstio 3.  
de suspensio-  
nibus con-  
tents in Bul-  
lis Cruciatæ.

Nunc quaeritur 3. quomodo, uel in quibus prædicta suspensio intelligatur. Et videtur, quòd solùm Indulgentijs concessis, uisitantibus Ecclesijs, Monasteria, Hospitalia, &c. Patet hoc: nam ibi dicitur: Omnes similes, aut dissimiles Indulgentias plenarias, & temporales, & perpetuas. Additur etiam, quòd non prædicentur, aut publicentur, nec quæuis suffragia postulari queant, suspensione durante. Item in principio clausulæ, dicitur: Ne propter alias Indulgentias, &c. Attramen, quia ibi dicitur: ne tardiores Christi fideles existant, &c. posset fortè dici, quòd omnes aliæ gratiæ, siuè facultates, quarum similes continentur in Bulla Cruciatæ, suspendantur; uidelicet confessionalia; & aliæ quæcunque ibi contentæ. Nam videtur uelle Papa, quòd (ut Christi fideles necessitentur ad accipiendum istam Cruciatam, & contribuendum) non possint facultatibus contentis in Bulla Cruciatæ, per Bullas, uel confessionalia antea habitas, uti. Dicere. n. (prout aliqui ausi fuerunt) quòd per istam suspensionem suspendebantur oïa Priuilegia, facultates; & indulta, quibuscûq; personis facta, è ita absurdum, quòd non indiget reprobatione. Nam esset dicere, quòd èt esset derogatum Priuilegijs eorum, qui habent facultatè testandi, &

Priui-

- A** Priuilegijs Religionum, vniuersitatum, & aliarum personarū: super diuersis materijs; ita quòd, durante tempore suspensionis, non possent tunc vti eis, illa habentes. Et sic, quòd pro illo tempore, essent Religiones Ordinarijs subiectæ, & quòd nō possent Prælati Religionum absoluere suos subditos à casibus eis per Sedem Apostolicam concessis, neque à casibus Episcopis reseruatis: nisi sibi Episcopi darent commissionem. Et sic de alijs infinitis inconuenientibus.
- B** Propter quod tenendum videtur (prout supradictum est) quòd per suspensionem supradictam, suspenduntur omnes Indulgentiæ quæstuarix, & omnes facultates contentæ in Bulla Cruciatæ huiusmodi, quæ antea virtute aliorum indultorum habebantur. Et quoad Religiosos, est etiam aliud; quia scilicet in tali suspensione, non suspenduntur concessiones Religionū: quia licet dicatur de Monasterijs, intelligendum videtur de Indulgentijs concessis visitantibus Monasteria, &c.
- C** Sed an etiam propter hoc, Indulgentiæ suspendantur, quoad Fratres. Videtur quòd non. Nam, prout dixi, non suspendit concessiones Religionum, neque sunt quoad Religiosos quæstuarix: cum illas non consequantur, porrigendo manus adiutrices, sed cor purum, & orationes deuotas; quibus plus proderunt intentioni cruciatæ, quàm pecunijs. Et sic, videtur, quòd non sunt in præiudiciū Cruciatæ. Et fortè hoc intendit Sixtus IV. talia verba dicens; ut patet supra in dictione Indulgentiarum Stationum. §. 7. ¶ Item quia in præfata clauula Cruciatæ, licet fiat mentio de Ecclesijs, & Monasterijs, &c. non tamen de Ordinibus fit penitus mentio. Ideoq; suspensio huiusmodi non tangit concessa Fratribus Ordinum. Ad quod facit illud vulgatum. Quod non mutatur, quare stare prohibetur? vt in l. Præcipimus, C. de appel. Et sic declarant semper Commissarij dicitæ Cruciatæ; cum ad eos recurritur. Et in speciali, quoad Fratres Mino. Obseruan. ita concessit Leo X. vt positum est supra, §. 25. Tamen securius esset procurare, quòd emendaretur ille stylus, & quòd expressè exciperetur indulgentiæ Fratrum, quoad personas suas, & etiam quoad alios, in ijs quæ non possunt diuidi. Vt videlicet, habemus Priuilegium suspendendi interdictum in nostris Festiuitatibus, non possemus bene ipso vti, nisi seculares possent audire Diuina: licet per Bullas Cruciatæ ipsis concedatur; quòd possint audire Diuina tali tempore, ianuis clausis. &c. Hæc posita sunt propter multos scrupulos

Resolutio  
quæstionis.

Quæstio 4.  
de suspensio-  
ne Indulgentiarum Fratrum.

pulos Fratrum, & vt Prælati provideant, aut provideant pro- A  
rent; quia aliter nunquam sedabuntur aliqui Fratres.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

¶ *Quoad §. 4. notandum, quòd Alex. 4. ibidem ff. 115. non de-  
creuit, esse ipso facto irritas sententias, inflictas contra  
alios, occasione nostra, contra nostra Priuilegia: sed senten- B  
tias contra nos decreuit irritas, & nullas ipso facto. Sen-  
tentias autem contra alios, occasione nostra, contra nostra Priuilegia,  
decreuit fortè irritandas, & annullandas per iudicem. Ideò sic est ge-  
neraliter tenendum: nisi in casu aliud alicubi per Papam sit concessum,  
aut concedatur.*

¶ *Quoad §. 10. notandum, quòd idem Six. 4. ibidem, & in Mari magno Carmel. f. 98. f. 100. decreuit irritum, & inane quicquid contra  
nostra Priuilegia, contra nos, & Moniales, seu Sorores utriusq; se- C  
xus, gudentes nostris Priuilegijs, à quocunque, quomodocunque at-  
tentetur; & omnes pœnas, & censuras, vel alia quæcunque contra no-  
stra Priuilegia, contra prædictas personas, nullius esse roboris, & mo-  
menti ipso facto, etiã si non allegentur ipsa Priuilegia, & nostra exem-  
ptio; quia iam notoria hæc omnia censentur.*

¶ *Quoad §. 12. notandum, quòd Bulla aurea, de qua ibi agitur, habet  
etiam fol. 66. & idem Six. IV. ff. 197. dat modum procedendi contra  
quoscunque infringentes nostra Priuilegia. D*

¶ *Quoad §. 15. notandum, quòd cum opinione Collectoris ibidem con-  
cordat id, quod ipse, infra §. 32. ponit de Concessione Clem. 7. & quod  
idem dixerat super tit. Concilium, §. 7. in fine fol. 43. & Panorm. post.  
Ioan. de lignario in cap. cum super, de cau. poss. & glo. in c. cum ac-  
cessissent, de constitu. & diffusè id probat sum. Ros tit. Absolutio 1.  
§. 122. §. 123.*

¶ *Quoad §. 22. notandum, quòd idem Leo X. (vt habetur in Registro  
Ordinis, factò tempore Reueren. Ministri General. Fratris Francisci E  
de Lycheto) concessit anno Dom. 1519. in vig. Visitationis B. Mariæ,  
viæ uocis Oraculo, quòd omnibus Priuilegijs, & Indultis, & Concessio-  
nibus in utroq; foro impetratis, per Fratrem Ioannem de Costa, Com-  
missarium quondam Ultramon. quæ habentur ff. 91. liceat nobis vi se-  
cure, quæuis fuerint impetrata indebitè, absque causa legitima, vel  
quouis alio modo indebito, etiam malitiosè, & mendaciter, dolosè &  
huiusmodi, quæ omnia Dominus Papa habuit pro sufficienter expressis,  
& sup-*

**A** & suppleuit quoscumque defectus in tali impetratione factos; & tanquam, si debite, & legitime impetrata fuissent, nobis licite uti concessit eisdem.

Quoad §. 23. notanda sunt ea, quae notantur à Collectore, in Compendio, tit. Indulgentia Stationum, quoad Fratres, post. §. 7. fol. 80. & §. 20. fol. 81. & 82.

Quoad §. 29. ubi ponitur revalidatio Leo. X. & cat. ultra id, quod notat Collector, nota etiam ea, quae supra §. 15. notata sunt; quia faciunt

**B** ad idem.

Quoad §. 32. uide ea, quae notata sunt supra, §. 15.

Quoad quaestionem primam, quam Collector ponit, fol. 143. & c. notandum, quod praedicta determinatio Collectoris ibidem, secundum Falinum, et communiter Doctores, est uera generaliter loquendo: nisi quando aliunde habetur, quod talis reuocatio non extenditur ad tale Privilegium; ut etiam est tex. optimus in l. omnes, in uers. specialiter, & nominatim Cod. de praescrip. 30. annorum, quae ibi multum notat Bal. &

**C** Ang. & reputant singularem, & solennem; vid. haec in gloss. Summa Angelica, titulo Excommunicatio 5. casu. 31. & concordat Summa Siluestrina, titulo Exemptio, q. 11.

Tandem quoad hanc materiam Priuil. notandum, ut habetur ff. 128 quod Maremagnum Priuilegiorum dicitur, & est una compilatio multorum Priuilegiorum, ibi mixtim, confusèque contentorum. Praedictis autem Mare magnum, seu compilationem Priuilegiorum fecerunt diuersi Summi Pontifices, pro diuersis Religionibus, & pro diuersis temporibus, colligendo Priuilegia praedecessorum, & addendo sua. Idè, quoad nos Fratres Min. Alex. IV. Innoc. & Clem. IV. Honorius IV. Bonif. VIII. & Eug. IV. fecerunt singuli suum Mare Magnum, sed tandem Six. IV. colligendo omnia praedictorum Pontificum, & insuper addens plura, fecit Mare Magnum Fratrum Mino. quod incipit, Regimini vniuersalis Ecclesiae, fo. 55. ff. 140 Mare Magnum Ordinis Praedicatorum fecit Greg. XI. Eug. IV. & tandem Six. IV. & incipit in nomine domini, ff. 135. fff. 131. Mare Magnum Augustini fecit Innocen. IV. Eug. IV. Nicol. III. & tandem Six. IV. in Priuileg. Dum fructus vberes, fff. 132. Mare Magnum Carmelitarum fecit idem Six. IV. in Priuileg. Dum attenda, fo. 76. & isti sunt 4. Ordines Mendicantes. Post hoc à tempore Six. IV. additus est Ordo Minorum à nostro Ordine Fratrum Mino. ortus, & deriuatus; quorum Minorum Mare Magnum fecit Six. IV. & tandem Julius II. in Priuileg. Dum ad sacram, fff. quarto.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.

In. §. 27.



**T** in Const. 17. ipsius Papæ Leonis, in Bullario, & in const. 4. Pauli IV. habetur etiam in illis, quæ ipsi Conc. Lateran. contradicebant, cum sit in const. illa explicitum.

In. §. 32.

Wide etiam  
sup in verbo  
Communicatio Priuil.  
in nostra An  
notatione.

Hæc confirmatio fuit facta in anno 1525. Jte Pius B  
V. in Const. sua 38. in anno 1567. ut in Bullario, Mēdicantibus, Monialibus, & Tertiarijs confirmat omnia Priuilegia, & Concessionem eis à Sede Apostolica factas, & præcipuè à Papa Eugenio IV. Sixto IV. & Leone X. Paulus III. & Gregorius XIII. in sua cōst. 35. ex Benigna, in anno 1575. & Sixtus V. in const. 26. in 2. par. Bullarij Fratribus de Obseruantia, & alijs supradictis, confirmant itidem omnia eorum Priuil. quatenus sint in usu, & Canonibus, & decretis Conc. Trid. non cōtraria: & cum hac eadem serè clausula, in Bulla edita C  
à Greg. XIII. anno 1591. pro confirmatione Ordinis Clericorum Regular. uocati Ministri infirmorum, communicantur eis omnia Priuil. Exemptiones, immunitates, &c. omnium aliorum Ordin. Mendic. & non Mendic. et Societatis Iesu. Dicitur enim ibi, quæ tamen sunt in usu, nec sub ullis reuocationibus comprehensa, neque Decretis ipsius Concilij, nec ipsius Congregationis Regularibus institutis contraria. Ut est uidere supra, in uerbo Communicatio Priuilegiorum in nostra annotatione.

Communi-  
catio Minist.  
infirmorū.

Et Pius IV. in Const. in Principis Apostolorum 1565. omnia Priuilegia concessa, et concedenda, quæ fuerint Conc. Trid. contraria annullat, atque ad terminos illius reducit.

Sed hic aduertendū (ut supra est dictum in uerbo Absolutio) quòd per talem confirmationem, non uidetur, eos posse absoluere ab his, quæ in Bulla Cœnæ Domini reseruantur: licet possit contendì, quòd possent, ab illis absoluere, uiuente illo Pontifice confirmante, uel saltem usque ad sequentem aliam illius Bullæ publicationem, post factam illam Priuilegiorum confirmationē: maximè, quando sine aliqua exceptione fuerit facta confirmatio; illa, inter alias, ducti ratione, quam adduximus supra, in parte prima, uerbo Cruciatæ, in 5. quesito; dùm ibi quaritur: An, tempore Iubilei Plenissimi, suspendatur Bulla Cruciatæ. Sed quid tamen sit, tutius erit quolibet anno, post Bullæ publicationem, petere Priuilegiorum confirmationem, ut fuit sup. conclusum, in uerbo Absolutio p. p. fol. 12. B.

Et licet,

**A** Et licet Greg. XIII. in sua Const. 15. anno 1572. reduxerit ad ius commune dictam Const. 38. Pij V. Per illud tamen, quod Concilio Tridentino non contradicit restat in suo robore, & eodem modo confirmantur ab ipsomet Conc. Trid. sess. 25. cap. 22. tit. de Regularibus.

Est etiam aduertendum, quod per illam clausulam apponi nunc solitam in confirmatione Priuilegiorum. Dummodò sint in vsu, & Sacris Canonibus, & Decretis Conc. Trid. non aduersentur.

Non est intelligendum (vt quidam malè opinari videntur) de Sacris

**B** Canonibus Summorum Pontificum in Decretis, & Decretalibus contentis, sed de Sacris Canonibus, & Decretis Conc. Trid. cum clarè pateat, Concilium ipsum, & Canonibus, & Decretis constare. Et illud operatur illa copula (Et) coniungendo Canones cum Decretis Conc. Trid. Aded, vt malè sentire mihi videantur, qui aiunt sub illa particula (Canonibus) intelligi Decreta, & Decretalia Summorum Pontificum: & sub illa alia (Decretis Conc. Trid.) ea, quæ sunt in eodem Conc. Trid. Et quòd proinde, nulla, aut paucissima remanerent Mendicantibus Priuilegia; & ita esset equidem, si hæc illorum ualeret opinio.

**C** Sed quantum sit hoc absurdissimum, & à mente, & à verbis supradictorum Summorum Pontificum alienissimum, quis mente Compos non videt? (vt etiam probaui infra, post finem huius Compendij in Bulla prima, f. 2. ibi Annotatio Capuccini) dixissent enim si uellent intelligi de Decretis, & Decretalibus, Quatenus sint in vsu, & Sacris Canonibus Summorum Pontificum, & Decretis Sacri Conc. Trid. non aduersentur. Et hoc corroboratur etiam ex verbis ipsius Gregor.

**D** XIV. in Bulla Ministrorum infirmorum, appositis supra relatis. Nul- lam enim prorsus ibi de Summorum Pontificum Decretis, & Decretalibus facere mentionem potest colligi, sed tantum de Decretis Sac. Conc. Trid. vt cuiuslibet intuenti patet

Videte etiam, pro clausula illa (que sunt in vsu) supra, in verbo Absolutio quoad Secular. primò, p. p. f. 73. E. Vbi queritur, an in communicatione Priuilegiorum, communicetur vsus, vel non vsus illorū.

Et f. 52. A. Et videte etiam ibidem, f. 52. B. Vbi Corduba disputat, An Priuilegia perdi possint per non vsum, vel per vnā contrauentionem, vel per plures: sunt equidem ista scitu digna, & frequēter occurrentia.

**E** Et etiam notandum, quòd tempore Iubilei plenissimi Mendicantium Priuilegia suspenduntur, quoad illa quinq; quæ in tali Iubileo suspenduntur: primò Indulgentia plenarię: sec. Authoritas cōmutandi Vota: tertio Authoritas in illis dispensandi: quartò posse componere in malè Ablatis: quintò posse eligere Confessores, & à casibus Sedi Apostolicæ reseruatissimis absoluti.

Priuilegia  
in quibus sus-  
penduntur  
tempore Iu-  
bilei plenif-  
simi.

Et adeò hæc suspenduntur, quòd nec Fratres, nec seculares possint illis gaudere; vt latius de hoc dixi supra, in verbo Cruciatà in fine; & ibi etiam dixi in quo ipsa Priuilegia suspendantur, & non suspendantur, per Bullam Cruciatà, & per Bullam Cenà: ideò ad illa me remitto.

An possit recedi à Statuto confirmato.

Sed istis questionibus Collectoris subnectam & ego aliam, an videlicet Statuentes possint recedere à statuto confirmato per Sedem Apostolicam, seu alium Superiorem, & redire ad ius commune pristinum, non obtenta licentia Superiorum prioris statuti concludit Panor. in cap. cum accessisset, sequenti distint.

Quòd aut Statutum concernit principalem fauorem statuentium, & sic liberè possunt recedere; vt voluit Bart. in l. omnes Populi ff. de Inst. & iure, ratio est, quoniam tunc confirmatio habet vim cuiusdam priuilegij, cui possunt statuentes ( ut priuilegio ) renuntiare: Si verò Statutum concernit fauorem potius aliorum, uel bonum publicum, quàm merè ipsos Statuentes, & tunc non possunt recedere, sine obtenta licentia. Et sic intelligitur, quòd voluit Bald. in l. omnium, cap. de testam. Et ratio est, quia ex quo Superior confirmat, videtur dispositionem suam facere: quia omnia nostra facimus, quibus authoritatem impartimur, in cap. Apostolica, de præben. lib. 6. inferior autem non potest legem Superioris tollere, facit quòd notat Innoc. in antecedentibus, de Priuileg. vbi singulariter dicit, quòd, si Statutum Ecclesiæ concernit principaliter vtilitatem, vel bonum ipsius Ecclesiæ, non possunt Canonici expressè, vel tacitè illi renuntiare.

### PROBATIO NOVITIORVM.

Collector.

Circa tempus probationis Nouitiorum in Ordine Fratrum Minorum, sunt nonnulla Statuta, & concessa per varios Summos Pontifices, quæ posita sunt in dictione Nouitius, in multis §.

### PROCESSIONES.

Pro Fratribus Minoribus. Obseruatis & Conuentualibus.



ALEXANDER VI. statuit, quòd Fratres Ordinis Minorum de Obseruatis in Processionibus non separentur à Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis: Et declarauit, quòd in huiusmodi processibus ille modus, & ordo circa præcedentiam obseruari debet in Fratribus Obseruantibus dicti Ordinis.

**A** dinis, respectu Fratrum aliorum Ordinum; qui in Fratibus Conuentalibus prædicti Ordinis obseruatur. Ita, vt nulla separatio, vel diuisio fiat inter huiusmodi Fratres Obseruantes, & Conuentuales, b. ffo. 56. conce. 67.

LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quòd Fratres requisiti à Prælati Ecclesiarum ad processiones solennes; pro tempore faciendas, accedere debeant ad illas: dummodò domus, seu loca eorundem Fratrum, non sint remota vltra vnum

**B** milliare à Ciuitatibus, vel oppidis, vbi facienda est processio, B. ffo. 25. conce. 71.

Idem Leo statuit, quòd, ne inter Fratres Mino. Obser. & Conuentuales super præcedentia, dissensio, & contentio oria-  
 tur, talis inter eos ordo seruetur, videlicet, quòd in processio-  
 nibus, & funeralibus, ac exequijs; necnon & in alijs actibus  
 publicis in quibus Fratres Obseruantes, & Conuentuales cõ-  
 uenerint: Fratres Conuentuales, Fratibus Regularis Obser-  
 uantiæ locum digniorem relinquere teneantur, B. ffo. 32. con-  
 cessione 113.

Idem Leo postea declarauit, tam Fratres Mino. Obser. quã  
 Conuentuales, in quibuscunq; processionibus, & alijs actib<sup>us</sup>  
 publicis, in quibus eos simul adesse contigerit, suas cruces  
 posse, & debere deferre; ita tamen, quòd sicut ipsi Fratres Ob-  
 seruantia Regularis locum digniorem inter omnes alios Fra-  
 tres dicti Ordinis tenere debent: sic etiam eorum cruces in  
**D** parte, seu loco digniori processions deferri possint, & debeãt  
 B. ffo. 36. conce. 121.

Idem Leo ad amouendum aliquas contentiones inter Fra-  
 tres Mino. Obser. & Augustinenses, & alios Mendicantes, su-  
 per præcedentia in processionibus exortas: declarauit, quòd  
 prædicti Fratres Mino. post Capitulum generalissimum Ro-  
 mæ, tempore eiusdem Leonis celebratum: habent, & habere de-  
 bent in processionibus, & in cæteris actibus publicis illã præ-  
 eminentiam, & locum quẽ ante præfatum Capitulum habebãt  
**E** Fratres Mino. Conuentuales. Sed in locis vbi Fratres Mino.  
 Conuentuales nunquam fuerunt sed soli obseruantes: præce-  
 pit, vt inter Fratres Mino. Obseruantes, & alios Fratres Or-  
 dinum Mendicantium sequens Ordo obseruetur. Quòd scili-  
 cet Fratres Mino. obser. antiquum semper locum teneant,  
 quem ordo Sancti Francisci in similibus actibus tenere alibi  
 consuevit: nisi consuetudo antiquitus approbata, & legitimè  
 obser-

3  
 In fauorem  
 Fratrum Mi-  
 no. Obser.

4  
 De præce-  
 dentia cru-  
 cis Fratrum.

5  
 Contra Fra-  
 tres Augusti-  
 nenses.

Nunc infra  
 Conc. Trid.  
 sess. vltim.  
 de Regul. c.  
 13. contro-  
 uersia in præ-  
 cedentis, le-  
 genda est ab  
 Episcopis.



obseruata secus habeat. Super ijs autem, vt bene seruentur, A  
dat Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos, B. ffo. 57.  
concessione 158.

 CAPVCCINI ANNOTATIO.

Pro Mial-  
mis.

Seff. vltima  
de Regul. c.  
13.

**P**rocessionibus interesse, olim Fratres Minimi non po-  
terant cogi, iuxta eorum Mare magnum, à Julio II.  
concessum: nisi ad aliquas specificatas pro omnibus B  
Mendicantium Ordinibus à Const. Pij V. (videlicet in  
festo Corporis Christi, in Litanij, & in Iubileis publi-  
cis) sed hodie R regulares tenentur ad omnes, iuxta Decretum Conc.  
Trid. quo cauetur, vt exempti omnes, tam Clerici seculares, quam R e-  
gulares, etiam Monachi, ad publicas Processiones vocati, accedere  
compellantur; alijs puniri possunt ab Episcopo, per censuras, & pœ-  
nas arbitrarias, vt sacra Congreg. declarauit.

Ac tenentur cantare, iuxta dispositionem sacre Congreg. Card. super C  
causas Regularium: Declarauit tamen Sacra Congreg. Card. super  
hoc Decretum Concilij, hoc debere intelligi, dummodò processiones sint  
eius generis, quòd Bulla supradicta, E si Mendicantium, &c. compre-  
hendit. Et dummodò Regulares non sint ex illis Conuentibus, qui Col-  
lectanei nuncupantur; quæ in eadem Bulla excipiuntur, videlicet, in  
quibus Fratres arctiori clausura degunt, ita, vt nec in Choro cantent,  
nec ad mortuos accedant.

Eximuntur  
Patres socii.  
Iesu, vt ha-  
betur in Cõ-  
pend. eorũ  
Priuil. ver-  
bo pcessio-  
nes.  
In §. 5.

Ex Priuilegijs Fratrum S. Hieronymi Hispaniarum. D

**P**IUS V. anno Domini 1568. concessit, vt quouis pretextu, aut  
quasito colore, ad incedendum in publicis, & alijs Processionib<sup>9</sup>  
ab ordinarijs locorum minime ipsi Fratres cogentur, nec teneantur  
ad eas exire; Mandauitq; Archiepiscopis, alijsq; locorũ Ordinarijs, in  
Regnis Hispaniarum existentibus, vt permittant ipsos Fratres hoc  
priuilegio pacificè uti: voluit tamè quòd cum opus fuerit, & processio-  
nes publicè fiunt, eas intra eorum Monasteria faciant, non obstantibus  
quibusuis Apostolicis Sinodalibus, &c. Concilij editis Constitutionib<sup>9</sup>. E  
Habetur in Compend. priuileg. eorundem Fratrum, collecto à P. Gar-  
sia f. 153.

Conc. Trid.

Quoad præcedentiam in processionibus obseruandam Concilium  
Trid. ibidem, statuit, ut controuersias omnes de præcedentia, quæ per-  
sepe cum scādolo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam seculares,  
quàm R regulares, Episcopus amota omni appellatione componat.

Incipit diui-  
na, disponē-  
te.

Sed à Pio V. in Const. 69. in anno 1568. ordinatum fuit, vt Fra-  
tres

**A** tres Dominicani in omnibus precederent, vt prius approbati: sed postea Greg. XIII. in const. 86. in anno 1580. ordinauit, vt secundum antiquitatem loci prius in ciuitatibus fundati, & non secundum Religionis antiquitatem precederent: & licet Fratres de Obseruantia precederent Fratres Conuentuales virtute Bullę 21. Leon. X. Hodie tamę sub iudice pendet in ciuitate Neapolitana.

Verba autem constit. supradictę Greg. sunt ista.

**B** **E**X postulat pastoralis officij munus & infra de nob. attributę potestatis plenitudine, volumus, quod quicumq; ex dictis Fratribus Mendicantibus inter se de precedentia huiusmodi contendentibus, aut confratribus Confraternitatum predictarum, inter quos lites, premissorum occasione ortę iam sint; seu oriri contigerit in futurum, quod in quasi possessione precedentia, ac iuris precedendi sunt, ij ( quibuscunq; reclamationibus, aut appellationibus prorsus remotis ) in processionibus tã publicis, quã priuatis, precedere debeant. Quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione precedentia huiusmodi, inter

**C** Fratres quidem Mendicantes, ij, qui antiquiores in loco controversiæ inter confratres verò, inter se litigantes ij, qui prius saccis nisi sunt in processionibus tã publicis, quã priuatis, precedere habeant, ita ut, si contingerit noua Monasteria, aut domus alicuius Ord. Mendicantium in loco, in quo alterius Ord. ex dictis Mendicantium Monasteria prius erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius Monasterium in loco habuerit, precedat, &c.

**D** PROCVRATORES FRATRVM, SEV SYNDICI.



**I**NNOCENTIVS IV. concessit Ministris Fratrum Mino. auctoritatem, quatenus in prouincijs eis commissis; per se, vel Fratres suos quibus id duxerint committendum, possint constituere, vel nominare aliquos viros idoneos, Deum timentes, qui secundum indigentiam Conuentuum, seu

**E** domorum predictorum Fratrum, possint res concessas Fratribus huiusmodi auctoritate Apostolica petere, ac vendere, commutare, alienare, tractare, expendere, permutare, & in Fratrum usum conuertere. Concessit etiam, quod liceat predictis Ministris prefatos viros sic constitutos remouere, aliosq; ad predicta exequenda sine difficultate aliqua subrogare, quoties videbitur opportunum, B. fo. 29. Et ff. 113. conce. 247.

Post Declarationem Nicolai III. non possunt Fratres facere prædi-

**I**  
De institutione Procuratorum.

Collectes.

prædictam denominationem : sed prout infra ordinatum est A  
per Martinum, IV. & V.

**1** **CLEMENS IV.** concessit, quòd Procuratores negotiorum  
**Interdictum.** Fratrum Mino. possint tempore interdicti in locis prædicto-  
rum Fratrum audire Diuina : nisi ipsi Procuratores causam  
dederint, interdicto, vel excommunicari specialiter, seu in-  
terdicti contigerit eosdem, B. fo. 56. & ffo. 140. conce. 3 16.

**3** **MARTINVS IV.** concessit Generali, & Prouincialibus; ac  
**De Procura- totum no- minatione: seu institu- tione.** Custodibus vniuersis Ordinis Fratrum Minor. quòd possint B  
nominare aliquas personas, quæ non sint de prædicto Ordine;  
quæ personæ, sic nominatæ habeant (circa res concernentes  
prædictos Fratres) administrationem legitimam, & generalè,  
ac liberam. Et decreuit, quòd tales personæ sint veri, & legiti-  
mi administratores OEconomii, Syndici, & Actores, q. res præ-  
dictas, & rerum prædictarum pretium, nomine Romanæ Ec-  
clesiæ recipiant, & per eosdem, in Fratrum prædictorum vtili-  
tates (prout eis licet ex Regula, vel declaratione Regulæ) C  
uertant, quando à prædictis Ministris, vel alijs Fratribus, de  
assensu eorundem Ministrorum fuerint requisiti. Et genera-  
liter concessit, quòd prædictæ personæ habeant facultatem pro-  
curandi in omnibus causis, pro rebus, & locis ad Ecclesiam  
Romanam spectantibus, & ipsorum Fratrum vsui concessis.  
Necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, ac Priui-  
legijs eorundem Fratrum, & suorum Conuentuum, seu do-  
morum, B. fo. 46. Et ffo. 129. conce. 290. D

**Collector.** Aduertendum est circa prædictam concessionem, quòd Guar-  
diani, etiam cum toto suo Conuentu, non possunt prædictos  
Procuratores, vel Syndicos nominare, quia hoc solum conce-  
ditur Ministris, & Custodibus. Et similiter est aduertendum,  
quòd Ministri, seu Custodes, non instituunt præfatos Procu-  
ratores, vel syndicos: sed simpliciter nominant, & sic nomi-  
nati per illos, instituuntur à Summo Pontifice pro Procurato-  
ribus, & Syndicis suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ Romanæ, ad quæ AE  
pertinent res concessæ Fratribus, quando dantes non seruaue-  
runt sibi dominium, & quando huiusmodi res sunt tales, qua-  
rum usum licet Fratribus prædictis habere. Vnde sequitur,  
quòd respectu rerum, in quibus dantes reseruauerunt sibi do-  
minium, aut quarum usum non licet, vel aliquando non licuit  
Fratribus habere, nihil possunt agere Procuratores, vel  
Syndici.

**A** Idem Martinus concessit Procuratoribus Fratrum Minorum in Curijs Ecclesiasticis, & civilibus laborantes pro defensione Ordinis prædictorum Fratrum, Ecclesiarumq; suarum; singulis annis indulgentiam centum annorum, b. ffo. 260. concessione 663.

4  
Indulgentia.

NICOLAUS IV. fecit consimilem concessionem circa Procuratores, vel Syndicos; prout fecerat Martinus IV. in concessione supraposita, §. 3. Et habetur, B. fo. 23. Et ffo. 107. concessione 230.

5

**B** Concilium Constantiense statuit, quòd Generalis Fratrum Minorum possit, & debeat in Conuentibus sibi subditis tollere quæcunq; superflua, siue sint in rebus mobilibus, vel immobilibus, quantum fieri poterit bono modo, habito semper consilio antiquorum, & discretorum Fratrum suorum. Et voluit, quòd præfatus Generalis eligat ( si opus fuerit ) aliquas personas fideles, qui prædictas superfluitates, auctoritate dicti Concilij vendant, & commutent, aut alias in operibus conuertant, B. fo. 26. Et ffo. 110. concessione 236.

6  
Generalis  
Maister.  
Paupertas.

MARTINVS V. literas Martini IV. suprapositas, §. 3. approbavit, & fulminavit, illas inferendo de verbo ad verbum, & concessit Ministris, & Custodibus, ac alijs Fratribus Minorum, quòd literis prædictis, ac omnibus in eis contentis liberè, & licitè uti valeant, tandiu, & quousq; per Sedem Apostolicam aliud in præmissis eidem Ordini utilius fuerit ordinatum. Nò

7

**D** obstanti constitutione Ioannis XXII. Quæ incipit Ad conditorem: per quam prædictis Fratribus: ne literis, & concessione præfatis, sine speciali Sedis Apostolicæ licentia uterentur: prohibitum fuerat, b. fo. 38. Et ffo. 38. conce. 42. prope finem.

Cõtra Ioã-  
nem Papam  
XXII.

Idem Martinus confirmavit Constitutiones, quæ vulgariter appellantur Martinianæ, quas quidam Legatus à latere præfati Pontificis ordinauerat; in quibus quoad Procuratores Fratrum habetur sequens Statutum.

8

**E** Statuimus, & ordinamus, iuxta declarationem Nicolai III. & Clementis V. ac Martini IV. & V. quòd quilibet Conuentus, seu locus habeat suum Procuratorè, Oeconomum, Syndicum, & Actorem; cui omnis elemosyna pecuniaria, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter assignentur. Qui easdem dispensare debeat legaliter, & fideliter pro reparatione Conuentuum, & locorum, ac alias quoq; necessitatibus Fratrum pro tempore occurrentes. Et infra. In omnibus au-

Statutu  
nerale.

tem, quæ ultra hoc magis videntur arctare Fratres, siue ex declaratione Clementis, siue quacumq; alia declaratione Summorum Pontificum, vel aliorum quorumcumq; Apostolica nobis auctoritate commissa misericorditer dispensamus. Non astringentes eos propterea, qui voluerint prædictas declarationes seruare, quin suo voto satisfaciētes, seruare valeant, & tenere. Habetur hoc fo. 233. tract. 3. Confirmatio autem huiusmodi Statuti, & Constitutionum existit, b. fo. 38. Et ffo. 36. conce. 41.

Collector.

Sciendum, & notandum est, quòd huiusmodi ordinatione, ac dispensatione vtuntur Fratres Mino. Obser. partium Italię, qui præfatas Constitutiones acceptauerunt, necnon, & Bullam Martini IV. suprapositam, §. 3. Et ideò ipsi omnem eleemosynam pecuniariam, & alia ad pecuniam reducibilia, assignant huiusmodi Procuratoribus, seu Syndicis, tanquam Nuntijs nominatis per Papam; qui nomine Papæ tenent dictam pecuniam pro Fratrum necessitatibus suo tempore expendendā.

Nota.

¶ Sed Fratres Hispani, & Galli, ac Alemanni, qui obseruanter viuunt: quia prædictam dispensationem non acceptauerunt: vtuntur Syndico solum, & præcisè ad hoc, vt si aliquid superfluum, vel inutile in Conuentu fuerit inuentum; vt puta si mulus, aut asinus senuerit, siue aliquid aliud, quod vno tempore fuit necessarium, & postea non est: immo oportet vendi aliquid prædictorum: tunc præfatus Procurator nomine Papæ, cuius est Syndicus, vendat: & pretiū in alias necessitates Fratrum conuertat. Et de isto Syndico locutus est Nicolaus III. in declaratione Regulę, dicens, debere dari à Papa, vel à Protectore Ordinis. Et taliter vti Syndico, est Regulam purè obseruare. Et talem non habere, est periculo se committere. Vix enim reperietur aliquis Conuentus, seu locus Fratrum Mino. qui aliquando non indigeat, vt aliquid vendatur, & renouetur. Et si dicas, quòd poterit vendi, & pecunia recipi, & expendi per aliquem amicum spirituales, qui non sit Syndicus Papę dico quòd hoc nequit fieri sine transgressione voti paupertatis. Quia tunc ille amicus spiritualis faceret prædicta, auctoritate Fratrum, & sic esset interposita persona, ex quo Papa, pro huiusmodi rebus, quarum dominium pertinet ad ipsum, & Sedem Apostolicam, ordinauit suum Syndicum, & non reliquit hoc voluntati Fratrum. Dico etiam, quòd talis amicus spiritualis, in supradicto casu committeret furtum contredando

- A** Etando rem alienam inuito Domino, scilicet, Papa. ¶ Aliqui tamen Fratres vtuntur huiusmodi Procuratore, vel Syndico in omnibus contentis in Bulla supradicta Martini IV. & V. excepto in petitione, ac receptione elemosynarum, & denariorum, seu pecuniarum aliter obuientium, quam per testamēta; vt faciendo petere ea, quæ pro habitibus, pro defunctis acceptis, vel pro celebrandis Missis fuerunt promissa, &c. Sed tales vtuntur dispensatione, contra declarationem Nicolai III. quam, sicut & Regulam, obseruare tenentur: cū secundū iura, declaratum, & declaratio sint idem. Vnde, contra talia præsumentes, factum est quoddam Statutum in Capitulo generali, in Conuentu Laualis prouinciæ Turoniæ, celebrato anno Domini 1503. sub forma sequenti.

Deponantur omnes Guardiani, & pœna Proprietarij puniantur, qui ratione debiti cuiuscunq; seu aliorum bonorum temporalium fecerint excommunicari, seu detineri, vel vexari quoscunq; seculares. Subditi verò, qui talia procurauerint, pœna Proprietarij puniantur, & de Conuentu confusibiliter expellantur, fo. 230. tracta. 3. Et ffo. 249. in tracta. 2.

Statutū generale.

Aduertendum est tamen, quòd licet Constitutiones supradictæ non fuerint acceptatæ vniuersaliter, tamen Bulla Martini acceptata est à toto Ordine.

Collectio

Aduertendum est insuper, quòd extra casum, quo aliquid cōcessum vsui Fratrum, cuius dominium attinet ad Papam, debet vendi: non indigent Fratres huiusmodi Procuratore, vel Syndico. Et in casu quòd hæredes vellent defraudare eos legatis in testamentis, habent duplex remedium, prout positum est supra, in dictione Hæreditas, in fine Concessionum. Qui autem latius videre voluerit materiam hanc Procuratorum, & Syndicorum, reperiet eam optimè discussam, & elucidatam in tractatu, intitulato Speculū Fratrum Minorū, propè finē additionū articuli 5. declarationis Nicol. III. Et in additionib⁹ articuli II. Vide ibi, ac nota benè; & sic in hac materia non errabis.

**E** li II. EVGENIVS IV. literas prædictorū Martini IV. & V. de verbo ad verbū in suis literis inseruit, decernēs, quòd hmōi literis eadē fides adhibeatur vbicunq; sicut originalib⁹ literis prædictorū Pontif. adhiberētur, si ostēsa forent. Noluit tamen, vt per hoc aliquod ius de nouo acquireretur prædictis Fratrib⁹: sed, quòd antiquū ius (si quod habebant) tantummodo eis conseruaretur, b. fo. 40. Et ffo. 38. conce. 42. in fine.

**10** **Pro Syndicis Monialium Sanctæ Claræ & Tertiarii.** **SIXTUS IV.** in Bulla aurea concessit, quòd Procuratores, Syndici Monialium S. Claræ, & tertij Ordinis Fratrum, & Sororum, eisdem Priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, fauoribus, concessionibus, indultis spiritualibus, & temporalibus Procuratoribus, Syndicis Fratrum Minorum, & Prædicatorum concessis, & in posterum concedendis, gaudeant; prout latius habetur supra, in dictione Communicatio priuilegiorum §. 2.

**11** **Indulgentiæ.** **INNOCENTIUS VIII.** concessit, vt Procuratores Fratrum Minorum, eorumq; substituti, liberi, parètes, fratres, sorores, & vxores eorum possint promereri indulgentias Stationum, & alias Fratribus prædictis concessas: dicendo in Ecclesijs huiusmodi Fratrum quinque; Pater Noster, & totidem Aue Maria, pro felici statu Romanæ Ecclesiæ, o. fo. 95. Et ffo. 70. conce. 162. Et ffo. 99. conce. 367.

**12** **Cõicatio Priuilegiorum.** **CLEMENS VII.** concessit vni Syndico, & Procuratori, cum illius vxore, & liberis, præfenti, & futuro singularum domorum, & Monasterij Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, ac Monialium Sanctæ Claræ, Conceptionis, & Annunciationis Ordinum, & Sororum tertij Ordinis Sancti Francisci, pro tempore seruianti: quòd perpetuis futuris temporibus ipsi, & eorum quilibet, omnibus, & singulis indulgentijs, & peccatorum remissionibus, fauoribus, & gratijs, quibus Fratres Ordinis, & Observantiæ prædictorum vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere possint, & valeant, B.

**13** **Exemptio.** **Idem Clemens** concessit præfatis Syndicis, & Procuratoribus, quòd super quibusuis causis, & rebus, ipsos Syndicos, & Procuratores concernentibus, ciuilibus, & criminalibus, & mixtis: non nisi coram Iudicibus Conseruatoribus domorum illarum, quarum ipsi Syndici & Procuratores fuerint: de iusticia respondere teneantur. Inhibuitq; sub excommunicatio nis latæ sententiæ pœna vninersis, & singulis iudicibus, & commissarijs Ecclesiasticis, & secularibus, quacumq; auctoritate fungentibus: ne de causis contra dictos Syndicos, & Procuratores motis & mouendis, directè, vel indirectè, quouis quæstio colore, seu prætextu, se intromittere quoquomodo de cetero audeant, vel præsumant, B.

PROFESSIO FIDEI.



**A** *V*òd prius titulus iste ab authore huius Compendij non fuit appositus, ex eo fuit, quia eo tempore, talis Fidei Professio faciendâ, non erat ordinata: at quia postea est iam ordinata, idèd, vt valde necessarium, ponere uolui, ad hoc, vt sciatur à quibus, quomodo, & quando sit faciendâ.

Capuccini  
annotatio.

**B** *E*st ergò sciendum, quòd Sancta Synodus Tridentina statuit, quòd qui cathedralibus, & superioribus Ecclesijs preficiuntur, vel quibus de illarum dignitatibus Canoncantibus, & alijs quibuscunq, beneficijs curam animarum habentibus prouideri continget, publicam orthodoxe fidei professionem facere, seq; in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur.

Conc. Trid.  
sess. 24. c. 1.  
& 12. & sess.  
25. c. 2. de re  
form.

**C** *C*uius fidei professionis formam bonæ memoriæ Pius IV. edidit, & mandauit etiam idem seruari, per quoscunq, quibus de Monasterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuscunq, locis Regularium, quorumcunq; Ordinum, & Militiarum quoq; nomine, vel titulo prouidebitur; vt in Bulla 114. iniunctum nobis, & c.

Forma pro-  
fess. Fidei.

**D** *I*dcirco in fine huius Compendij, fol. 19. Bulla 8. huiusmodi Bullam Pij IV. continentem formam professionis fidei, cum quibusdam alijs bullis, apponere volui; vt prouisi de Conuentibus, & Monasterijs, sciât quid agere teneantur

Incipit in  
iunctu nob.  
ann. 1564.

**D** *E*t est primò aduertendum, quòd Prelati Regulares sine dubio, teneantur etiam videntur facere prædictâ Fidei Professionem, per extensionem, quâ Pius IV. fecit d. cap. 12. de reform. sess. 24. Conc. Trid. & quòd sufficeret, vt eam facerent intra duos menses ab adepta possessione suæ præfecturæ; vt idèd Conc. in eodè c. exprimit: attamen nõ esse in vsu, Illust. Cardinales, alijsq; Doctissimi viri consulerunt, & sic iâ obseruatur.

Prelati Re-  
gulares tenè-  
tur facere  
hæc fid. pro-  
fess.

**E** *S*ecundò notandum, quòd si quis Clericus, vel alius præfectus, adeptus Parochialem Ecclesiam, vel aliud beneficium, uel præfecturam, per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduertentiam, non fecit professionem fidei supradictam, coram Deo, & in foro conscientie non peccauit mortaliter, nec obligatur ad restituendos fructus: tenetur tamen illam postea facere, prout sic consulit Nauar. in lib. 1. suorum consil. tit. de Santsima Trinitate, & fid. Cathol. cons. 2. 3.

Si non fie-  
ret quando  
peccatur.

**E** *T*ertio notandum, quòd tempore Pij V. fuit à Sacr. Congreg. Card. responsum, vt Prædicatores, tempore, quo petent benedictionè ab Episcopo prædicandi, si ab Episcopo exigeretur ab eis hæc professio, teneantur eam facere: vnde, licèt cã pluries alias fecissent, & ab Episcopo alia interim exigeretur, teneantur eam facere & sic etiam Lectores, & c.

Cardinal. re-  
sponsum.  
Prædicato-  
res quando  
teneantur.



Et si ab ipsis non requireretur, crederem quòd eam non faciendo, nõ  
 incidere in excomm. Et id, quòd dicitur in illa Const. 114. per Sacru  
 Conc. Trid. Fiat professio fidei etiam ab illis, qui sunt de aliquo canonica-  
 tu prouisi, vel de quouis beneficio alio Ecclesiastico, intelligitur de  
 his, quæ in uita conferuntur; vt à claustralibus practitari iam uidetur,  
 cuius professionis formam ponit in supradicta Const. 14. Pij IV.

Omnes Le-  
 ctiores tenē-  
 tur.

Cōgregatio  
 Cardin.  
 Etiam docē-  
 tes gramma-  
 ticam, musi-  
 cam.

Catechesis  
 f. 204. in no-  
 ua impres-  
 sione.

Quartò notandum, quòd idem Pius IV. per aliam Bullam 112. in  
 sacrosancta, & c. ad hanc fidei professionem teneri uoluit omnes Docto-  
 res, Magistros, Regentes, & alios cuiuscunq; artis, ac facultatis profes-  
 sores, siue Clerici, aut laici illi sint, vel cuiuscunq; Ordinis Regulares,  
 quòd docere uel promoueri uoluerint: Et Sacra Card. Congreg. sup.  
 Conc. Trid. sess. 24. cap. 22. de reform. ad hoc comprehendendi declarauit  
 in Bulla prædicta Pij IV. etiam docentes prima principia Grammatica,  
 Arithmetica Musica, & aliarum artium, licet publicam scholam non  
 faciant, sed in proprijs domibus doceant; & super hoc faciant informa-  
 tionem, & processum summarium, quantum Episcopo sufficere uide-  
 bitur, qui omnes promouentes ultra excomm. latae sententiæ, etiam  
 ipso facto omnium, & singularum dignitatum, beneficiorum, officiorum  
 feudorum Ecclesiasticorum, in priuationis penam, eo ipso, incurrunt,  
 & inhabilitatis ad illa, & ad alia in posterum obtinenda, & est Epi-  
 scopalis absolutio, vt tenet auctor catechesis Neapolitana lib. 3. de ex-  
 comm. nu. 129. Legentes autem, aut promoti, sine præua fidei pro-  
 fessione non incurrunt censuram, sed peccatum, ac nullitatem gradus,  
 seu promotionis: quia tantum incurrunt promouentes, aut permittentes,  
 vt supra. At in Diocesi Neapolitana dictam excomm. incurrunt  
 etiam supradicti legentes, & c. quoad tamen non exemptos; vt est ui-  
 dere in synodo Prouinciali Neapolitano, celebrato anno 1576. & sic  
 determinatur in catechesi, ubi supra.

### PROFESSIO FRATRVM MENDICANTIVM.

Collector. **C**irca professionis emissionem in Ordinibus Fratrum Mē-  
 dicantium factam, vel faciendam, sunt multa, & varia  
 concessa, per multos Summos Pontifices, quæ posita sunt in di-  
 ctione Nouitius; ubi in margine habetur hæc dictio Professio.

### PROMOTIO AD ORDINES.

Collector. **Q**uoad Promotionem ad Ordines sacros; præsertim ad  
 Sacerdotiū, fecerūt aliqui Sūmi Pontifices aliquas Con-  
 cessiones, & dispensationes, in fauorē Fratrum Mino. ac nonnulla  
 alia

**A** alia pertinentia ad Promotiones concesserunt, quæ posita sunt in dictionibus Ordines sacri, & Dispensatio, §. 11. & 12. & 13. ac 22.

PROTECTOR ORDINIS.



**B** REGORIVS IX. districtè inhibuit: nè Cardinalis Protector Ordinis Fratrum Minorum se intromittat in rebus pertinentibus ad officia, & gubernationem, seu correctionem Fratrum dicti Ordinis: nisi, quando prædicti Fratres, aut aliqui ipsorum aliqua committeret cõtra tres articulos in Regula prædictorum Fratrum contentos, videlicet, quando deuiarent ab vnitãte Fidei, vel ab obedientia Romanæ Ecclesiæ: aut ab obseruantia suæ Regulæ. Ita quòd dictus Ordo, & Fratres eiusdem Ordinis, in nullo sint subiecti Protectori huiusmodi: nisi duntaxat in casu, quo ipsorum Fratrum communitas, vel generale Capitulum (quod absit) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deuiaret: Deceuit etiã, irritum, & inane quicquid se cõtra factum fuerit. ¶ Statuit insuper, quòd Fratres prædicti Ordinis, recurrentes ad Protectorem, tanquam ad Prælatum, pro licentijs, vel alijs consimilibus: puniantur grauius, & actibus legitimis, & officijs Ordinis sint suspensi ipso facto, B. ffo 137. concessione 304.

**D** SIXTVS IV. approbavit literas suprascriptas Gregorij IX. inferendo illas de verbo ad verbum; & robur perpetuæ firmitatis obrinere decreuit. Ac etiam declarauit, quòd nec adhuc in præfatis tribus casibus habeat auctoritatem præfatus Protector, quando non vniuersi, sed solum aliqui prædicti Ordinis professores, in quouis numero, à Fidei vnitãte, ac sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientia deuiarent, vel Regulam præfãtam non obseruarent, B. ffo. 138. concessione 304.

**E** V. R. B. A. N. V. S. IV. statuit, quòd Moniales Sanctæ Clare sint subiectæ Cardinali, qui pro tempore fuerit Protector Ordinis Fratrum Minorum, & illi teneantur firmiter obedire. Et quòd huiusmodi Protector habeat curam, & regimen dicti Ordinis S. Clare: necnon, & personarum insistentium teruitijs Monasteriorum huiusmodi Ordinis. i. Capellanorũ.

Officia Ordinis. Concedit.

Nota.

Declaratio præcedentis concessionis.

Pro Monialibus Sanctæ Clare.

Oblatorum, & Familiarium. Et quòd tam per se, quàm per A viros idoneos, quoties expedire viderit, visitationis officium impendere studeat, corrigendo, & reformando, tam in capite, quàm in membris; quæ correctionis, & reformationis officio nouerit indigere. Instituendo etiam, ac destruendo, & statuendo, ac disponendo; prout secundùm Deum viderit expedire, b. fo. 291. tractatu 3. & ffo. 319. tractatu 2.

4 De ingressu Monasteriorum sanctæ Claræ. MARTINVS V. statuit, quòd præfatus Protector non possit vlllo modo dare licentiam aliquibus personis, ad ingrediendum B Monasteria S. Claræ, inconsulto Romano Pontifice, seu absq; Sedis Apostolicæ licentia speciali, b. ffo. 63. conce. 41.

5 Pro Monialibus sanctæ Claræ. IVLIVS II. concessit, vt Prouinciales Fratrum Mino. habeant eandem potestatem, & facultatem circa Moniales Sanctæ Claræ illorum curæ commissas, quam Vrbanus IV. in Regula prædictarum Monialium commisit Protectori dicti Ordinis, B. ffo. 72. conce. 220.

Collecter. Aduertendum est, quòd huiusmodi potestas Protectoris, C debet, intelligi sicut postea fuit restricta p Martinum V. vt dictum est supra immediate: quamuis aliqui minus docti, aliter opinati fuerint. Et adhuc posset non immerito dici, quòd præfata Concessio Iulij fuit subreptitia, & per consequens nulli

Nota. valoris: quia in relatione non fuit expressum, qualiter prædicta potestas Protectoris ab Urbano concessa, fuerat postea restricta per Martinum V. forsitan enim, si hoc fuisset expressum, non concessisset ille generaliter, & absolutè, prout concessit. D Idem Iulius superscriptas literas Gregorij IX. & Sixti IV. approbavit, & confirmavit, b. ffo. 88. conce. 253.

### ANNOTATIO CORDVBÆ.

Quoad §. 1. ubi ponitur Priuilegium, seu Concessio Grego. V. prohibentis Fratribus Mino. sub suspensione ipso facto, nè petant à Protectore facultatem aliquam aliter, quàm E ubi ab eo prouidetur. Notandum, quòd ista suspensio, ipso facto iam non ualeat, secundùm eos, qui tenent, quòd Six. IV. reuocauit omnes penas Statutorum, & Declarationum etiam Papalium suorum predecessorum, vt infra, tit. Statuta §. 1. habetur, ibi vide.

Quoad §. 3. ubi Collector agit, an potestas Protectoris concessa per Iulium II. nostris Prouincialibus, super Moniales, debeat intelligi restricta, an absoluta, latius dictum est supra, in his annotationibus, tit.

Ingre-

**A** Ingredi, super 4. notabili Collectoris, ibi videatur.

Quoad 9. 6. notandum, quòd ipse Iulius II. fff. 88. ff. 255. approbàs supradictas literas Greg. IX. & Six. IV. in super excommunicatione ipso facto infligit contra non obediētes Protectori, in pertinentibus ad suum officium, ibi expressum, & limitatum.

PROVINCIALIS.

**B** **D** Emultis attinentibus ad Prouinciales Fratrum, dictum **Collector** est in dictione Ministri.

PROVINCIA.



**C** **N**ICOLAUS IV. statuit, & ordinavit, ac districte inhibuit, ne in Ordine Fratrum Mino. fiat divisio alicuius Prouincię, vel nouarum prouinciarum multiplicatio, absq; Romani Pontificis licentia speciali, per eius patentes literas concedenda, faciente plenam, & expressam de huiusmodi Statuto, & ordinatione, ac inhibitione mentionem: decreuitq; irritum, & inane, si secus in hac parte contigerit attentari, B. fo. 53. Et ffo. 136. concessione 303.

**I** Prohibitio multiplicationis prouinciarum.

IULIUS II. fecit duo Statuta, circa ædificationem domorum Ordinis Fratrum Minorum, in alienis prouincijs, quę habentur in dictione Ædificare, §. 11. & 12.

QUARTA PORTIO.

**C** **I**rca quartam portionem, qualiter non teneantur Fratres **Collector** Minores ad illius solutionem, factę sunt multe Concessionēs prædictis Fratribus, ac etiam alijs Mendicantibus, inter quas potior videtur illa, quę facta est Fratribus Carmelitans; vt habetur in dictione Canonica portio, §. 5. & 9. Et ibidem habentur omnia, quę circa quartam reperiuntur concessa, in oibus §§. vbi in margine ẽ apposita hæc dicitio, Quarta.

QVÆSTVARE.



**G**REGORIUS IX. præcepit vniuersis Ecclesiarum Prælati, quatenus, si in suis iurisdictionibus inuenti fuerint aliqui prædicantes, & quæstum pecuniarum quærentes, de Ordine Fratrum Minorum se esse dicentes, capiant illos, & tanquam falsarios condemnent

**I** Prædicatores.

demnent eisdem : nè Religio prædicatorum Fratrum ( qui pau-  
 pertatem professi sunt ) per hoc infamari contingat, B. fo. 25.  
 Et ff. 109. concessione 234.

**De Fratib<sup>9</sup>  
Mino. Obse.  
& conuen.**

**2** CALIXTVS III. prohibuit strictè, sub excommunica-  
 tionis pœna : nè Fratres Minores Conuentuales, sub nomine  
 Fratrum Minorum obser. nec è contra, aut sub nomine loco-  
 rum aliorum quæstulare aliquo modo præsumant, B. fo. 6. Et  
 ff. 90. conce. 197. propè finem.

**Collector.** Præfata constitutio renocata est per Bullam Pij II. B. fo. 8. B  
 Et ff. 92. conce. 200.

A N N O T A T I O C O R D V B E .

**Q**uo ad §. 1. ubi ponitur Priuileg. Greg. IX. notandum, quòd idè  
 concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, Bonif. IX. ff. 118.

R E C I P E R E .

**Collector.**

*Distinctio materiae infra scripte.*

**L**icèt ad hanc dictionem Recipere, possint reduci multa  
 Priuilegia; tamen, quia iam superius in varijs dictionib<sup>9</sup>  
 posita sunt, sufficet hic illa distinguere, & ad propria loca re-  
 mittere. De multiplici namque receptione fit mentio in præ-  
 dictis Priuilegijs. ¶ Et primò de receptione Fratrum ad ha-  
 bitum, & ad professionem. De hoc autem habetur in dictione  
 Nouitius, in multis §§; Et in dictione Simonia, §. primo. Et in  
 dictione Abbatissa, §. 3. ¶ Secundò, quoad bona Nouitiorum, &  
 Apostatarum, redeuntium ad obedientiam; quid possint de  
 huiusmodi bonis recipere Fratres prædicti, continetur in di-  
 ctione Nouitius, §. 12. & 21. Et in dictione Bona, §. 13. Et in di-  
 ctione Hereditas, §. 2. & 3. & 4. ¶ Tertio, qualiter Fratres, in  
 Ordine Mino. professi, nequeant recipi à Fratribus aliorum  
 Ordinum, dictum est in dictione Apostate, in multis §§. Et alia,  
 pertinentia ad idem, ponuntur hic infra, §. 3. & sequentibus,  
 vsq; ad 11. ¶ Quarto, circa receptionem Sacramentorum, qui  
 quando, & quomodo possint ea recipere à Fratribus præfatis:  
 habetur in dictione Communicare, §. 3. & 4. ac ferè in reliquis  
 §§. ibi contentis. Et in dictione Sacramenta. ¶ Quintò, quali-  
 ter Prælati Ecclesiarum teneantur recipere prædictos Fra-  
 tres, ponuntur aliqua infra, §. 1. & 2.

A



**HONORIVS III.** præcepit in principio Ordinis Prælatiſ Eccleſiarum, quatenus Fratres Minores, cum ad eos declinare contigerit, recipiant eos, ſicut Catholicos, & fideles: ac eis ob reuerentiam diuinam, & ipſius Pontificiſ, ſe exhibeant fauorabiles, & benignos, b.fo. 18. Et ffo. 22. conceſſione 1. Et ffo. 83. conceſſione 241.

**B GREGORIVS IX.** præcepit ſimiliter Eccleſiarum Prælatiſ, quatenus Fratres Minores ad eos accedentes, recipere benignè, ac charitatiuè (vt potè Catholicos, & fideles; ac circa lucrum animarum, & euangelizationè verbi Dei inſiſtentes) tractarent; eiſq; in ſuis neceſſitatibus fauorabiles, & propitij exiſterent; credendo firmiter, ac de ipſiſ certam habendo fiduciam, quòd cum ſpiritu viuant, ſpiritu & ambulent, b.fo. 20. Et ffo. 22. conceſſione 5.

**C INNOCENTIVS IV.** præcepit Abbatibus, & Conuentibus Ordiniſ Cifterciendiſ, quatenus omnes Fratres, quos de Ordine Fratrum Minorum receperant, remitterent ſine aliqua difficultate ad Miniſtros Prouinciales, & quòd à taliſ receptione de cætero abſtinerent, b. fo. 21. & ffo. 23. conceſſ. 8.

**ALEXANDER IV.** inhiuit diſtictè vniuerſiſ Abbatibus, Prioribus, Præpoſitiſ, & Conuentibus Monafteriorum ſancti Benedicti, Cifterciendiſ, ſancti Auguſtini, Præmonſtraten. Camaldulen. Valliſ vmbroſæ Ordinum: nè, prætextu quaruncunq; literarum à Sede Apoſtolica generaliter, vel ſpecialiter obtentarum, ſeu obtinendarum, quæ de præſentibus literiſ plenam, & expreſſam non facerent mentionem: non recipiant Fratres profeſſoſ Ordiniſ Minorum ſub pœna excommunicationiſ ipſo facto incurrenda; à qua nequeant abſolui, niſi perſonaliter compareant ante Romanum Pontificem, vel Sedem Apoſtolicam. Et decreuit, irritum fore, & inane quicquid in contrarium factum fuerit, vel attentatum, b.fo. 28. Et ffo. 28. conceſſione 20.

**BENEDICTVS XI.** decreuit, nè aliquiſ Frater cuiuſuiſ Ordiniſ Mendicantiſ poſſit tranſire ad Ordineſ Monachorum Nigrorum, vel Cifterciendiſ, vel ab eorum Abbatibus recipi, ſine Romani Pontificiſ licentia ſpeciali, faciente plenam, & expreſſam de Conſtitutione huiuſmodi mentionem, B. ffo. 171. conceſſione 399.

3  
Prohibitiſ.4  
Prohibitiſ.

Excôicatio.

3  
Prohibitiſ.

6 MARTINVS V. fecit circa prædicta quandam amplissimã A  
prouisionem, quæ habetur in dictione Apostata, §. 15.

7 P I V S II. similiter fecit aliam eximiam prouisionem in  
præfata materia; prout habetur in dictione Apostata, §. 17.

8 PAVLVS II. circa receptionem Fratrum Minorum Obser.  
à Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis, & è contra,  
fecit quoddam Statutum rigidum; sicut positum est in dictio-  
ne Apostata, §. 20.

9 INNOCENTIVS VIII. contra recipientes Fratres Mino- B  
res Apostatas promulgauit sententiam excommunicationis,  
vt habetur in dictione Apostata, §. 21.

10 I V L I V S II. districtè præcepit vniuersis Fratribus Ordi-  
Excôicatio. nis Minimorum, sub excommunicationis latæ sententię pœna:  
nè aliquem Fratrum Ordinis Minorum de Observantia, ali-  
quo modo, vel causa recipere, vel retinere præsumant, sine  
expressa, & speciali licentia Sedis Apostolicæ, à volente tran-  
sire ad illos specialiter obtenta. Non obstantibus quibuscûq; C  
in fauorem dictorum Minimorum concessis, B. ffo. 12. con-  
cessione 48.

11 L E O X. inhibuit sub excommunicationis latæ sententię  
Excôicatio. Licentia. pœna, omnibus & singulis Conuentualium, secundum Priui-  
legia viuentium, Prælati, ac Fratribus: nè aliquem ex Fratri-  
bus reformatis, nisi præhabita licentia Capituli Prouincialis  
Reformatorum recipere audeant; prout latè habetur in dictio-  
ne Conuentuales Fratres, §. 2. Et in dictione Licentiare Fra- D  
tres, §. 1. Et originaliter, B. ffo. 30. conce. 100.

### CAPVCCINI ANNOTATIO.

**N**otandum, quòd huiusmodi prohibitiones Alex. IV.  
Benedict. XI. Mart. V. &c. videntur confirmatæ per  
Conc. Trid. sess. 25. tit. de Regul. c. 19. vbi inhibetur  
ut nemo R egularis, cuiuscunq; facultatis vigore, trà-  
sferatur ad laxiorem Religionem. Et per const. 91. Pij  
V. ann. 1569. ut in Bullario, vbi declarat, quòd qualibet concessio,  
etiam ab ipso facta, recipiendi Fratres alterius Religionis, intelligatur  
de illis à lege permissis; id est, vt ad strictiorem, & non ad laxiorem.

Incipit Se-  
dis Aposto-  
licę solertia. Item in ann. 1567. ab eodem Pio V. fuit prohibitum, sub indigna-  
tionis suæ pœna; ut nullus ex Fratribus Capuccinis ad Ordinem Sancti  
Francisci de Paula, nec è conuerso ullo vnquam tempore, & quacunq;  
etiam

**A** etiam iustissima causa, etiam de licentia suorum Superiorum se transferre possit: quæ Bulla manet authentica penes nos Capuccinos; & ponitur à Passarello in collect. priuileg. f. 116.

Et in anno 1591. 27. Maij à Sacra Regul. congreg. autoritate ei concessa à Papa Greg. XIV. fuit decretum, post hoc memoratum Pij V. Motum proprium, sub pœna transeuntibus, & illos recipientibus, priuationis Officiorum, & vocis actiue, & passiuæ in perpetuum ipso facto incurrenda; seruandum esse, & seruari debere: quæ etiam Bulla apud nos Capuccinos seruatur authentica.

In ann. 1578. Greg. XIII. concessit, vt Fratres Discalciati Ord. S. Patris nostri Francisci, possent recipere Fratres de Obseruantia, vt in Const. 98. ad hoc nos Deus.

Et quia hodie, per Bullam Pij V. 91. ann. 1569. latam, sunt reuocata omnia Priuilegia, præter iuris communis dispositionem recipienti Fratres alterius Religionis. Ideò quid velint iura de transitu Mendicantium ad Ordines monachales, est sciendum, quòd hæc volunt iura per Const. Mart. V. quæ ponitur in extrauag. de Regula. & incipit ambitiosè, vt nullus Frater de Ordine Mendicantium, possit transire ad aliquem Ordinem Monachalem (excepto Ordine Carthusiensium) nisi de licentia Papæ, quæ mentionem faciat de constitutione Martini: aliàs ille esset excommunicatus, vt Apostata, similiter eum recipientes, ut supra habetur, in verbo Apostate, s. 15. Quòd si Religiosi Mendicantes, etiam de licentia Papæ, transeant ad Ordinem Monachorum, non poterunt habere uocem, uel locum in Capitulo, etiam si ab eis concederetur. Nec poterunt habere Prioratum, nec aliquam administrationem, nec quacumq; officia etiam annua: nec tanquam Vicarij, uel Ministri, uel loca eorum tenentes, possunt quocumq; regimen animarum exercere; sicut habetur in Clement. ut professores, de Regul.

Pariter hic aduertendum, quòd per Const. Pauli III. ann. 1537. fuit nobis Fratribus Capuccinis prohibitum recipere Fratres Minores de Obseruantia, sine licentia in scriptis eorum Prouincialium Ministrorum. Et licet post talem prohibitionem concesserit dictus Pontifex, ut possent eos Capuccini recipere, per const. tamen 26. Romani Pontificis, & c. ann. 1541. fuit talis licentia reuocata, confirmando denuò primam prohibitionem, sub pœna excommunicationis, & inhabilitationis ad quauis officia, & legitimos actus. Et Iulius III. in const. sua 10. officij, ann. 1550. renouando dictam Pauli III. prohibitionem, declarat talem professionem, seu receptionem, sine dicta licentia Ministrorum in scriptis, esse nullam, & Capuccini recipientes essent supradictas censuras incurssi. Et idem postea confirmauit Sixtus V. anno 1586. in const.

Prohibitio  
transitus Ca-  
puccinorū  
ad Minimos  
& è contra.  
Pœna appo-  
sita à Greg.  
XIV.

Quid dicitur  
iniure de trà-  
itu Mendica-  
antium ad  
Ordines Mo-  
nachales.

Prohibitio  
ne Capucci-  
ni recipiant  
Fratres de  
obseruatiã.



const. 22. Pro ea, & c. quæ omnes Bullæ ad Ministrorum instantiam de Observantia fuerunt impetratæ; in quibus tamen Bullis est aduertendum, quod excommunicationis lata sententia absolutio, reservata non reperitur.

Capuccini  
possunt reci-  
pere Discal-  
ciatos.

Possimus tamen nos Capuccini ipsos Discalciatos, seu reformatos Fratrum Minorum Hispaniarum, volentes transire ad arctiorem Observantiam Franciscanam recipere: dummodo licentiam in scriptis ab eorum Ministris Prouincialibus obtineant, per dictam const. 22. Sixti V. cum ex const. 56. Greg. 13. ann. 1579. esset Custodiæ tantum sufficiens licentia.

Discalciati  
possunt reci-  
pere Fratres  
de Obler.

Ipsis tamen Discalciatis, posse recipere Fratres de Observantia concessit Greg. XIII. ann. 1578. vt habetur in const. 99. ad hoc nos Deus, vt supra est dictum.

An autem nos Capuccini possemus ad aliam Observantiam transire? & si reperiatur nec ne strictior Observantia? alibi, ab alijs recentioribus est tractatum, in questionibus autem D. Bonau super Regulam, dum inquit: an de ista nostra Religione Minorum posset quis transire ad aliam, post factam professionem, resoluit quod nõ, nisi per dispensationem Sedis Apostol. cum hoc expressè in ipsa nostra Reg. prohibeatur, ibi, nullo modo licebit eis exire, & c. videas tamen quid ipsi recentiores dicant.

De prohibitionibus autem factis à Pio V. circa transitum Capuccinorum ad Ordinem S. Franc. de Paula, & è contra, & à Greg. XIV. quod non possint recipi à Fratribus Conuentualibus Reformatis, vide Bullas positas in fine huius Compendij.

An & quando possent recipi in vna Religione illi, qui vouerunt intrare in aliam. Vide in annotatione nostra, infra, in verbo Votum, in principio, vbi adducuntur Priuilegia concessa Societati Iesu, ac Congregat. Casinensi.

Et an possint recipi ad Ordinem descendentes ab infidelibus parentibus; vide infra, in verbo Nouitius, in declaratione primæ Condit. Regula.

## R E F O R M A T I O .

Distinctio materia infra scripta.

Collector.

Circa reformationem Fratrum Conuentualium, & suorum Conuentuum, ac etiam Monialium, & Monasteriorum suæ curæ commissorum, fuerunt multa, & varia diuersis temporibus, per multos Summos Pontifices ordinata. Sed quia modernis temporibus aliqua sunt Statuta, quæ solum, quantum ad

**A**tum ad huiusmodi reformationem, obseruari debent: ideo hæc tantum ponentur infra, reliquis omisissis.



**C**ONCILIVM Constantiense statuit, quòd Generalis Fratrum Mino. possit. & debeat Conuentus sibi subditos, ad statum strictè obseruantie consonum reducere, & c. prout habetur in dictione Generalis Ordinis, § 3.

**S**IXTVS IV. statuit, quòd Prælati Fratrum Conuentualium Ordinum Mendicantium, teneantur debite reformare Monasteria sibi subdita, tam Fratrum, quam Monialium, infra annum, postquam requisiti fuerint, B. ffo. 149. conce. 487.

2  
De Frat. bus  
Conuentua  
libus. & Mo  
nialibus.

**L**E O X. in Bulla Vnionis statuit, & in virtute sancte obedientie precepit, quòd de cætero nullæ nouæ reformationes in Ordine Fratrum Mino. introducantur, aut fiant, absq; Ministerii Generalis, aut Prouincialium Ministrorum Reformatoꝝ in suis Prouincijs respectiue expresso assensu. Ita tamen quòd dicte reformationes, Ministro Generali, & Prouincialibus reformatis, per omnia iuxta Regulam subijciantur, B. ffo. 30. concessione 101.

3

**I**dem Leo, in Bulla Concordie, statuit multa circa reformationem domorum, & Fratrum Mino. Conuentualium, que posita sunt supra, in dictione Conuentuales Fratres, §. 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. ac 10.

4

### ANNOTATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad §. 3. notandum, quòd idem Leo X. ffo. 30. prohibuit, ne quis ocet iniuriose aliquem Fratrem Mino. aliquo nomine iniurioso, vt pote Eulistam, & c. vt habetur in Compendio, tit. Obseruantes, §. 7. ibi videatur.

### CAPVCCINI ANNOTATIO.



**N**otandum pro hac materia Reformandi, quòd Reformatio debet fieri, non secundum vsu, sed iuxta Regulam promissam, vt in Conc. Trid. sess. 25. tit. de Regul. cap. 1. mandatur.

De institutione aut Fratrum Reformatoꝝ Ordinis Mino. s. p. n. Franc. de obser-

Vt manda-  
uit etiã Pius  
V. in Const.  
82. iniunctũ  
nobis auno  
1560.

de Observantia, habes in Bullario latissimam Const. Clem. VII. in su-  
prema militantis Ecclesiæ specula, &c. anno D. 1532. editam, vbi in-  
ter alia, mandatur, assignari eis quedam loca particularia; & de Cu-  
stode eorum, eiusq; officio, & auctoritate, & in officio trienniali dura-  
tione.

Quæ tamen Const. confirmatur, declaratur, ac ampliatur à Greg.  
XIII. in Const. 56. Cum, illius vicem, anno D. 1579. Vbi, inter alia,  
declarando, seu determinando, ait, vt si qui Fratres professi in obseruã-  
tia voluerint ad Reformatos transire, habeant (vt alij Nouitij non  
professi) annum continuum ad deliberandum an remanere in tali stri-  
ctiori obseruantia voluerint: & professos, inde recedentes Apostatas esse  
declarari.

Et quòd, nisi ad Capuccinos reformati ipsi, habita prius in scriptis li-  
centia Custodis, transire possint.

Ac vt Nouitij, & Fratres reformandi per Custodem recipi possint:  
habito tamen consensu Fratrum eius loci.

Minister Gener. Fratrum de Obseru. tantum, & non alij, faculta-  
tem habeant visitandi, & corrigendi eos.

Et quòd ipsi Reformati non retineant in eorum locis aliquem non  
reformandum, nisi Lectores, & Prædicatores cum suorum Superiorum  
licentia.

Capitula Custodialia singulis annis in locis Custodiæ; ad electionem  
Custodis fieri debent. Et Custodes ad triennium eligantur. Amplamq;  
facultatem eis tribuit. multa; alia pro ipsis Reformatis vtilia decer-  
nit. Vt ibidem in supradicta Const. est videre.

PRO REFORMATIS, SEV RECOLLECTIS  
in Regnis Aragoniæ, Valentia, &  
Cathalonix.

Idem Greg. XIII. anno D. 1581. in Const. 70. Ex quo nos Deus cū  
supradictam dedisset constitutionem obseruandam à Fratribus de  
Obseruantia, & eorum reformatis: & tamen Reformati, contra formã  
dictæ Const. molestarentur ab eisdem de Obseruantia; idè fecit hæc  
aliam vbi exemiit à Iurisdictione Ministrorum Prouincialium, & om-  
niũ, etiam aliorum Superiorum dictarũ trium Prouinciarum de obser-  
uantia, omnes Reformatos, seu Recollectos, commorantes in Regnis  
Aragonia, & Valentia, ac Principatu Cathalonix, Ac illos penitus  
ab eis separauit, & dismembrauit. Et omnia eorum loca in vnam Pro-  
uinciam redigi iussit. Eamq; per Ministrum Prouincialem ab eisdem  
Refor

**A** Reformatis in Capitulo dictæ Prouinciæ eligendum, gubernari mandauit.

*Ac Prouinciam ipsam, sub obedientia Ministri, seu Commissarij Generalis remanere declarauit.*

*Et ut Minister ille Prouincialis confirmationem petere habeat ab eodem Ministro, uel Commissario Generali. Qui quidem Minister Prouincialis, eandem facultatem, & auctoritatem habeat cum suis Reformatis, quàm habent alij Ministri Prouinciales in suis Prouincijs non*

**B** Reformatorum.

*Cæteris, in alia supradicta Const. 56. ordinatis firmis remanentibus, &c. omnia sub excommunicationis pœna obseruari ab ipsis Fratribus de Obseruantia iubet.*

PRO REFORMATIS DISCALCIATIS Prouincię S. Iosephi in Regnis Hyspaniarum, eiusdem Ord. Minor. de Obseruantia.

**C**

**I**dem Greg. XIII. anno D. 1578. in Const. 91. *Ad hoc nos Deus. Confirmauit, ac declarauit Regulam, & regimen Fratrum Discalciatorum Congregationis, siue Prouinciæ S. Iosephi, in Regnis Hyspaniarum, Ordinis Minorum S. Francisci de obseruantia. Ac sub pœna excommunicationis latæ sententię inhibuit, Superioribus, & Prælatibus ipsorum Fratrum de obseruantia, nè eos circa eorum uiuendi modum molestare, aut in eis aliquid innouare præsumant.*

**D** Eisdemq; Discalciatis facultatem concessit recipiendi Fratres de obseru. ad eos transeuntes, modo in alijs supradictis Const. præscripto. Custodiam S. Gregorij in Indijs Philippinis incorporauit eidem Prouinciæ S. Iosephi.

*Ac ipsos Discalciatos sub iurisdictione Ministri Generalis ipsius Ordinis tantum remanere iussit, aded, vt ipse Generalis per se ipsum, uel alium, seu alios eiusdem Ordinis Discalciatorum tantum possit ipsos Fratres Discalciatos corrigere, uisitare, ac in eos iurisdictionem exercere.*

**E** cere.

PRO REFORMATIS DISCALCIATIS. Ordinis Carmelitarum.

**I**dem Greg. XIII. anno D. 1580. in Const. 98. *Pia consideratione. Nonnulla ordinauit, de institutione, & Regula, gratiisque, & Privilegijs Fratrum, & Monialium Discalciatorum primitiuam Regulam Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, in regnis Hyspan. obseruantium*

*Ac*

Ac potestate, & officio Prioris Prouincialis Hispan. ac Prioris Generalis totius Ordinis. Et inter alia ipsi Reformati omnimodè fuerunt separati ab ipsis Mitigatis; & ut ab uno Priore Prouinciali, eligendo ex Discalciatis, gubernarentur. Prouinciamq; eorum sub obedientia Prioris Generalis totius Ordinis remanere declarauit.

Ac Discalciatos ipsos ad Mitigatos, uel alium Ordinem, quàm Carthusiens. minimè transire posse prohibuit, Et alia ordinantur, ut ibidem est uidere.

## REFORMATIO ORDINIS SERVORVM

Beatae Mariæ.

**F**uit etiam Reformatus à Pio V. Ordo seruorum Beatae Mariae anno D. 1570. ut habetur in eius Bulla 103. Postquam nos Deo, &c. in Bullario, ubi nonnulla ad eorum Observantiam, & Regimen reperiuntur ordinata, ut ibidem est uidere.

Reperiuntur, & alij quàm plurimi Reformati tam Ordin. Minorum, ut Reformati Fratres Conuentuales, &c. quàm aliorum Ord. Mendicantium; quorum, cum non potuerim præ manibus habere Summorum Pontific. Concessionibus, seu Confirmationibus: ideo eas hic non refero, sed ad eas me remitto: esset etiam nimis prolixum eas omnes recensere.

## RELIGIO ET RELIGIOSI.

Annotatio  
Cordubæ.

**N**otandum, quòd de hoc tit. nihil habetur in Compendio: quia sub alijs titulis habetur, quod hic videbatur posse poni, tamen nota, quòd Bonif. IX. fffo. 118. & Alex. IV. (ut etiam refert Gaetanus) in summula, tit. Excommunicatio, casu 81. & alij Summi, eo. tit. & Floren. 4. parte Sum. tit. 12. cap. 4. §. 14. decreuerunt Religiosos esse in statu perfectionis, & qui aliter assèrit publicè, & temerè, & pertinaciter, est ipso facto excommunicatus, non absolendus, nisi per Papam. Ideò cauendus est modus loquenti Gerson. in 3. parte summ. alphab. 21. litera t. u. & alphab. 67. litera u. x. & alphab. 68. a. c. Nam in modo loquenti, & in uocabulis standum est communi Doctorum doctrine, & locutioni, quamuis in sensu non discordetur, aliter utendo uocabulis. Nam Theologia, secundum Augustinum habet suam logicam. Ideò Religio est status perfectionis ad sensum communem Doctorum. De quo supra, in expositione Regulæ Minorum in introductione, q. 2. latè habetur.

RE-

A

REVOCATIO.

**Q**uoad reuocationem Priuilegiorum dicta sunt in aliqua, & non parui momenti, supra in dictione Priuilegia. §. 8. & 12. & 17. ac 25. & 27. Vide ibi. & attende ad quaestiones positas in fine.

Collector.

B

SACERDOTIVM.

**D**E attinentibus ad Sacerdotium habetur in dictione Ordines Sacri in. §. 4. & 5. & 8. Ac etiam in dictione Dispensatio. §. 12. & 14. & 15. & 22.

Collector.

SACRAMENTA.

C

*Distinctio materiae infra scriptae,*

**Q**uatum ad administrationem, & receptionem Sacramentorum Ecclesiae, sunt plura in Priuilegijs Fratrum Mino. contenta, quae sub sequenti Ordine distinguuntur. ¶ Primò enim sunt aliqua pertinentia solum ad Fratres inter se, praesertim pro tempore Interdicti. Et haec posita sunt in dictione Communicare. §. 8. Ac quoad Moniales ibidem. §. 11.

Collector.

**D** ¶ Secundò sunt aliqua pertinentia ad suos Tertiarios, & famulos, seu oblatos, & familiares. Et haec habentur etiam in dictione Interdictum 3. Et in hac dictione Sacramenta. §. 2. ¶ Tertio sunt plura concernentia personas Seculares. Ista autem continentur in dictione Communicare. §. 1. & 2. & 3. & 4. & 6. & 8. in fine, ac 10. & in hac dictione Sacramenta. §. 1.

E

**B**ENEDICTVS XI. statuit, quòd Sacerdotes, seu Rectores Ecclesiarum Parochialium, sint astricti ministrare Eucharistiae, & extremae Vnctionis Sacramenta illis personis, quae à Fratribus fuerint absolutae. Et super confessione, & absolutione huiusmodi, voluit, quòd in foro poenitentiali stetetur simpliciter verbo illius, qui perit Sacramenta praedicta, & asserit se confessum Fratribus; cum hic de contentis solius praedicti, si falsum dicat, agatur. Duos tamen casus exceptit. scilicet Sacerdos asserat eum excõ-

E  
Eucharistia  
Vnctio ex-  
trema.  
Absolutio.

municatum notoriè peccatoré, B. fo. 126. Et ffo. 203. cõce. 502. A

Collector.

Supra scripta constitutio iã non ligat; quia fuit reuocata, & in contentis hic non reualidata per Sixtum.

2  
Collector.  
Collector.  
Pro omni-  
bus secula-  
ribus.

LEO X. statuit in Concilio Lateranensi, quòd Fratres, & So-  
rores Tertij Ordinis, necnon Mantellati, & Corrigiati, ac Cor-  
dellati, in proprijs domibus habitantes, teneantur in die Pa-  
schatis tantum Eucharistiam, necnon extremam Vnctionem,  
ceteraque Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento  
duntaxat excepto) à proprio sacerdote recipere, B. ffo. 26 B  
concessione 86.

Collector.

Aduerte, quòd hic non includuntur fœminæ, promittentes  
virginalem, seu vidualem castitatem sub præfato modo viuē-  
di: quia tales gaudent omnibus Priuilegijs Fratrum, prout su-  
pra sæpe dictum est; præsertim in dictione Mulieres. §. vltimo.

*Ex Priuilegijs Fratrum Augustinensium.*

3

**I**NNOCENTIUS IV. fecit quandam copiosam concessio-  
nem Fratribus Augustinensibus circa huiusmodi materiam C  
Sacramentorum; prout habetur in dictione Ecclesiæ Fratrum  
§. secundò.

4

EVGENIUS IV. concessit Fratribus Augustinensibus, quòd  
si sedes Diœcesanorum Episcoporù fortè vacauerint, interim  
omnia Ecclesiastica Sacramenta à vicinis Episcopis accipere  
liberè, & absque contradictione possint. Sic tamen, ut ex hoc  
in posterum proprijs Episcopis nullum præiudicium genere-  
tur, B. ffo. 247. conce. 686. D

#### ANNOTATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad. §. 1. vbi dicit Collector, quòd illa constitutio Benedicti 1. de  
qua ibi agitur; iam est reuocata, videatur de hoc supra in eodè  
Compèdio, tit. Absolutio quoad Seculares 2. §. 1. et tit. cõcessiones. §. 3.

#### SCRUPVLOSI FRATRES.

Collector.

**C**irca Fratres scrupulosos, sunt generalia quoad omnes, sci-  
licet, qualiter Prælati possint in scrupulosis tangentibus  
conscientias huiusmodi Fratrum declarare, & determinare:  
ac subditi declarationi, & determinationi huiusmodi secura  
conscientia stare. Hæc autem posita sunt in dictione Declara-  
re. §. 4. & 5. Alia sunt specialia circa Officium Diuinum. Et  
ista

A ista habentur in dictione Officium Diuinū primò. §. 8. & 9. 11. ac 12. & 13.

SEPELITIO, ET SEPULTURA.

*Distinctio materiae infra scriptae.*

**S** Taruta, & concessa quoad sepulturas, & sepelitionē, quaedam concernunt omnes seculares personas. Alia uerò pertinent ad familiares Fratrum, uel germanos Ordinis. Reliqua respiciunt præcise eosdem Fratres. Ea, quæ concernunt seculares, sub diuiduntur: quia aliqua tangunt libertatem sepulturæ in Ecclesijs Fratrum, & delationem defunctorum ad eandem. Hæc autem ponuntur in §. 1. & 3. & 4. & 5. & 10. & 11. & 17. Alia respiciunt sepelitionem cum habitu Fratrum. Et ista continentur in §. 12. & 13. & 14. & 15.

**C** Illa uerò, quæ spectant ad familiares Fratrum, habentur in §. 2. & 21. Quod autem tangit personas Fratrum, habetur in §. 16. Et in dictione Interdictum primò. §. 13. & 25.

**D** INNOCENTIVS IV. concessit, ut in Ecclesijs Fratrum Mino. sit libera sepultura, ita, quod nullus valeat impedimentum præstare, quominus possint omnes volentes, ibidem liberè sepeliri: salua tamen iustitia Ecclesiarum Parochialium, b. 10. 22. & ff. 23.

Qualiter intelligantur prædicta libertas, & iustitia Ecclesiarum, declaratur infra à Sixto 4. in §. 5.

**CLEMENS IV.** concessit Fratribus Mino. ut eos, qui in suis immorantur obsequijs, possint (cū decesserint) in Cœmeterijs suarum Ecclesiarum sepelire, B. fo. 56. & ff. 140.

**E** concessione 3 15.

Idem Clemens concessit, quod in Ecclesijs Fratrum Minorum sit omnibus libera sepultura, ut eorum deuotioni, & extremæ voluntati illorum, qui se illic sepelire deliberauerint nullus obsistere valeat: nisi excommunicati, aut interdicti, uel publici usurarij fuerint: salua tamen iustitia Ecclesiarum illarum, à quibus corpora defunctorum assumuntur, B. fo. 58. & ff. 141. concessione 3 36.

Collector.

**1**  
Pro omnibus secularibus.

Collector.

**2**  
Pro familiaribus Fratrum.

**3**  
Pro omnibus secularibus.



Collector. Aduerte infra quomodo Sixtus declarauit prædictam iustitiam Ecclesiarum in. 6. 7. **A**

4 Prohibitio. Idem Clemens districtè inhibuit, ut nulli Religiosi, vel seculares præsumant, sine assensu, & voluntate Fratrum Mino. aliquorum defunctorum corpora in suis Cœmiterijs sepelire. Nec etiam in Ecclesijs prædictorum Fratrum (ipsis inuitis) audeant Missarum solennia, vel exequias pro animabus eorū, qui ad huiusmodi loca tumulandi deferuntur celebrare, B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 336. **B**

5 Indulgētia. MARTINVS IV. concessit omnibus sepeliēdis in Ecclesijs, seu claustris, & Cœmiterijs Fratrum Mino. Indulgentiam 40. annorum, b. ffo. 260. concessione 664.

6 Ex iure cōi. Prohibitio. BONIFACIUS VIII. vniuersis Religiosis, & secularibus Clericis cuiuscunque status vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, districtissimè prohibuit, nè aliquos ad vouendum, iurandū vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, vt apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam alterius non immutent. Et si secus actum fuerit, electionem talem decreuit nullius penitus existere firmitatis. Statuit etiam, vt ij, qui sic elegerint, nec apud sic electas Ecclesias vllatenus sepeliri, nec alibi, nec contra votum, iuramentum, aut promissum huiusmodi à se factum, materiam habeant veniendi, possint eligere sepulturam: sed contradictione quacunque cessante, sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si aliàs, sepultura non electa, forsitan decessissent. Statuit insuper, quòd si iidem Religiosi, vel Clerici prædictos in suis Ecclesijs, uel Cœmiterijs præsumperint sepelire, ad restitutionem, tam sepulcorum corporum si petantur, quàm etiam omnium, quæ occasione sepulturæ illorum peruenerint quomodolibet ad eosdem, infra decedentium, integraliter faciendam sint obligati. Quam nisi fecerint, Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, necnon Cœmiteria earūdem: ex tunc eo ipso sint, & tandiu maneat Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum. Habetur in c. Animarum periculis, de sepulturis, libro 6. **D**

7 Ex iure cōi. Prohibitio. Idem Bonifacius statuit, quòd Religiosi, nisi à proprijs Monasterijs adeò forsitan sint remoti, quòd ad ea, cum moriantur, commodè portari non possint, nequeāt sibi eligere sepulturam: **E**

**A** turam: cum velle, vel nolle non habeant: sed sint apud sua Monasteria tumulandi. Habetur in cap. Religiosi, de sepulturis, libro 6.

Idem Bonifacius, & Clemens V. statuerunt, vt Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum in Ecclesijs, vel locis suis, vbilibet constitutis, liberam, vt sequitur, habeant sepulturam, videlicet, quod omnes eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis, & Ecclesijs memoratis. Habetur in Clementi-

**B** na Dudum. de sepulturis. s. huiusmodi quoque.

**BONIFACIUS IX.** concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, vt ad domos quorumcunque decedentium, qui apud prædictorum Fratrum Ecclesias sepulturas elegerint, vel habere debuerint, cum cruce, thuribulo, & luminarijs, aqua benedicta, & alijs Cærimonijs consuetis, etiam per aliorum Parochias personaliter accedere, & funera decedentium huiusmodi, qui tempore vitæ suæ liberè elegerint: vel alias debuerint, ut præfertur, ad eorum Ecclesias portare, & inibi facere sepeliri, b. ff. 118. concessione 525.

**SIXTUS IV.** declarauit supra scriptam Concessionem Clementis IV. s. 3. quod Fratres Mino. habeant in Ecclesijs suis liberam sepulturam, sic debere intelligi, quod Fratres prædicti nullus super hoc petita licentia, possint cum cruce processioniter ingredi Parochias, in quibus fuerint corpora defunctorum, ac corpora ipsa ad eorum Ecclesias sepelienda deferre, vbi hoc fieri consuetum foret: uel quando Presbyteri Parochiales requisiti id facere, recusauerint. Et voluit, quod nec prædicti Fratres, nec consanguinei defunctorum possint cogi (etiam prætextu cuiusuis consuetudinis) ad deferendum prius huiusmodi corpora ad Ecclesias Parochiales, aut alia loca, & inibi ante, vel post sepulturam aliqua Diuina Officia pro eisdem defunctis celebrare, aut celebrari facere, B. fo. 60. Et ff. 143. concessione 346.

**E** Circa hoc facta est quædam moderatio in Concilio Lateranensi; prout infra ponitur. s. 18.

Idem Sixtus declarauit, quod iustitia Parochialium Ecclesiarum, de qua in literis Clementis facta est mentio, supra. s. 3. id est Canonica Portio, tunc habet locum duntaxat respectu dictorum Fratrum Minorum, quando in eorum Ecclesijs, seu Cæmeterijs corpora defunctorum sepeliuntur. Sed si non apud huiusmodi loca Fratrum, sed apud aliorum Ordinum Men-

8  
Ex iure coi.

9  
De ingressu  
Parochiarum.

10  
De ingressu  
Parochiarum.

Collector.

11  
De iustitia  
Ecclesiarum  
Parochialium  
Canonica  
portio.

dicantium profeflores fepehantur, decreuit, quòd ex ijs, quæ ad Fratres Mino. prædictos, apud quos tunc corpora defunctorum non fepehantur, de bonis defunctorum quomodolibet obuientibus, quouis particulari, vel vniuerfali titulo, directè, uel per obliquum, nullam canonicam portionem dare teneantur, B. fo. 60. Et. ffo. 143. conce. 346.

**12**  
**Habitum Fratrum.** Idem Sixtus decreuit, quòd illi, qui cum habitu Fratrum Minorum, aut Sororum Tertij Ordinis elegerint fepehri: tales in Ecclesijs, uel Cœmeterijs prædictorum Fratrum, vel Sororum fepehantur; etiam fi alibi fuam elegerint fepehram: n. fi de licentia expreffa, & affenfu Fratrum Domus, feu Conuentus illius loci: vbi tales decefferint, B. fo. 60. Et ffo. 144. conceffione 350.

**Collector.** Vide infra qualiter Leo X. in Cõc. Latera. aliter ftatuit, §. 18.

**13**  
**Excõicatio.** Idem Sixtus fecit confimilem conceffionem ficut immediate fuprapofitam Fratribus Carmelitanis: & excommunicauit contradictores eiusdem conceffionis, B. fo. 99. Et ffo. 182. C conceffione 444.

**Collector.** Huiusmodi excommunicatio iam non ligat, propter decretum Concilij Lateranenfis, pofitum infra, §. 18.

**14**  
**Habitum Fratrum.** Idem Sixtus ftatuit, quòd nullus valeat dare prædictum habitum Fratrum ad fepehendum aliquam perfonam: nifi Guardianus domus loci, in quo talis decedere contigerit, aut alij Prælati Superiores; uel illi, cui ipfi duxerint committendum duntaxat, & non alius quauis auctoritate, uel prælatione fungatur. Et fimiliter ftatuit, quòd præfati (quibus committit auctoritatem dandi prædictum habitum) teneantur declarare recipientibus, quòd apud eorundem Fratrum Ecclefias debet, cum obierint, fepehri, B. fo. 65. Et ffo. 149. conce. 364.

**Collector.** Vt colligitur ex literis prædicti Sixti, vbi fupra, poffunt præfati, quibus committit auctoritatem dandi prædictum habitum, dare illum, nõ folùm ijs, qui moriuntur in locis, vbi morantur Fratres, fed et alijs, qui intra illorũ Guardianias decefferint. E

**15**  
**Habitum Fratrum.** Idem Sixtus ftatuit, quòd corpora volentium cum prædicto habitu fepehri, deferantur ad fepehram fine alio pallio, vel tegumento fuper impofito. Non obftante quacunque ordinatione, uel prohibitione Ordinariorum locorum, etiam fub cœfuris facta, B. fo. 65. & ffo. 149. conce. 364. in fine.

**16**  
**Pro Fratrum tantum.** IULIUS II. conceffit Fratribus Mino. quòd tempore interdicti ordinaria auctoritate appofiti, poffint corpora Fratrum dece-

**A** decedentium eiusdem Ordinis publicè sepelire; prout latè pos-  
 fitum est in dictione Interdictum 1. in §. 13. Vide etiam ibidè  
 .§. 25.

Idem Iulius II. fecit aliam concessionem pro familiaribus  
 Fratrum Minimorum, qui eligunt sepeliri in Ecclesijs prædi-  
 ctorum Fratrum; prout habetur in dictione familiares, §. 7

**B** LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quòd Fratres quo-  
 rumlibet ordinum non possint intrare Parochias cum cruce,  
 ad leuanda corpora defunctorum, qui apud Ecclesijs domorù  
 eorundem Fratrum suam elegerint sepulturam: nisi prius præ-  
 monito, & requisito, ac recusante Parochiali presbytero. Et  
 tunc sine illius, ac Ordinarij præiudicio, nisi eisdem Fratribus  
 super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, &  
 cum pacifica possessione sastragetur, B. ffo. 26. conce. 76.

**C** Idem Leo ubi supra statuit, quòd volentes sepeliri cum  
 habitu Fratrum, si non sint personæ in Claustro eorundem Fra-  
 trum degentes, sed in proprijs domibus habitantes, possint  
 in eorum vltima voluntate, seu testamentis sepulturam sibi  
 liberè eligere, B. ffo. 26. conce. 77.

Idem Leo concessit, quòd Prælati Ordinis Mino. possint in  
 suis Ecclesijs, & capellis exhumare corpora defunctorum, &  
 ad alias sepulturas in eisdem Ecclesijs suis transferre. De cõ-  
 sensu tamen illorum, quorum interest, O. ffo. 58. conce. 162.

**D** *Ex Priuilegijs Fratrum Prædicatorum.*  
 IOANNES XXIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicato-  
 rum, de gratia speciali, quòd confratres, & germani præfa-  
 ti ordinis possint sepeliri tempore interdicti in Ecclesia, vel  
 cœmiterio prædictorum Fratrum: nisi fuerint excommunica-  
 ti publicè, vel nominatim, b ffo. 95. conce. 306.

**E** Qualiter prædicta concessio sit intelligenda, dictum est in  
 dictione Indulgentiæ quoad seculares 4. in fine. Et in dictione  
 Interdictum 3. post §. 5. Vide ibid. & nota bene.

LEO X. & Adrianus VI. omnibus, & singulis Christi fide-  
 libus, in Regnis Castellæ, Legionis, & Granatæ existentibus,  
 qui deuotionis feruore ducti, in habitu Ordinis Sanctissimæ  
 Trinitatis decesserint: aut eorum corpora, seu cadauera, dum  
 ab hoc seculo migrauerint, in Ecclesijs Monasteriorum Ordinis  
 prædicti sepeliri ordinauerint: concesserunt omnes, & sin-  
 gulas indulgentias, & peccatorum remissiones, Fratribus

17  
 Pro familia-  
 ribus Fratrum  
 18  
 Prohibitio  
 ingressus fra-  
 trum in pa-  
 rochijs.

19  
 Habitus Fra-  
 trum.

20  
 Exhumare.

21  
 Pro germa-  
 nis ordinis.

Collector.

22  
 Habitus.  
 Sepulture

prædicti Ordinis concessas, B, A  
 Collector. De hoc habetur latius in dictione Communicatio Priuile-  
 giorum. §. ultimo.

## SERVITORES FRATRVM, ET SERVITRICES MON.

*Distinctio materiae infra scriptae.*

Collector. **R**espectu seruitorum Fratrum, sunt nonnulla concessa, & B  
 statuta; quæ posita sunt in dictione Familiares Fratrum.  
 Quoad seruitrices verò Monialium; qualiter scilicet possint in-  
 gredi Monasteria Monialium, quibus seruiunt: habetur in di-  
 ctione Ingredi Monasteria Monialium. §. 19. Sed quoad illa,  
 quæ concernunt eorum absolutiones, habetur in dictione Ab-  
 solutio ordinaria, quoad Fratres. §. 11. Nonnulla alia ad huius-  
 modi personas spectantia, ponuntur hic infra.

1  
Habitus.

C  
 IXTVS IV. statuit, quòd seruitrices Monialium  
 Sanctæ Claræ, portent vestimenta honesta, iuxta  
 dispositionem, & ordinationem Generalis Fra-  
 trum Minorum, o. ffo. 67. conce. 105.

2  
Indulgentiæ

Idem Sixtus concessit, quòd illi, qui sunt in  
 seruitio Fratrum Minorum, & Sororum Sanctæ  
 Claræ, habeant Indulgentiam plenariam in morte, ac semel  
 in vita, de reseruatis, o. ffo. 66. conce. 96.

3  
Stationes.

D  
 Idem Sixtus concessit, quòd seruitores Fratrum, & serui-  
 trices Monialium Sanctæ Claræ, possint promereri omnes in-  
 dulgentias Stationum Romæ, & portiunculas cõcessas Fratri-  
 bus Mino. dicendo quinque Pater noster, & totidem Aue Ma-  
 ria, cum Gloria Patri, in Ecclesijs prædictorum Fratrum, &  
 Monialium, o. ffo. 67. conce. 114.

## S I M O N I A.

*Distinctio Materiae Simonia.*

Collector.

E  
**C**irca Simoniam continentur aliqua in Priuilegijs Fra-  
 trû Mi. prout sequitur. Et primò qualiter possint Fratres  
 Minores absoluere à Simonia: habetur in dictione Absolutio,  
 quoad seculares 2. in .§. 5. Item quomodo prædicti Fratres  
 possint

**A** possint vti casibus eisdem, concessis ab Episcopis simoniacis: habetur in dictione Absolutio, quoad seculares i. in §. 6. ¶ Secundo qualiter Moniales, quæ nesciunt discernere inter intentionem primariam, quæ causat Simoniam; & secundam, non incurrant eam, continetur in dictione Moniales, §. 16. & 17. & ultimo.



**B** RBANVS V. & Gregorius XI. fecerunt Statutum, seu prohibitionem, modo subsequenti. Vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus Decanis, Præpositis, & Magistris, Abbatissis, & Priorissis, alijsq; Prælati, quouis nomine nuncupentur, & eorum officialibus quarumcunque Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Domorum, & locorum, quorumlibet Ordinum, & Religionum, etiam Militarium, tam exemptorum, quam non exemptorum, quocunq; nomine censeantur, etiam Capitulis, & Conuentibus, ac singularibus eorum personis, tam maribus, quam mulieribus, volentibus ingredi eorum Religiones, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Domos, seu loca, in earum personarum receptione, seu ante, vel post illam; quæcunq; prandia, seu pastus, siue cœnas, pecunias, focalia, aut res alias, etiam ad Ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum alium deputata, seu deputanda; de cætero directè, vel indirectè petere, seu exigere quomodo præsumunt. sed eas cum omnimoda puritate recipiant, ac in victu, & vestitu; sicut alias personas suarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Domorum, & locorum sincera charitate pertractent: illa, quæ personæ illæ ingredienti, plene, ac spontè, & plena liberalitate, omniq; pactione cessante quocunq; dare, vel offerre Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Domibus, ac locis huiusmodi voluerint, cû gratiarum actione duntaxat recipiant. Nos enim in eos, qui secus egerint, si singulares sint personæ, tam dantes, quam recipientes huiusmodi excommunicationis sententiæ: si verò Capitula, vel Conuentus fuerint, suspensionis sententiæ, eo ipso decernimus subiacere; a quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeant, absq; Sedis Apostolicæ licentia speciali, b. ffo. 125. conce. 563. Habetur in extravag. comm. sanè de Simonia.

**I**  
Prohibitio.

Nouitius.

Recipere.

Excoicatio  
Suspensio.

## ANNOTATIO CORDVBÆ.]



Quoad §. 1. notandum, quòd Siluest. titu. Excommunicatio 7. ex communi 44. post Florent. asserit Martinum Papam huius Urbani successorè, abstulisse, quoad Moniales, hanc sententiam excommunicationis latam per Urbanum V. & Greg. XI. facit ad hoc Gaetanus in summula, tit. Excommunicatio, post cap. 81. de Constitutionibus similibus non receptis, & specialiter saluat Moniales, habentes talem usum recipiendi prandia, &c. huiusmodi eo. titu. cap. 73. facit & Geson in 3. parte summ. lect. 5. & 6. de vita spirituali, quia tales sententia videntur inualida. Iam non per usum, & talia iura humana sunt abrogata in hoc, sicut & alia multa in alijs materijs, per consuetudinè oppositam. Ideo illa, & similes Bullæ, seu extrauagantes, tanquam nõ visa, & non vsitate, seu iam non valida, non debent quottari, nec adduci, & facit ad hoc quod habetur in Compendio, tit. Moniales, §. 31. concessum per Clem. VII. ibi videatur.

## CAPVCCINI ANNOTATIO.

Habetur in catechesi Neapolitana fo. 284. Excoicatio Papalis.



Pro hac materia Simonia non erit inutile, & Confessoribus, & alijs Regularibus hæc, quæ infra ponam notabilia considerare.

Et primò notandum, quòd adest excommunicatio Papalis lata sententiæ, contra Simoniacos in ordine & beneficio, & contra mediatores, & procuratores palam, uel occultè, & tam dantes, quam recipientes, per Constitutionè Pij V. cum priuati, &c. ubi confirmat extrauag. Pauli II. Ipsi verò affectu beneficia sunt etiam ipso iure illis priuati, & insuper inhabiles ad ea, & ad alia omnia obtinenda: non autem mediatores.

Cum priuate & inhabilitat.

Priui. intelligitur etiam in foro conscientie.

Quid veniat appellatio de beneficii.

Secundò, notandum, quòd priuatio ipsius beneficii ipso facto est etiã in foro conscientie, absq; alia secuta declaratione, seu condemnatione: & aduerte, quòd appellatio beneficii etiam Prioratum, Guardianatù, & similia venire, quouis nomine nuncupentur; quæ sunt prelationes, & officia pastoralia apud Mendicantes. quoniam Monasteriorum, seu Conuentuum sunt electiones, confirmationes, seu prouisiones huiusmodi, quantum inter beneficia Ecclesiastica communiter non computentur.

Tertiò notandum, quòd si ante absolutionem celebratur Missæ sacrificium, incurritur in irregularitatem, quæ quidem (sicut nulla ex alijs)

nec

**A** nec tubileorum vigore potest aboleri; & super tali contracta irregularitate difficillimè Papa solet dispensare.

Quartò notandum, quòd tenetur ad restitutionem fructuum, tanquam iniuste perceptorum: cum non fuerit ingressus per ostium in ouile ouium; & idèd quia furtum, ac sacrilegium, tales redditus percipièdo perpetravit.

**B** Quintò notandum, quòd est inhabilis in futurum ad habenda beneficia; vt in eo, in quo deliquit, puniatur: & proinde etià si talis clericus fuerit à censura absolutus, atq; secum per irregularitatem fuerit dispensatum per Sedem Apostolicam, adhuc tamen incapax beneficij existit.

Inhabilitas  
ad beneficia

Et notandum bene, quòd in Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. §. caueatq; in illo casu Simonie ibi contento erat canon ferendæ (dum dicitur Simonie uitium incurrant, & absolui nequeant, nisi dimissis beneficijs, & ad alia in posterum inhabiles reddantur) Hodie generaliter in Simonia quoad beneficia factus est Canon. latæ sententiæ.

Conc. Trid.

**C** Sextò notanda sunt aliqua circa ea, quæ statuit Urbanus V. contra singulares personas aliquid ex pacto dantes, aut recipientes pro ingressu Religionis, ut supra in §. I. habetur.

In §. I.  
Pœna contra dantes  
aliquid pro  
ingressu Religionis.

Et primò, quòd illa (const. comprehendit omnes, sed in duabus tantum actionibus, videlicet, dando, & in recipiendo.

Item nota, quòd sicut in cæteris Simonijs ab Ecclesia punitis, regulariter requiritur pactio. Ita & in hac, & ita ex pacto tacito scilicet, vel expresso tantummodò, dantes & accipientes sunt excommunicati,

Hic locus è  
singularis.

**D** non autem si sine pacto quantumcumq; intentio peruersa adesset.

Tertiò scias hodie per contrarias Romanorum Pontificum extrauagantes, non habere locum hanc constitutionem in Monialibus, quoniam eis ratione dotium præcedente pacto omnia dantur: possent tamen & ipse in hoc delinquere, si videlicet peruersa, & non permissa pacta præcederent: vt tenet Author Catechesis Neapolitane, lib. 5. cap. 12. §. 3.

Author cat.  
chæsis.

**E** Quartò aduerte, quòd regulariter (ipse supradictus author ait) debere in Simonia præcedere pactum: quia hodie in multis casibus etià sine expresso pacto, sed solo nutu, aut subornatione præcedente, in eam incurritur, quo circa Pius V. in extrauag. quanta, circa mediũ, sic ait.

Caveant autem Episcopi, & alij prædicti, Item quòd omnes Electores Presentatores, & Patroni, tam Ecclesiastici, quàm laici quicumq; sint, ne uerbo quidem, aut nutu, uel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione, uel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos uel

Nutus & signa.

etià



etiam intentio qualiscunq; intercedat. Ceterum precipimus, & interdici-  
 mus: ne Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignā-  
 dis prædictis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiari-  
 bus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos colla-  
 tionem, audeant providere. Quòd si secus, ac etiam quicquid, præter,  
 uel contra formam, prædictorum fuerit à quocunq; temerè attentatū:  
 id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere. Qui uerò  
 contra fecerint, ut in eo quod deliquerint puniantur, à beneficiorum, &  
 officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione,  
 & institutione, prout utique competierit, tandiu suspensi remaneant,  
 donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere. Et qui ta-  
 lia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis uoluntus subia-  
 cere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi, conferre, eligere, præsen-  
 tare, uel confirmare ausi fuerint, excommunicationis quoad personas:  
 quo uerò ad Capitula, & Conuentus, à diuini suspensiois sententias,  
 ipso facto promulgamus, à quibus nullus absolui possit, nisi per Rom.  
 Pont. excepto mortis articulo, & c. prohibitione, & literis nostris præ-  
 dictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuò ualituris, & c.

Nota hanc  
 excommuni-  
 cationem.

Nota.

Considera etiam hoc idem in Bulla contra confidentias, fortasse habe-  
 tur Pius V. intolerabilis.

Anno 1531.

Quantum uerò ad subornationem sic statuit Pius V. in extrauag.  
 131. directa ad Fratres Ordinum Minorum de obseruantia: qua incipit  
 Pastoralis officij.

Subornatio  
 excommuni-  
 cata in ele-  
 ctionibus.

Qui uerò in electionibus omnibus, uel ante eas, per sex menses, pro  
 se, uel pro alio subornauerint, in excommunicationis sententiam ipso  
 facto incurrāt, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis  
 articulo, absolui non possit; ac uoce actiua, & passiuā perpetuò careat  
 subornatus, uel alius etiam pro quo suborn. fiet: Qui subornantem non  
 detulerit in eandem pœnam incurrere censeatur: qui autem ad officium  
 obtinendum quorumuis fauorem extra Religionem procurauerit, ultra  
 prædictas pœnas per mensem carceri mancipetur, & c. Et hæc sint di-  
 cta pro hac materia Simonie.

Contra nor-  
 reuelantes  
 subornamē-  
 tum.  
 Qui fauore  
 procurauerint

### SORORES TERTII ORDINIS.

Distinctio materia infra scripta.

Collector.

Quoad Sorores tertij Ordinis Sanctissimi Patris Franci-  
 sci, sunt multa concessa, & statuta in Priuilegijs Fratrum  
 Minorum. ¶ Istorum autem aliqua, quæ pertinent ad ingres-  
 sum suorum Monasteriorum, habentur in dictione Ingredi  
 Mona-


A Monasteria Monialium, §. 17. & 29. ¶ Alia multa, quæ sunt eis communia cum Monialibus sanctæ Clare, posita sunt in dictione Moniales. ¶ Reliqua verò, quæ pertinent ad eas particulariter, reperientur in dictione Tertiarij.

## S T A T I O N E S.

B **Q** Via Stationes pertinent propriè, vel reducuntur ad materiam indulgentiarum: idèò omnia, quæ super Stationes promerendas à Fratribus Minoribus alijs personis, quibus sunt communia eorum Priuilegia, concessa sunt: visum fuit ea ponere in dictione Indulgentiæ Stationû, quoad Fratres.

Collector.  
Hodie stationum ordo est regulandus secûdum Missale nouum.

## S T A T V T A O R D I N I S.

C  **I**XTVS IV. statuit, & decreuit, quòd Ministri, & Custodes, ac Guardiani, & Fratres Ordinis Mino. qui pro tempore fuerint: nulla Ecclesiastica censura, nulloq; mortalis peccati vinculo ligari valeant, ex Statutis, & consuetudinibus, vel declarationibus dicti Ordinis (præter Regulam) quomodolibet, & à quibuscunq; editis, etiam confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: illis contrafaciendo, nisi tales essent casus, vel excessus, qui diuina lege, aut præcepto Romanæ Ecclesiæ, meritò inducerent ad mortale. Ac etiã censuras, & pœnas, aliter latas, reuocauit, & annullauit; illasq; ad vim comminationis pœnarum comminatoriarum, & inferendarum, seu ad corporales, & temporales pœnas, per Prælatos supradictos ferendas, & infligendas reduxit. Voluitq; similiter, quòd Ministri, Custodes, Guardiani, & alij prædicti Ordinis Prælati, possint ferre, & promulgare corporales, & temporales, seu alias pœnas, pro non obseruatione dictorû

E Statutorum, secundum qualitatem personarum, locorum, & temporum, ac aliàs secundum quod videbitur salutis animarum Fratrum eorundem in Domino expedire, ac etiam delinquentes ab illis absolueret, B. fo. 22. & fo. 106. conce. 229.

I  
Relaxatio censurarum & statutorû ordinis.

Circa suprascripam ordinationem Sixti est aduertendum, & notandum primò, quòd illud, quod ait de Declarationibus, intelligitur de factis per Fratres, & per Papam approbatis, non autem de declarationibus Regulæ à Summis Pontificibus factis,

Collector.

factis, præsertim Nicolai III. & Clementis V. quæ existunt in A corpore iuris: licet aliqui, & malè aliter senserint. ¶ Notandum etiam, quòd non obstante præfata ordinatione, seu concessione, tenentur Fratres Minores ad Statuta, quæ postea auctoritate Apostolica facta reperiuntur, ac de cætero sient; quia Pontifices præcedentes, nequeunt ligare manus succedentiũ. Præsertim verò tenentur ad Statuta generalia, virtute sequentis præcepti Leonis X facta. Et sicut dictum est de præfata ordinatione Sixti, similiter dicendum est de duabus Concessio- B nibus Eugenij IV. quæ habentur, o. fo. 61. & ffo. 64. conce. 76. Et B. fo. 28. & ffo. 112. conce. 242. Quæ etiam, quia particula- res, ac temporales fuerunt, non ponuntur hic: licet per inad- uertentiam in prima editione Compendij positæ sunt.

2 De Statu Or-  
dinis facien-  
dis.

LEO X. statuit, quòd Capitulum generalissimum cele-  
bratum Romæ (quando scilicet, facta est Vnio Fratrum Mino-  
rum Obser. & omnium aliorum reformatorem eiusdem Or-  
dinis) teneretur deputare nonnullos Fratres ex diuersis Re- C  
gionibus, seu Nationibus assumptos, ex probatoribus, & do-  
ctioribus, ac magis expertis Fratribus, qui omnia, & singula  
(quæ pro manutenentia reformationis, & vera Regulæ obser-  
uantia accommoda iudicarent) in vnum recolligerent, ac po-  
stèa per totum Capitulum generale, aut maiorem partè eius-  
dem approbarentur; & tandem Apostolicæ confirmationis pa-  
trocinio munirentur, B. ffo. 30. conce. 107.

3 Pro Monia-  
libus Sanctæ  
Clare.

Idem Leo statuit, quòd Moniales Sanctæ Clare, & aliæ quæ D  
cunque, sub obedientia, & regimine Fratrum Minorum ob-  
ser. existentes, teneantur seruare Statuta, seu Constitutiones  
respectu illarum facta in Capitulis generalibus, aut Prouin-  
cialibus factis, & faciendis; prout latè positum est, in dictio-  
ne Moniales, §. 23.

## ANNO TATIO CORDVBÆ.



Quoad §. 1. notandum, quòd est dubium, an per præfatu  
privilegium Six. IV. de quo ibi agitur reuocentur ob-  
ligationes, quoad pœnas, & quoad culpas, indictæ per  
Statuta, & per Declarationes etiam Papales, vltra  
seu præter Regulam nostram, nobis Fratribus Mino.  
specialiter. An solum reuocentur obligationes, quoad culpas, seu pœ-  
nas, indictæ per Statuta, aut Declarationes, aut Consuetudines aliorum  
quorum-

**A** quorumcunq; intra Ordinem nostrum, seu à Fratribus, seu à Capitulis nostris, ultra, seu præter Regulam editas, seu factas, quoad nos Fratres Mino. specialiter: & in hoc est duplex opinio. Nam Collector cum alijs tenet, quòd per dictum Priuilegium solùm reuocantur obligationes ad culpas, & ad pœnas quas unq; indicta nobis per Statuta, aut Declarationes, ultra, seu præter Regulam, editas solùm intra Ordinẽ nostrum, seu à quibuscunq; Fratribus, seu Capitulis nostri Ordinis: nõ autẽ per Statuta, aut Declarationes editas à Papa, vel Ecclesia. Sicq;

**B** secundùm hanc opinionem, præcepta, & pœna, si quæ sunt in declarationibus Nic. III. Clem. V. Ioan. XXII. ultra seu præter obligatoria Regulæ nostræ bene nos obligant, & sunt in suo vigore, nec reuocantur per Priuilegium præfatum: quia de istis, nec loquitur, nec intelligitur præfatum Priuilegium: & ratio huius opinionis est, quia semper dicitur in eodem Priuilegio, quòd per id reuocat Papa obligationes præfatas Statutorum, & Declarationum omniur, & à quibuscunq; dicti Ordinis nostri: nota illam limitationem, dicti Ordinis, idest intra Ordinem, seu à Fratribus, seu à Capitulis quibuscunq; nostri Ordinis: ergò non extenditur ad Statuta, & Declarationes Papæ, vel Ecclesiæ.

Secunda opinio est cuiusdam Patris satis docti, quæ mihi magis placeat, quòd, scilicet, non solùm reuocantur obligationes nobis specialiter indictæ per Statuta, & declarationes, ultra, seu præter Regulam editas intra Ordinem, seu à Fratribus, seu Capitulis nostri Ordinis: sed etiã à Papa, vel Ecclesia, vel à quibuscunq; alijs: & ratio huius opinionis est, quia in relatione præfati Priuilegij hoc petebatur, vbi dicitur, quòd

**D** quia nonnulli Rom. Pontifices prædecessores nostri, ac alijs etiam Generales, & Fratres ipsius Ordinis deuotionis feruore accensi, ultra dictam Regulam, nonnulla Statuta, & Ordinationes fecerunt, & c. & infra ibidem in Concessione Papæ habetur (non obstan. Statutis Ordinationibus, & Declarationibus præmissis, quibus, quoad hoc expressè derogamus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & c. ergo ex his videtur, quòd Papa de omnibus supradictis intelligebat, & se conformabat intentioni petentis hoc Priuilegium, vt litera ipsius Priuilegij aperte sonat, ergò. Et ad illud, quòd limitatè dicitur (dicti Ordinis) dico, quòd intelligitur non vt prima opinio Collectoris glossat, idest intra dictum Ordinem: sed sic, scilicet, dicti Ordinis, idest, pro ipso Ordine Fratrum Minorum tantùm specialiter editis Statutis, seu Declarationibus, & c. quia tales tantùm reuocantur. Non autem reuocantur obligationes ad culpam, seu pœnam indicta per Statuta, seu Declarationes Papales, seu Ecclesiasticas, editas generaliter pro omnibus Christianis, seu pro omnibus Religiosis, quales sunt multæ prohibi-

**E** tiones,

tiones, & censura infligēte à iure, seu per extrauagantes generaliter, A  
 quoad omnes Christianos, seu quoad omnes Religiosos tantum: quia  
 ista non reuocantur per prædictum Priuilegium Sixti, ut patet; quia  
 alio qui esset absurdum sic intelligere, ut dictum est supra, in his Anno-  
 tationibus, tit. Ingredi. super §. 15. quod etiam clarius innuitur in eo-  
 dem Priuilegio Six. IV. ubi expressè dicitur, Nisi tales essent casus, nel  
 excessus, qui Diuina lege, aut præcepto Rom. Ecclesia meritò induce-  
 rent ad mortale, hæc ibi. Ex quo patet, quòd solùm reuocantur Statu- B  
 ta, seu Declarationes, editæ à quibuscunque, etiam à Papa, nel Eccle-  
 sia specialiter pro nobis Fratribus Minoribus, inquantum nos obligant  
 ad culpam, seu ad pœnas aliquas, ultra id, quod in nostra Regula conti-  
 netur. Non autem Statuta, aut Declarationes generaliter editæ à  
 Papa, nel Ecclesia pro omnibus Christianis, seu pro omnibus Religiosis,  
 quamuis ibi de nobis Fratribus Minoribus specialiter fiat mentio; aut  
 ibi, quoad nos tantum, aliquid statuatur specialiter: quia tale quid non  
 reuocatur per prædictum Priuilegium: ex quo tale Statutum non est  
 specialiter pro nobis editum, sed generaliter pro omnibus R. eligiosis, C  
 aut Christianis; ut dictum est. Quamuis aliquis dixerit, quòd etiam  
 Statuta, & Declarationes Papæ, generaliter editæ, quoad omnes Reli-  
 giosos, & Christianos, reuocantur quoad nos Fratres Mino. nec obliga-  
 mur per ea ad culpam, seu ad censuras aliquas: sed, ut probatum est,  
 non est ita. sed ut nos iam sepe diximus.



## CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. I.



NOTA, quòd Statuta Confirmata à Sede Apostolica in  
 telliguntur iuxta Confirmationem iam factam à Greg.  
 XIII. in Const. 35. Ex benigna. Et à Six. V. anno  
 1587. omnium Priuilegiorum Fratrum Minorum de  
 Obseruantia. Vbi dicitur Dummodò sint licita, hone-  
 sta, in usu, & sacris Canonibus, & Decretis Sacri Conc. Trid. non con-  
 tradicant.

Et Conc. Trid. sess. 25. tit. de Regular. cap. 27. determinat, quòd E  
 Regulares sub strictiora Statuta uiuentes, ab ipsis non intendit remo-  
 uere.

An autem Statuentes possint recedere à Statuto confirmato per Se-  
 dem Apostolicam, uide supra in uerbo Priuilegia, in nostra Annotatio-  
 ne, in fine.

Et de intelligentia suprascriptæ clausulæ Dummodò sint in usu, &c.  
 Vide ibidem, & supra in p. p. 52. & 73. E.

A

## S T I G M A T A .



REGORIVS IX. edidit quandam Bullã ad perpetuam rei memoriam ; in commendationem , & laudem Sacrorum Stigmatum Seraphici Patris Francisci ; vbi acriter increpat quendã Episcopum dubitãtem de huiusmodi Stigmatibus , B. fo. 11. Et ffo. 96. conce. 209.

1

B

Idem Gregorius districtè præcepit Prioribus , & Prouinciãlibus Ordinis Fratrum Prædicatorum , quatenus inquirerent , an quidam Frater prædicti Ordinis prædicasset contra Stigmata Beati Francisci , ac contra Fratres Minores , prout sibi fuerat denunciatum : quòd si ita fecisse inuenirent , suspenderet illum ab officio prædicationis , & mitterent ad præsentiam eiusmodi Summi Pontifices ; vt iuxta sua demerita , reciperet ,

2

C

ALEXAMDER IV. edidit quandam solennissimam Bullam ad perpetuam rei memoriam in exaltationem , & laudem Stigmatum Beati Patris Francisci , proferens multa testimonia fidelium personarum , qui viderunt , & palpauerunt huiusmodi sacra Stigmata , & insuper addens proprium testimonium , B. fo. 12. Et ffo. 96. conce. 207.

3

D

Idem Alexander commendauit , & eximijs laudibus exaltauit montem Aluerne ; vbi præfata Stigmata fuerunt diuinitus impressa Beato Francisco ; ac in uirtute sanctæ Obedientiæ mandauit Prælatis Fratrum Minorum , nè Conuentum illic edificatum delinquerent , uel destitui permetterent ; sed quòd ibi aliquos Fratres statuant , qui debitum domino reddant famulatum , b. fo. 22. Et ffo. 24. conce. 10.

4

De monte Aluerne .

E

Idem Alexander scripsit vniuersis Christi fidelibus literas patentes in commendationem Stigmatum prædictorum , vbi posuit sequentia uerba . Grande , ac singulare miraculum , quo Beatum Franciscum , ipse sanctorum splendor , & gloria dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit , vobis fere . Gregorius Papa IX. prædecessor noster , clara sua insinuatione literarum expressit , videlicet , quòd idem Sanctus cum adhuc spatium præsentis vitæ percurreret ; & postquam illud feliciter consumauit , in manibus , latere , ac pedibus , specie Stigmatum diuinitus extitit insignitus . Cum igitur tam insigne di-

5

Testimoniũ Stigmatũ S. Pauris Francisci .

uini amoris signum, quod utique ante obitum eius patuit, & nobis etiam tunc notum fuit, cum eodem prædecessore in minori adhuc officio constituto, ab omnibus Christicolis credi firmiter cupiamus: deuotionem vestram rogamus, & hortamur in Domino Iesu Christo, in remissionem uobis peccaminum iniungendo, quatenus ab assertione contrarij (quæ non nisi ex cordis malignitate procederet) aurem, & mentem penitus auertatis, reddentes uobis eundem Sanctum digna ueneratione propitium apud Deum; ut adiuti præcibus eius, & meritis, felicitatis æternæ possitis participium obtinere, b. fo. 26. Et ffo. 29. concessione 23.

6  
Excoicatio.

Pene contra  
aduersantes  
Stigmatibus  
sancti Patris  
Francisci.

Idem Alexander promulgauit sententiam excōmunicatio- nis, à qua nullus posset absolui, nisi personaliter adiret Sedem Apostolicam, cōtra eos, qui in Regnis Castellæ, & Legionis de imagine Beati Francisci stigmata sacra aboleuerint, seu abo- lere fecerint; et qui prædicauerint prædictum Sanctum præfa- ta Stigmata nullatenus habuisse, cuiuscunque Ordinis, uel cō- ditionis existant. Et decreuit insuper, quòd si fortè tales fue- rint Doctores, seu Lectores in Theologia, seu in quacunq; alia facultate, aut potestatem audiendi confessiones habentes, in- currant priuationem prædictorū officiorum. Et insuper præ- cepit Ecclesiarum Prælatis prædictorum Regnorum, quatenus huiusmodi literas notificent Christi fidelibus, & prædicta om- nia faciant firmiter obseruari: contradictores per censuram Ecclesiasticam (appellatione postposita) compescendo, b. fo. 26. D Et ffo. 27. conce. 18.

7  
Excoicatio.

Idem Alexander excommunicauit detractores, contempto- res, & irrisores sacrorum Stigmatum Beati Francisci, maio- ri excommunicatione, à qua absolui nequeant, nisi per Se- dem Apostolicam, B. ffo. 109. conce. 460.

8

NICOLAUS III. approbavit, & confirmauit quandam Bullam Greg. IX. in fauorè Stigmatum B. Francisci editam, illamq; suis literis inseruit, quæ est quasi de uerbo ad uerbū, E sicut supraposita Alexandri IV. §. 5. Habetur autem, B. fo. 11. Et ffo. 95. conce. 205.

9  
De S. Cath-  
rina de Se-  
nis.

SIXTVS IV. informatus, quòd nonnulli Religiosi quasdam sanctas, & maximè sanctam Catherinam de Senis, in diuersis partibus, sine consensu, & approbatione Sedis Apostolicæ, ac ut creditur, sine rei ueritate, cum Stigmatibus Christi, ad instar Beati Francisci depingebant, ac quòd in publicis præ- dicatio. i-

- A** dicationibus asserabant, prædictam sanctam Catherinam recepisse à Christo Stigmata verius, quàm Sanct. Franciscus; attendens hoc esse in præiudicium veritatis, & honoris prædictæ Sedis Apostolicæ: fecit prouisionem infra scriptam, dicēs sic. Nos igitur de præmissis plenariam habentes notitiam, & quòd si dicta Sancta Catherina Stigmata huiusmodi habuisset, felicis recordationis Pius Papa II. prædecessor noster, qui eandem Sanctam cathalogo Sanctorum adscripsit, & suarum virtutum
- B** prærogatiuas in sua Canonizatione luculentissimè declarauit, specialem de hoc singulari Priuilegio fecisset memoriã: huiusmodi supplicationibus inclinati, uniuersis, & singulis quorūcunque Ordinum professoribus, & alijs personis vtriusq; sexus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis fuerint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, in uirtute obedientiæ, & sub excommunicationis pœna (quam contra facientes ipso facto incurrant; & à qua per alium, quàm Romanum
- C** Pontificem, nisi in mortis articulo duntaxat absolui non possint) districtius inhihemus prædicatoribus, vt à prædicationibus, et assercionibus huiusmodi deinceps desistant, ac præmissis, & alijs quibuscunque, vt picturas cum huiusmodi Stigmatibus auferant, & auferri vbilibet faciant, atque procurēt, infra spatium vnus anni à publicatione præsentium; nec liceat alicui eandem sanctam Catherinam depingi facere cum ipsis Stigmatibus, donec eadem Sedes Apostolica hoc approbauerit, & per speciale Priuilegium sanctam ipsam cum ipsis Stigmatibus depingi concesserit, b. fo. 53. Et ffo. 50. concessione 54.

Idem Sixtus, quia post literas immediatè suprapositas fuit informatus, quòd nonnulli proprijs inhærentes affectibus, mādatis prædictis nõ obediebant: præhabitis consilio, & assensu, & matura deliberatione cum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus statuit, & ordinauit, quòd nullius Sancti, aut Sanctæ, Beati, aut Beatæ figura aliqua cum dictis Stigmatibus depingi

**E** possit quouis modo, quo æstimari possit, uel credi, illum, uel illã huiusmodi Stigmata habuisse: excepta imagine Beati Francisci, quem multipliciter constat Stigmata à Christo recepisse. Ac etiam prohibuit, ne aliquis in prædicationibus ad populū, vel aliàs scriptura, aut uerbo, asserere, aut affirmare præsumat aliquem Sanctum, vel Sanctam, Beatum, aut Beatam Stigmata huiusmodi habuisse. Et super ijs imponit grauissimas censuras, & pœnas, quas incurrant diuersimodè facientes con-

Nota

Sicut nec in Martyrologio Romano nec in legenda sua quibus P. Dominicani vultur fit aliqua de illis mentio.

Excoicatio.

Prohibitio.

IO  
Prohibitio  
in fauorem  
S. Francisci.

Censuræ.



tra præmissa. Super quibus etiam dat Conservatores omnes A  
Ecclesiarum Prelatos; & alios in Ecclesiastica dignitate con-  
stitutos, B. ffo. 217. concessione 520.

II  
De S. Cather-  
ina de Senis

Censura,  
Fuit facta  
anno 1550.  
anno X. sui  
Pontificatus

Idem Sixtus, quia post omnia supradicta, per quasdam suas  
litteras, suspenderit ad tempus censuras, & pœnas, per eum  
impositas contra depingentes sanctam Catherinam de Senis  
cum Stigmatibus: declaravit, dictam suspensionem de cætero  
non valere: & decrevit, quòd literæ prædictæ super Stigmati-  
bus editæ, ob suspensionem præfatam, nullatenus reuocata cen B  
seri debeant: sed in suo robore, ac vigore permanere, ac si  
huiusmodi suspensio non emanasset. Ac insuper mandavit  
de nouo, sub censuris in prædicta Bulla contentis: nè præfa-  
ta imago Beatæ Catherinæ de Senis amplius cum Stigma-  
tibus depingatur; & quòd imagines sic depictæ aboleantur:  
non obstantibus quibuscûque, B. ffo. 40. Et ffo. 124. concessione  
271.

### STUDENTES FRATRES.

I



LEMENS IV. in Mari Magno statuit, quòd  
Fratres Ordines Minorum, quos Prelati eiusdẽ  
Ordinis, secundum Constitutiones ipsius Ordinis in Conuentibus deputauerint in Lectores, si-  
ne cuiuscunque alterius licentia, liberè in do-  
mibus prædicti Ordinis legere, ac docere valeant in theologi- D  
ca facultate: illis locis exceptis, in quibus viget Studium ge-  
nerale; ac etiam quibus in facultate ipsa docturus solenniter  
incipere consuevit, B. ffo. 139. concessione 310.

Generalis  
Minister.  
De reductio-  
ne Fratrum  
studentium.

Appellatio.

EVGENIVS IV. concessit auctoritatem Ministro Gene-  
rali Fratrum Minorum reducendi Fratres studẽtes, cuiuscûq;  
gradus, & conditionis existant, ad tuam, & aliorum Prelatorum  
dicti Ordinis Regularem obedientiam, & comunẽ vi-  
uendi modum; iuxta formam Regulæ, & Professionis, Statu- E  
torumque eiusdem Ordinis. Non obstantibus quibuscunque  
in contrarium facientibus. Et insuper voluit, quòd præfatus  
Generalis Minister, & alij per eum deputandi, habeant facul-  
tatem, & potestatem plenariam, omnes, & singulos supradic-  
tos Fratres obedire recusantes, & cõtradiutores quoscûq; p cõsa  
ras Ecclesiast. & alia iuris remedia (appellatione postposita) cõ  
pescõdij inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij  
secula-

**A** secularis, b. ffo. 84. conce. 246. Idem Eugenius fecit aliam Concessionem, qua non modicum deseruit huic materiae studentium Fratrum, etiam Conuentualium: qua posita est in dictione Eleemosyna, §. 5.

**PIVS II.** praecepit Generalibus quatuor Ordinum Mendicantium, quatenus omnes, & singulos suorum Ordinum professores; qui, spiritu rebellionis assumpto, Praelatis suis obtemperare, eorumque salutare correctiones, & disciplinam

**B** effugere, aut despiciere praesumpserint, & ut impunè hoc efficiant, Rectorum, seu Gubernatorum, & Conservatorum studiorum praesidia, & parochia implorauerint, praetendentes se exemptos ab ipsorum Ordinum iurisdictione, & potestate, ac correctione; cuiuslibet gradus, uel conditionis existant nisi (Canonica monitione praemissa) ab huiusmodi resipuerint,

& debitam à praedictis Generalibus, pro commissis, poenitentiam humiliter susceperint, ac mandatis eorundem Generalium

**C** efficaciter obtemperare studuerint, auctoritate Apostolica denuncient; & ab alijs, ubi, & quando, & quoties expedierit denunciari faciant, praedictos Fratres excommunicatos esse, & ab omnibus Magisterij, Bachalariatus, Lectoratus, Bibliostatutis officijs, alijsque dignitatibus, & honoribus dictorum Ordinum exutos fore, & insuper, si eorum contumacia, proteruitas, uel rebellio id exegerit, carceribus ad poenitentiam peragendam intrudi faciant, donec ad correuerti, salutaribus monitis, & mandatis se subiecerint; & à praedicta excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerint obtinere,

b. ffo. 86. conce. 249. **INNOCENTIUS VIII.** fecit quaedam Concessionem notabilem, circa modum, quo Praelati Observantes, possunt corrigere Fratres studentes in quibuslibet vniuersitatibus Hispaniae. Vide in dictione Correctio Fratrum, §. 4.

**IVLIVS II.** statuit, & ordinauit, quod Fratres Ordinis Praedicatorum, aut Minorum non possint commorari extra domos suorum Ordinum, causa, uel respectu studij, siue in Salmantina, siue in alijs ciuitatibus, & locis, quibus literaria studia vigeant, praeter, & absque licentia Provincialium Praedicatorum, seu Ministrorum, uel eorum Vicariorum, respectiue: ac illa durante duntaxat, etiam de licentia Sedis Apostolicae, aut pre-

textu quarumcunque facultatum, ac indultorum, & literarum Apostolicarum Salmantineae, & alijs vniuersitatibus praedictis,

**De habitatione extra conuentus.**

**Excöicatio. Gradus Scolastici. Correctio.**

**De correctio ne studentium**

**De habitatio ne extra conuentus.**

pro tempore concessorum. Et super hoc ponit pœnas, & censu  
 ras, ac dat Conseruatores, B. ffo. 209. concessione 512. Et ffo.  
 70. conce. 217.

### ANNOTATIO CORDVBÆ.

**Q**uoad §. 6. vbi ponitur Concessio Iulij II. notandum, quod simi-  
 liter concessit Leo X. fff. 50. de quibus etiam videatur in Com-  
 pendio, tit. Apostata, tit. Correctio, secundum subiectam materiam. B

### SVCCEDERE.

**C**irca successionem hereditatum, sunt multa, & varia con-  
 cessa, & statuta per multos Summos Pontifices; quæ posi-  
 ta sunt in dictione Hæredes, & Hæreditas.

### SVPERFLVITATES.

**Q**ualiter superflua, quæ in Conuentibus Fratrum Minoru  
 Obser. reperta fuerint, possint, & debeant tolli per Ge-  
 neralem dicti Ordinis: habetur in dictione Generalis Ordinis  
 §. 3. & 5. Et in dictione Ornamenta §. 1.

### SVSPENSIONES.

#### *Distinctio materia suspensionis.*

**I**n Privilegijs Fratrum Minorum aliorum Mendicantium D  
 reperuntur nonnulla pertinentia ad hanc dictionem Suspê-  
 sio. Et primò ea, quæ concernunt absolutionem, seu dispensa-  
 tionem a suspensionibus incurfis per Fratres: habentur in di-  
 ctione Absolutio ordinaria quoad Fratres §. 4. & 7. & 10. Se-  
 cundò de illis, quæ iungunt Suspensionem Privilegiorum, &  
 Indulgentiarum, dictum est in dictione Privilegia in multis,  
 ubi in margine posita est hæc dicitio Suspendio. E

### SYNDICVS.

**S**ciendum, quod omnia, quæ in Privilegijs Fratrum Mino.  
 continentur respectu Syndicorum, a Sede Apostolica de-  
 putatorum pro huiusmodi Fratribus, sunt superius posita in  
 dictione Procuratores Fratru; quia tali nomine frequentius  
 reperiuntur nominati.

## A CAPVCCINI ANNOTATIO.



*Est* quoniam supra in verbo Procuratores Fratrum omnis-  
simus additionem Reuerendi Patris Capuocini, quæ  
sub hoc verbo nunc inserimus cuius tenor talis est.

Pro huiusmodi materia Syndici Institutionis, et of-  
ficij, de qua tractatur in supradictis §§. 1. 3. 5. & 7. etc.

- B** 4. ex Clementina anno Dom. 1555. emanata, confirmando Const. supra-  
dictam à Mart. IV. concessit facultatem, ut Generalis de per se in toto  
Ordine, & singuli Prouinciales Ministri, ac Custodes vniuersi, pro tẽ-  
pore existentes, in suis Prouincijs, & Custodijs respectiue, & ad hoc  
ab eis respectiue deputati Fratres pro tempore, possint nominare specia-  
les personas, quæ non sint de dicto Ordine Minorum, pro locorum indi-  
gentia singulorum, quando, & quoties opus fuerit in singulis eorũ Con-  
uentibus, quæ, ut legitimi Administratores, Oeconomi, Syndici, &  
**C** Actores possint res ipsas oblatas, donatas, aut in vltima voluntate re-  
lictas ipsis Fratribus, & rerum ipsarum pretium, & Eleemosynas, no-  
mine Romane Ecclesie recipere, & in Fratrum vsus eas, uel earum  
pretium conuertere, sicut, & quando à predictis Prelatis extiterint  
requisiti. Ac omnimodam potestatem habeant illa omnia exigendi, re-  
petendi, distrahendi, alienandi, &c. in iudicio, uel extra illud. Ac po-  
testatem dedit etiam iisdem Prelatis supradictos Syndicos reuocandi,  
aut alijs subrogandi, uel nominandi quoties opportunum fuerit.
- D** Nec propter præmissa, contra Regulam, nec contra statuta Re-  
gularia fieri, immo cum illius obseruatione quoad hoc, & pura, & sa-  
na conscientia, sine alicuius conscientie scrupulo uiuere declarauit. Hec  
in supradicta Const. Paul. IV.

Intantum, quod Syndicus, Procurator, seu Oeconomus ille est, qui  
nomine Pape, se Romane Ecclesie ad expedienda Fratrum negotia  
deputetur. Et hunc Syndicum Minister Generalis, uel Prouinc. uel  
Custos poterunt nominare: uel saltem habentes commissionem ab eis,  
**E** ut ex supradictis literis Martini, & Pauli, habetur: præter predictos  
autem, nullus alius, etiam Guardianus cum toto suo Conuentu poterit  
Syndicum nominare, ut ait Collector in, §. 3. Ac ab iisdem Prelatis  
potest ab officio Syndicatus deponi, ut supra.

Cuius Syndici munus, & auctoritas, ut ex supradicti Bullis In-  
nocentij IV. Martini IV. & V. &c. ad quinque esse dignoscitur.

Primò ad recipiendas nomine Pape, seu Ecclesie Romane res omnes  
mobiles, siue immobiles (quæ pecuniarie non sunt) oblatas, seu modo li-

Collector.

In. §. 1. 3. 5.  
& 7.Paulus 4. cõ-  
firmans con-  
lit. Mart. 4.Vti Syndico  
non esse cõ-  
tra Regulã.Syndicus à  
quibus Præ-  
latis è no mi-  
nandus.Syndic⁹ gn-  
que facere  
potest.

cito donatas, aut in ultima voluntate ipsi Fratribus relictas.

Secundò ad vendendum, commutandum, alienandunq; res omnes, quibus Fratres licite uti possent, ad dominium Ecclesie pertinentes, & ad recipiendum, & expendendum eorum pretium in necessitates Fratrum.

Tertiò ad recipiendum nomine Ecclesie, & iudicialiter repetendum eleemosynas omnes, etiam pecuniarias, modo licito ipsis Fratribus relictas, seu in testamento legatas.

Quartò ad experiendum in iudicio, seu extra, in omnibus actionibus, & causis, quæ in dictis Priuilegijs Syndicatus explicantur.

Quintò ad recipiendum nomine Ecclesie omnes pecuniarias eleemosynas quomodocunq; provenientes, easq; expendendas pro necessitatibus communicatis. Et hoc ultimum in const. Mart. V. tantummodo habetur concessum, & in supradicta Paul. IV. const. Alij uerò quatuor patent ex Priuileg. Mart. IV. & aliorum supradictorum.

His autem habitis, sciendum est, omnes Fratres Minores præfatos Syndico, quoad primum, & secundum actum ex supradictis quinque, licite uti posse, ut annotauit Speculator, & Collector hic, ac communiter Corduba, in c. 4. q. 16. & alij Expositores Regulæ tenent, & colligitur ex decretali Exyt. s. ceterum. versic. si uero res. Et non habere Syndicum ad hos duos actus prædictos, est se periculo probabiliter exponere; ut Collector ait supra, in s. 8.

Quoad 3. & 4. uerò actum, licet Corduba in exposit. 4. cap. Regulæ q. 16. punct. 3. dicat, licite posse à Fratribus in talibus casibus, Syndico uti, & sit eius opinio valde probabilis: At tamen Speculator, & Collector, hic nolunt Fratres secundum Regulæ puritatem, absq; aliquali ipsius relaxatione, in his actibus Syndico uti: quando quidem ipsis ex officio Iudicis, uel aliter, consuli potest honestiori modo, ut supradiximus in verbo Hæreditas, & in verbo Legata. Et iste modus erit sanctior, tutior, & ad ædificationem populi conuenientior, quo & Religio nostra hætenus usa est, & in præsentiarum uirtur.

Quoad quintum uerò, & ultimum actum, ad deponendas, scilicet, omnes eleemosynas pecuniarias undecunq; provenientes apud Syndicum, clarissimum est, in his Syndico uti Fratres non posse, absque dispensatione Regulæ, & Declarationum Nicolai, & Clementis relaxatiuæ, ut hic Collector ait, & omnes alij Expositores consentiunt. Et hæc pro huiusmodi Syndici, seu Procuratoris materia, sic breuiter dicta sufficiant.

Circa autem Procuratorem Generalem Ordinis, est sciendum, qd Procurator Ordinis Prædicatorum, à Priore Generali electus, eo ipso omnium

Prouin-

Fratres in quibus ex supra dictis casibus possunt uti Syndico.

ut supra dicitur in Regula.

ut supra dicitur in Regula.

Procurator gener. Ord.

**A** Provinciarum locorum, & personarum dicti Ordinis, quasvis causas etiam speciale mandatum requirentes, iuxta potestatem sibi à Generali traditam, agere potest; ac si omnimodam potestatem, cum pleno, ac libero, ac speciali mandato ad huiusmodi causas accepisset. Ita Martinus V. prædicto Ordini concessit, ut est in eorum Priuileg. f. 106.

Idem concessit Augustinianis Bonifacius VIII. ut in eorum Priuileg. fol. 79. Et refertur in Compend. Priuileg. Societ. Iesu, in verbo Procurator.

**B** TERTIARIJ FRATRES, ET SORORES.

*Distinctio materie infra scriptæ.*

**E**A, quæ in Priuilegijs Fratrum Minorum continentur, respectu Tertiariorû, sunt in multiplici differentia. ¶ Quædam enim attinent ad ipsorum Regulam, & Professionem absolutè. Et hæc habentur infra. §. 2. & 6. & 7. & 12. & 13. & 18.

**C** ¶ Alia pertinent in speciali ad subiectionem, & obedientiam, quam iidem Tertiarij habere debent. Et ista ponuntur, §. 3. & 4. & 5. & 8. & 16. & 17. ¶ Nonnulla concernunt eorundem Tertiariorum exemptionem, & alia Priuilegia. Et hæc continentur, §. 1. & 4. & 9. & 11. & 12. & 14. & 19. & 20. & 21. & 22. ac 23. ¶ Reliqua verò respiciunt abolutionem, & administrationem Sacramentorum. Hæc autem consistunt, in §. 8. & 15. vltra ea, quæ posita sunt in dictionibus Absolutio ordinaria, &

**D** Absolutio extraordinaria quoad Fratres. Nam, ratione communicationis Priuilegiorum, possunt gaudere omnibus concessis Fratribus, quorum sunt Tertiarij.



**G**REGORIVS IX. concessit, quòd Tertiarij Beati Francisci nequeant compelli ad aliquod iuramentum, nisi pacis, ac fidei, & calumniæ, aut testimonij. Et statuit, quòd non grauentur amplius impositione onerum, quàm sui concines, b. fo. 19.

Tertiarij, de quibus in hac concessione fit mentio, sunt illi, qui in proprijs domibus viuunt, & non fecerunt tria vota essentialia Religionis.

**N**ICOLAUS IV. approbanit, & confirmauit Regulam Fratrum, & sororum Tertij Ordinis Beati Francisci, inserèdo totam Regulam huius in suis literis, B. fo. 49. Et ffo. 132. conce. 298.

dup

Præ-

Pro Augustinianis.

Collector.

Collector

Collector.

Præfata Regula, cum multis alijs Regulis Fratrum, & Monialium, sub obedientia Prælatorum Ordinis Minorum degentium, in calce huius Compendij ponitur.

3  
Visitatores.

Idem Nicolaus statuit, vel potius consuluit, quòd prædicti Tertiarij procurent assumere Visitatores, & Reformatores de Ordine Fratrum Minorum, B. fo. 33. Et ffo. 116. conce. 254.

4  
Cõicatio pti  
nilegiorum.

Idem Nicolaus præfatis Tertiarijs ( qui iuxta suum consilium elegerint Visitatores de Ordine Fratrum Minorum ) dedit suam benedictionem, & concessit, quòd gaudeant Priuilegijs eidem Ordini Pœnitentium, seu Tertiariorũ à Sede Apostolica concessis, & in posterum concedendis. Et insuper voluit, quòd huiusmodi Tertiarij ( qui sequuti fuerint suum consilium, accipiendo Visitatorem de Ordine Mino. ) habeant, & debeant habere Ministros de seipsis, iuxta formam in prædicta Regula comprehensam, B. fo. 33. Et ffo. 116. conce. 255.

5

MARTINVS V. circa subiectionem præfatorum Tertiariorum, sub obedientia Generalis, & Prouincialium Ministrorum Ordinis Fratrum Mino. edidit quandam Bullam, committens hoc negotium cuidam Cardinali. Sed quia non constat quid super hoc idem Cardinalis fecerit, prædicta Bulla in nullo videtur deseruire. Habetur tamen, B. fo. 32. Et ffo. 115. concessione 253.

6  
Ieiunium.

EVGENIVS IV. concessit, quòd Sorores Tertij Ordinis solummodò teneantur ad illa ieiunia, ad quæ Fratres Ordinis Mino. Regulam Obseruantes obligati sunt. Et quòd eosdem modos seruent in cibis quadragesimali tempore, exceptis debilibus, & infirmis, b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

7  
Votum.

SIXTVS IV. statuit, ac decreuit, quòd votum Obedientiæ Paupertatis, & Castitatis emissum à Tertiarijs Beati Frãcis, habeat vim, & validitatem voti solennis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votum solenne, factum cuiuscũq; de Religionibus à Sede Apostolica approbatis. Ac districtè præcipiendo mandauit omnibus, & singulis cuiuscunq; gradus, dignitatis, ordinis, aut conditionis fuerint, sub quorum cura, vel iurisdictione prædicti Tertiarij Fratres, vel Sorores tunc debebant, aut in futurum degere contingeret: nè Fratres, vel Sorores prænominatos, præfatum votum, modo prædicto emittentes, Matrimonium contrahere, vel ante contractum consummare, aut Religionem ipsam dimittere, & ad secularem vitam redire permittant. Decreuitq; irritum quicquid

**A** quid in contrarium factum fuerit. Ac ipsos Fratres, vel Sorores id facientes, excommunicationis sententia innodatos fore Execōicatio.  
 B. fo. 33. Et ffo. 117. conce. 256.

Idem Sixtus statuit, quòd Generales, & Prouinciales Ministri Ordinis Minorum, & eorum Vicarij, tam Conuentuales, quàm Observantes habeant sub sua iurisdictione omnes Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Beati Francisci, vbi libet, infra Prouincias eis commissas, consistentes; ac eos charitatiuè vi-

**B** sitent, & eosdem, iuxta Regularia instituta dicti Ordinis, instruant, & reformat: nec non & corrigant, etiam per ablationem habitus dicti Tertij Ordinis, si id qualitas excessus exegerit. ¶ Et similiter statuit, quòd prædicti Prælati Ordinis Mino. possint recipere volentes aggregari huiusmodi Tertio Ordini. Ac etiam, quòd possint eidem Tertiarijs deputare Visitorem, seu Confessorem prædicti Ordinis Mino. de Obser. vel Conuentualium, prout eis plus placuerit, qui eidem

**C** Tertiarijs omnia Ecclesiastica Sacramèta ministrare debeat, B. fo. 8. Et ffo. 92. conce. 201.

Idem Sixtus in Bulla aurea concessit, vt Tertiarij vtriusq; sexus Ordinum Prædicatorum, & Minorum, gaudeant eidem Priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, fauoribus, & concessionibus, ac indultis spiritualibus, & temporalibus, concessis, & in posterum concedendis Ordinibus prædictorum Fratrum Prædicatorum, & Minorum, & illorum professoribus, ac Dominicis, & locis, & procuratoribus, & oblatis, seu alijs quomodolibet; quatenus statui, & conditioni prædictorum Tertiariorum conuenire possunt, B. fo. 66. Et ffo. 148. conce. 362.

Idem Sixtus statuit, quòd Fratres Prædicatores, & Minores recipientes, seu admittentes ad Priuilegia, & immunitates suorum Ordinum, quoscunq; laicos vtriusq; sexus; prætextu Tertij Ordinis, seu alterius modi viuendi, nisi gestauerint habitum dicti Tertij Ordinis, & professionem emisierint solitã, Execōicatio.  
**E** & in congregatione viuant, & in communi, sint excommunicati: non obstantibus quibuscunq;

Habetur in Bulla præfati Sixti, quæ incipit: Derestanda nonnullorum ambitio, prout allegatur in quadam tabula Priuilegiorum, per quendam Commissarium Romanum, compilata. Non tamen habetur in libris Priuilegiorum impressis. Collector.

**INNOCENTIUS VIII.** extendit gratias, & indulta concessa Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis in communi viuenti-



- uentibus, etiam illis qui viuunt in particulari, o. fo. 64. Et ffo. A  
 69. conce. 146. Et ffo. 100. conce. 375.
- Collector. Huiusmodi concessio debet intelligi solum de gratijs spiri-  
 tualibus, seu in foro conscientie: presertim, quia cum sit facta  
 Oraculo vine vocis, nihil deseruit pro rebus temporalibus,  
 seu pro foro iudiciali.
- 12 Idem Innocentius declarauit, quod Sorores Tertii Ordinis,  
 etiam in communi viuentes; quamuis se astringant ad plura,  
 quam in earum Regula continentur, non includuntur sub co- B  
 nstitutione Ioannis XXII. reprobantis vitam, & ritum Fratri-  
 cellorum; prout a nonnullis credebatur, B. fo. 38. Et ffo. 122.  
 concessione 266.
- 13 Idem Innocentius concessit, quod predictae Sorores Tertii  
 Ordinis Beati Francisci possint liberè, & licitè sumere velum  
 nigrum, & sub perpetua clausura manere, quandocunq; pre-  
 dictis Sororibus, ac Ministris Ordinis Minorum, vel aliis ea- C  
 rum Superioribus (sub quorum cura existent) placuerit; ac  
 earundem statui visum fuerit expedire, B. fo. 38. Et ffo. 122.  
 concessione 266. in fine.
- 14 ALEXANDER VI. concessit, quod Sorores tertiae Re-  
 gulae in Congregatione, sub cura Fratrum Minorum Obser-  
 degentes, quae pro maiori parte ex eleemosynis Christi fide-  
 lium, & labore manuum suarum victum, & vestitum recipiunt,  
 non possint cogi ad solutionem alicuius decimae, seu taxe, aut D  
 collectae, quae pro tempore imponi contigerit: etiam si aliquid  
 habeant proprii; quod tamen non sufficit eis ad quotidianas  
 expensas, b. ffo. 56. concessione 66. Et B. ffo. 3. conce. 4.
- 15 Idem Alexander concessit, quod Generalis, & Provincia-  
 les Ordinis Mino. Obser. possint cum consilio aliquorum Fra-  
 trum, deputare Confessores Presbyteros seculares, vel alio- E  
 rum Ordinum Regulares, & honestos, pro Fratribus, & Sororibus  
 Tertii Ordinis: ubicunque in partibus vltimontanis  
 commorantibus (scilicet, in partibus Galliarum, & Hispaniarum,  
 & ceteris eis annexis) quibus sua peccata confiteri,  
 & ab eis quaecunque Ecclesiastica Sacramenta recipere possint.  
 Ita tamen, quod Confessores huiusmodi nullo modo debeant  
 ingredi Claustra, seu interiores Officinas dictarum Sororum,  
 absque alterius personae bonae vitae, & famae societate.  
 Attamen praedictam deputationem fieri posse concessit, solum  
 in locis, in quibus Fratres Minores Obser. aut Conuentuales  
 com-

**A** commodè haberi non possunt, B. fo. 39. Et ffo. 123. conce. 269.

**I**VLIVS II. confirmavit literas Sixti IV. suprapositas .9.8. ac illis perpetuæ firmitatis robur adiecit, suppleuitq. omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Et insuper de nouo subiecit omnes Fratres, & Sores Tertij Ordinis, vbiq; locorum per vniuersum orbem consistentes, sub obedientia, & correctione Generalis, & Provincialium Fratrum Minorum de Obser. & Conuentualium;

**B** ita, quòd eos visitare, & corrigere possint, iuxta formam prædictarum literarum Sixti IV. Super ijs autem imponit graues censuras, & pœnas prædictis Tertiarijs: nisi cum effectu paruerint huiusmodi literis, infra certum terminum. Ac etiam super hoc dat Conseruatores, B. ffo. 223. conce. 529.

Idem Iulius dedit postea alias literas ad Confirmationem superscriptarum immediatè cum magnis clausulis, & non obstantijs, ac deputatione Conseruatorum, B. ffo. 225. conce. 530.

**C** Idem Iulius statuit, quòd Tertiarij portent vbiq; habitum talem, quòd distinguantur à Fratribus primi Ordinis Sancti Francisci. Et quòd constituatur omnibus illis de tertia Regula, quocunque nomine nuncupentur, & vbiq; sint per vniuersum orbem, habitus vniformis; qui sit communis omnibus ipsis vbiq; tam in forma, quam in colore: ita, quòd nulla differentia sit in habitibus eorum. In forma autem, quòd ad minus habeant Caparorem latum, vt desuper scapulas descēdat ab vtraq; parte, per quatuor digitos. In longitudine verò, tam à parte anteriori, quam posteriori attingat infra cingulum, vt super illud possit cingi. Color quoque sit magis ad nigredinem tendens, quam ad albedinem, B. ffo. 215. concessione 519.

**L**E O X. in Concilio Lateranensi statuit, quòd Fratres & Sores Tertij Ordinis, in proprijs Domibus habitantes, valeant sepulturam eligere vbi voluerint. Et quòd, die Paschæ tantum, Eucharistiam, nec non extremam vnctionem, cæteraq; Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramēto duntaxat excepto) à proprio Sacerdote parochiali recipere debeant. Et voluit, quòd ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda, teneantur; ac, quòd in foro seculari coram Iudicibus secularibus conueniri possint. Et insuper decreuit, quòd prædicti Tertiarij in proprijs Domibus habitantes, nullatenus admittantur tempore interdicti ad audienda Diuina in Eccle-

16  
Desubiectio  
ne Prælati  
Ordinis Mi  
norum.

Visitatio,

17  
Cōfirmatio.

18  
Habitus Fra  
trum.

19  
De Tertiarijs in parti  
culari viuē  
tibus.  
Sacramenta

Interdictum

fjs

sijs Ordinum, quorum sunt Tertiarij: si causam dederint In- A  
terdicto; vel causam ipsam nutriant, seu foueant; aut dantib<sup>9</sup>  
auxilium, consilium, vel fauorem quoquomodo praestiterint,  
B. ffo. 26. conce. 86.

Collector.

Prædicta intelligenda videntur generaliter de quibuslibet  
Tertiarijs, in particulari viuentibus (exceptis mulieribus,  
quæ promiserunt continentiam virginalem, aut vidualem, quæ  
omnibus possunt gaudere; vt patet sequenti Concessione)  
quia cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus: & B  
praesertim, quia pro viuentibus in communi facta est postea se-  
quens Concessio.

20

Cōicatio Pri-  
uilegiorum.  
Idem statuit  
Pi<sup>9</sup> V. incōst.  
63. an. 1561  
vide in Cōc.  
Trid. sess. 24  
de reformat.  
cap. 4.

Idem Leo, vbi supra, statuit, quòd Tertiarij collegialiter  
viuentes, seu cum Claustralibus habitantes, aut mulieres vir-  
ginalem, seu cælibem, aut castam vidualem vitam ducentes,  
expreso voto, & sub dicto habitu, gaudere debeant Priuile-  
gijs, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum  
gestant, potiuntur, & gaudent, B. ffo. 26. conce. 87.

21

Pro Sorori-  
bus Tertia-  
rijs,  
Excōicatio

Idem Leo confirmauit, & approbauit, ac innouauit supra-  
dictas literas Sixti, §. 8. cum omnibus, & singulis in eis contē-  
tis clausulis, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere de-  
creuit. Et insuper inhiuit omnibus, & singulis Prælati Ec-  
clesiasticis, sub excommunicationis latae sententiæ pœna, nē  
Sorores Tertiæ Regulæ Beati Francisci; quæ tria essentialia  
vota emittendo, collegialiter viuunt (qualq; conformiter ad  
præfati Sixti literas, veras Religiosas esse declarauit) quomo- D  
dolibet impedire præsumant, quominus huiusmodi Sorores  
iuxta Priuilegia Fratrum Minorum possint liberè, & licitè  
habere Oratoria, seu Ecclesias cum campanili humili, & câ-  
pana; ac in illis Sacramentum Eucharistiæ, in loco decenti, &  
honesto; necnon Oleum Sanctum pro earum vtu tantum, &  
Cœmeterium benedictum, in quo Sororum decedentium cor-  
pora sepeliri possint; ac in eisdem Ecclesijs Aquam benedictā  
solenniter benedici, Missasq; secundum earum deuotionē can- E  
tari, & celebrari facere, B. ffo. 35. concessione 119.

Collector.

Ista Prouisio fuit satis superflua, cum dictæ Sorores omnia  
prædicta ab antiquo haberent: præsertim per Bullam auream,  
vt patet supra §. 9.

22

De Sorori-  
bus Tertia-  
rijs in com-

Idem Leo statuit, quòd prædictæ Sorores Tertiæ Regulæ col-  
legialiter viuentes: nullatenus possint compelli per supradic-  
tos Prælatos Ecclesiarum, & Rectores, aut quosuis alios, ad  
audien-

**A**audiendum Missas, & alia Diuina Officia in alio loco, quàm in dictis suis Ecclesijs; aut ad suscipiendum Ecclesiastica Sacramenta ab alio, quàm à Confessore Regulari, vel seculari, eis per earum Superiorem assignando: nec de super quomodolibet molestari valeant. Ac quòd huiusmodi Confessor, si secularis fuerit, quamdiu officium prædictum confessionis à dictis Superioribus sibi impositum continuauerit, nequaquam per locorum Ordinarios in præmissis impediri possit. Et tandem circa præmissa dedit Conseruatores omnes in dignitate Ecclesiastica constitutos, B. ffo. 35. conce. 119.

mani viuē  
tibus.  
Sacramenta.

Idem Leo dedit præfatis Sororibus copiosam exemptionem à solutione cuiusuis decimæ, aut taxæ, vel collectæ, etiam per Sedem Apostolicam impositæ: si tamen ita sunt pauperes, quòd earum redditus non sufficiunt pro commoda earum sustentatione, B. ffo. 48. conce. 143.

23  
Exemptio.

**C** hoc ponitur latius supra, in dictione Decimæ .§.8. Et in dictione, Exemptio, §.30. Collector.

Idem Leo fecit quasdam Concessiones, circa modum, quo alienari possunt bona Monasteriorum Monialium, seu Sororum Tertij Ordinis, quæ posita sunt in dictione Alienatio, §. 4. & 5. 24

Idem Leo ordinauit denuò Regulam pro Tertiarijs Beati Francisci, qui tria vota essentialia emittunt, & in congregatione viuunt; quæ in fine huius Compendij vnà cum alijs Regulis 25

**D**ponitur.

**E**X prædictis omnibus colligendum est, quòd Fratres, & Sorores tertij Ordinis Sancti Francisci, sunt in triplici differentia. ¶ Quidam enim illorum, & primi tempore, sunt illi, qui non faciunt tria vota essentialia Religionis, nec in Congregatione viuunt: sed in proprijs Domibus cum suis vxoribus, & filijs, aut familijs, prout aliæ personæ seculares: excepto quòd obseruant ea, quæ in Regula per Nicolaum IV. compilata continentur. ¶ Alij Tertiarij sunt, qui faciunt prædicta tria vota in manibus sui Ministri, vel Ministræ, coram sua communitate. Sed ij subdistinguntur, quia aliqui istorum post emissionem Votorum, seu Professionem prædicto modo factam, remanent, & viuunt in communi. Reliqui verò, licet faciunt professionem in cõitate, ut supradictum est: tamen postea non viuunt in cõitatibus sui Ordinis, scil. in aliquibus Eremitarijs, vel Ecclesijs separatis à Cõuentib' dicti Ordinis.

Collector.

De Triplici  
differentia  
Tertiariorū  
S. Francisci.

De prima  
differentia  
Tertiariorū  
S. Francisci.

Quoad primum gradum præfatorum Tertiariorum est no- A  
randum, quòd huiusmodi sunt illi, qui ordinati fuerunt per  
Beatum Franciscum. Et ij non conuertuntur in personas Ec-  
clesiasticas: sed remanent, vt personæ merè seculares. Ideoq;  
non est intelligendum, quòd respectu huiusmodi Tertiario-  
rum extendatur iurisdictione, & gubernatio, quæ Fratribus Mi-  
noribus super Tertiarios commissa est. Quia talem iurisdic-  
tionem, seu gubernationem, non possunt Fratres Minores  
habere super personas seculares; prout sunt præfati primi B  
Tertiarij. Ac pro tanto Bulla Eugenij IV. quæ dat Fratribus  
Minoribus iurisdictionem super Tertiarios, extra communi-  
tatem viuentes, debet intelligi de illis, qui fecerunt profesio-  
nem in communitate, & postea viuunt extra illam. Et si for-  
tè reperiretur aliqua Bulla, quæ conferret expressè iurisdic-  
tionem Fratribus Minoribus super huiusmodi Tertiarios, qui  
manent in seculo cum vxoribus, & filiis, seu alio modo consi-  
mili: esset reputanda, tanquam subreptitia. Et insuper esset C  
contra puritatem professionis prædictorum Fratrum Min-  
orum: quia, ut dictum est, cum huiusmodi Tertiarii nõ sint per-  
sonæ religiosæ, nõ potest conuenire Fratribus prædictis iurisdic-  
tio super illos. Verùm est tamen, quòd prædicti Fratres  
Minores possent licitè super præfatos Tertiarios primi gra-  
dus, habere quandam diligentiam, seu curam spiritualem, pro  
directione animarum illorum; vt pòte audiendo confessiones  
eorum, & conferendo illis Sacramentum Eucharistiæ frequen- D  
tius, quàm alijs fidelibus: necnon communicando eis aliquas  
indulgentias, & peccatorum remissiones, & alia similia spiri-  
tualia; quemadmodum fit Contratribus, & Oblatis Ordinis.  
Et adhuc non haberent tantam auctoritarem super huiusmo-  
di Tertiarios, sicut super Oblatos perpetuos: nisi similiter se  
offerrent, & donarent in forma iuridica. Et tunc etiam non  
esset nisi quædam obligatio mutua, sine præiudicio decimarum,  
& tributorum, ac iurisdictionum Ecclesiasticarum, & secularium; E  
quibus manerent semper obligati, vt alij merè secula-  
res. Et facit ad hoc Determinatio Concilij Lateranensis su-  
pra posita .§. 19. ¶ Aduertendum est etiã, quòd habitus præ-  
dictorum Tertiariorum primi gradus reperitur determinatus  
per Nicolaum IV. in Regula, quàm ipse compilauit. Con-  
suetudo tamen, vel potius corruptela interpretauit in diuersis  
Prouincijs, & Regnis, diuersas formas habituum. Ita, quòd  
in ali-

De habitu  
Tertiariorū  
secularium.

- A** in aliquibus partibus, deferant huiusmodi Tertiarij habitus consimiles habitibus Fratrum Mino. licet hoc sit expressè cõtra priuilegia prædictorũ Fratrum Mino. & nonnũquã eueniat inde materia scandali. Videtur tamẽ, quòd habitus, quẽ in partibus Italiae deferunt prædicti Tertiarij, sit eorũ statui, & rationi magis cõdecens. Quia, quoad formã, deferunt vestes, prout alij seculares: & quoad colorẽ, sicut Fratres Mino. Et ẽ verisimile, quòd talẽ habitũ voluit Beatus Franciscus, quòd prædicti Tertiarij deferret; cũ ab antiquo, in partibus, vbi præfatus Sanctus primò instituit prædictũ tertium Ordin. & vbi pro maiori parte conuersatus est, obseruatus sit, & de præsentibus obseruetur talis forma habitus. ¶ Non possunt tamẽ præfati Tertiarij deferre chordã, sicut Fratres Mino. Quia adhuc alij Tertiarij, qui viuunt collegialiter, nequeunt portare huiusmodi chordã, Regula ipsorum prohibete. ¶ Itẽ est aduertendũ, quòd ab huiusmodi Tertiarijs non potest à Fratribus Mino. recipi aliquod votum Religionis: sed ad plus potest fieri quẽdã acceptatio, seu admissio ad prædictã tertiam Regulã, exhortãdo illos, quòd eã obseruent, & adiuuando eos in confessionibus, & alijs spiritualibus; sicut Confratribus Ordinis; prout supra dictũ est. Nec etiã, propter hoc efficiuntur Fratres Superiores illorũ: sed remanet, vt prius, sub iurisdictione ordinaria, tam Ecclesiastica, quã seculari. ¶ Possunt tamen huiusmodi Tertiarij (ad instar modi, qui obseruatur cõiter in Confraternitatibus) habere, velut Superiores, aliquos ex seipsis; qui
- D** nominentur Ministri; vel alio nomine; vt eorũ curã habeant ad conuocandũ, vel puniendũ eos, &c. ¶ Est insuper sciendũ, quòd huiusmodi Tertiarij nõ gaudet priuilegijs temporalibus Fratrum Mino. Vnde videtur, quòd nõ extenduntur ad eos cõicationes Priuilegiorũ, quas fecerunt Tertiarijs. Nicol. IV. & Six. IV. sed solũ intelligi debent de alijs, qui sunt Religiosi. Nec obstat prædictis quãdã Concessio Innoc. VIII. supraposita. s. 10. qua extendit omnia Priuilegia concessa Tertiarijs in cõi viuẽtibus ad eos,
- E** qui viuunt in particulari: quia illa Concessio, cum sit viuæ vocis Oraculo facta, non facit fidem, nisi pro foro conscientie, & pro rebus spiritualibus. Et dato casu, quòd faceret fidem in iudicio, & extenderetur ad temporalia, non debet intelligi, nisi de illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea, virtute alicuius dispensationis, viuunt in particulari; prout sæpe accidit etiam in Fratribus aliorum Ordinum magis principalium) licet tamen adhuc istud nõ constet nimis

Nota.

Nota pro  
chorda Fra-  
trum Mino.De Superio-  
ribus Tertia-  
riorum.

Nota.

clare. Attamen circa huiusmodi communicationem, respectu priuilegiorum spiritualium, vide infra, post tertiam differrentiã Tertiariorũ. ¶ Vnde sequitur qđ per quã grauis error fuit quorundam Religiosorum, qui intuitu pietatis, vel deuotionis, inconsideratẽ procurauerunt, quòd prædicti Tertiarij, in aliquibus partibus, non soluerent decimas, nec primitias; asserendo esse exemptos ab huiusmodi, & à solutione tributorum, & vestigalium dominis temporalibus: præsertim, quia istud sæpe redundat in non modicum damnum vicinorũ huiusmodi Tertiariorum, & exactorum reddituum: quia sunt aliqua prædictorum onerum talis qualitatis, quòd, quantum aufertur oneris vni, vel pluribus exemptis, seu priuilegiatis de populo, tantum superimponitur alijs eiusdem populi non exemptis, neque priuilegiatis. Et insuper, qui præfatam exemptionem de facto procurauerunt, & incurrerunt in excommunicationem, quæ habetur supra, in .s. 10. Circa quod est propterea valdè aduertendum, & cauendum in futurum.

De secunda  
differrentia  
Tertiariorũ  
S. Francisci.

Quoad secundum gradum Tertiariorum, qui iuxta Declarationem Sixti supradictam .s. 7. faciunt tria vota, & viuunt in communi, sunt aliqua aduertenda. ¶ Primum est, quòd isti sunt verè personæ Ecclesiasticæ, & Religiosæ; & sunt exempti ab omni iurisdictione Ecclesiastica, & seculari: excepta subiectione, quam debent habere Ordini Minorum. De qua supra dictum est .s. 8. & 16. ¶ Alterum est, quòd habitus istorũ Tertiariorum, secundum Regulam confirmatam per Nicolaum IV. debet esse coloris, nec prorsus nigri, nec prorsus albi. Sed, quia prædictus Nicolaus nihil dixit de forma huiusmodi habitus, ac etiam de colore locutus est obscurè, fuit postea, per Iulium II. prouisum circa vtrumq; vt habetur supra, .s. 18. ¶ De cingulo autem huiusmodi Tertiariorum dicitur in præfata Regula, confirmata per Nicolaum IV. quòd sit corrigia, & non chorda, sicut est cingulum Fratrum Minorum. ¶ Aliud est etiam notandum, circa prædictos Tertiarios, quòd super eos habent iurisdictionem, & superioritatem Fratres Minores, tam obseruantes, quàm Conuentuales; vt patet supra .s. 8. & 16. Et quia vtrisque Fratribus Minoribus cõmissa est, ideò est locus præuentioni. ¶ Vnde sequitur, quòd, licet huiusmodi Tertiarij sint sub obedientia Fratrum Minorũ Cõuentualiũ, possunt Prælati Fratrum obser. in defectu, vel absentia Prælatorũ Conuentualiũ, corrigere prædictos Tertiarios.

Nota.

Ac si-

**A** Ac similiter è contra. Ratio huius est, quia non datur aliquibus gubernatio, & iurisdictio, vt occasione illius committantur impunè illicita. Quapropter potest qualibet dictarum diuersitatum Fratrum Minorum exequi super præfatos Tertiarios iurisditionem in defectum alterius. ¶ Reliquū insuper aduertendum est, quòd hmōi Tertiarij, in communi viuentes gaudent omnibus priuilegijs, concessis Fratrib⁹ Minorib⁹, sub quorū gubernatione consistūt; vt patet supra, in .s.4 & 9. & 20.

**B** Tertius insuper gradus in aliquibus partibus reperitur, scilicet eorum, qui nec sunt merè seculares, vt primi supradicti, nec fecerunt professionem, in communitate, vt secundi etiam supradicti, sed qui propria auctoritate assumpserunt habitum Tertiariorum, aut illum receperunt ab aliquibus Fratribus Minoribus non obseruata forma supradicta, & qui post assumptionem, vel receptionem huiusmodi habitus, ac etiam emissionem professionis, extra communitatem, viuunt in aliquib⁹ Eremitarijs, seu in domib⁹ secularibus. Et hi non dubiū est, quin temeritatem eximiam committāt, & quòd tales nullatenus sunt Tertiarij Sancti Francisci, nec alicuius Regule ab Apostolica Sede approbatæ, ac per consequens, quòd nequeunt gaudere Priuilegijs Fratrum Minorum, nec Tertiariorū, nec existūt sub iurisditione illorū. Quin potius debent procurare Fratres Minores, quòd Prælati Ecclesiastici ordinarij procedāt cōtra tales: quia deferūt habitū Relig. cui⁹ ipsi nō

**C** sunt; prout habetur in dictione Habitum Fratrum .s.4 & 5.

**D** Insuper, circa Tertiarios è sciendū, ac notandū, quòd nō reperitur aliqua Regula, seu modus viuēdi à Beato Frācisco (salte in scriptis) pro Tertiarijs tradit⁹. Sed credendū è, quòd ordinauit, vt ieiunaret aliquib⁹ dieb⁹, & recitaret aliqua & similia conferētia ad bonū modū viuēdi. Quarū aliqua Nicol. Papa IV. inseruit in sua Bulla. ¶ Tertiarijs aut hmōi, cōcessa sunt prima Priuilegia. s. cōiugatis, & alijs in proprijs domibus habitantibus, nullo habito respectu, sub qua obedientia existerēt.

**E** Sicq; multo tempore sub Diocesfanorum obedientia, & subiectione permanserūt. ¶ Sciendū èt, quòd p̄ plures Doctores famosos disputatū est, utrū præfati Tertiarij essent p̄sonæ Ecclesiasticæ, vel ne. Et multi tenuerunt quòd sic: & quòd iniicientes manus violentas in ipsos, incurrebant excōicationē, nec poterāt cōueniri, nisi corā Iudicibus Ecclesiasticis, nec tenebātur soluere talias, & reliquas exactiones. Ita quòd habebāt

De tertia differētia Tertiariorum.

De priuilegijs ac progressu Tertiariorū & priuilegijs eis concessis



Priuilegiū psonæ, ac fori. Alij verò tenerūt oppositū. Durante A  
 ista altercatione, in quibusdā partib⁹ gaudebāt p̄dicto priuilegio, &  
 in alijs nō. De quo Florent. 3. p. ti. 23. c. 5. §. 4. tractat. Tandē Six.  
 Papa IV. dedit Bullā declaratoriā, in fauorē p̄dictorū: licet  
 loquitur solū de existentibus in Italiæ partibus, vt habetur in  
 Monumentis Ordinis primæ impressiōis, fo. 53. primo tra-  
 ctatu. Præfatus etiā Pontifex ( nullo habito respectu, sub qua  
 obediētia hmōi Tertiarij existerent ) dedit potestaté Ordini  
 nostro Mino., vt illos sibi submitteret, &c. Et quia ante tēpo-  
 ra Sixti, aliqui p̄dictorū Tertiariorū se in cōgregatione po-  
 fuerāt, & Eugen. IV. declarauerat, quòd Matrimoniuū talium  
 erat validū: modificauit istud Sixtus, quòd esset verū, nisi face-  
 rent professiōem in cōitate, &c. vt patet supra .§. 7. Itaq; pro-  
 fitētes modo supradictō, declarauit esse verē Religiosos. Alios  
 verò primos Tertiarios, dimisit in suo antiquo modo, & ordi-  
 ne approbato, cū suis Priuilegijs. ¶ Procedente autē tēpore,  
 idē Sixtus oībus Tertiarijs cōcauit oīa priuilegia nostro Or-  
 dinis concessa, & concedēda; vt habetur in Bulla aurea: & su-  
 pra .§. 9. Et hoc, quamuis in cōi non viuerent; vt patet in præ-  
 fata Bulla expressē. Immo adhuc videtur potius dirigi ad  
 Tertiarios, in communi non viuentes: quia dicit Personis, &  
 non Monasterijs; prout dixerat ibidem paulò ante de Monia-  
 libus S. Clare, ac Sancti Dominici. Hanc autem communica-  
 tionem Priuilegiorum semper intellexerunt habere locum in  
 Tertiarijs, licet non existant sub obediētia Ordinis nostri Mi-  
 norum: sed sub Ministris eiusdem Ordinis, vel alijs; prout ha-  
 betur in vsu. ¶ Item est notandum, quòd, quia tempore Inno-  
 centii VIII. ita tenebatur, non esse alios Tertiarios veros, nisi  
 in particulari viuentes: quòd aliqui asserēbant, Tertiarios in  
 communi viuentes, esse excommunicatos, propter prohibitiō-  
 nem Ioannis XXII. declarauit præfatus Innocentius, non ita  
 esse verum. Et quia fuit informatus, quòd aliquę Concessiō-  
 nes factę fuerant Tertiarijs in communi viuentibus, extendit  
 præfata priuilegia ad viuentes in particulari; vt habetur su-  
 pra .§. 11. ¶ Post omnia supradicta Leo. X. in Concilio Latera-  
 nensi ordinauit aliter, quoad Tertiarios in particulari, & in  
 communi viuentes; prout habetur supra .§. 19. & 20. Huius-  
 modi autem ordinatio, & concessiō debet nunc obseruari, &  
 non vti præcedentibus, in his, quibus ista vltima contrariatur.  
 Aliter breui⁹, ac meli⁹ potest resolui materia Tertiariorum  
 sub

De cōicatio-  
ne priuilegij.

Resolutio  
præfate ma-  
terię.

- A** subsequenti modo. Quoad Tertiarios utriusque sexus (quicquid sit de temporibus retroactis) in presenti sunt in triplici differentia; prout Leo X. in Concilio Lateranensi distinxit. ¶ Primi sunt viuentes collegialiter. Et isti gaudent omnibus Privilegijs, sicut Fratres Mendicantes, absque aliqua differentia, in quantum eorum capacitas permittit. ¶ In secundo gradu sunt mulieres continentiam virginalem, aut vidualem promittentes, & habitum Tertiariorum gestantes. Et istæ pariformiter gaudent, ut primi: nisi in ijs, in quibus expressè diceret Papa, quòd solum concedit pro viuentibus in congregatione, saltem post Innocentium octauum. Nam de concessis usque ad sua tempora, cum tali expressione, vel restrictione, ipse Innocentius omnes parificauit, sicut habetur supra, §. 11. ¶ Ultimi sunt coniugati, aut qualitercunque aliter à præfatis duabus speciebus se habentes. Et isti de omnibus privilegijs Mendicantium habent illa, quæ per Concilium prædictum non fuerunt sibi sublata, de quibus habetur supra, §. 19. Ex quo sequitur, quòd habent omnia spiritualia, scilicet, indulgentias, &c. excepto, quòd Eucharistiam in die Resurrectionis, & alia Sacramenta non possunt recipere, nisi à suo Parochiali Rectore. Sacramentum tamen Pœnitentiæ, & Eucharistiæ semper in reliquis temporibus anni poterunt recipere à Fratribus. Et de istis habitantibus cum Collegiatis, idem est, quod de talibus Collegiatis, ut habetur supra, §. 20. Item habebunt isti
- D** Privilegium, c. Si quis suadente: quia habent modum viuendi approbatum à Sede Apostolica. Et sic tenent Doctores. Et est notandum, quia sæpe non aduertitur circa hoc.
- Sciendum est vterius, quòd solus sanctissimus Pater Franciscus instituit Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, seu de Pœnitentia nuncupatos, ut supra dictum est, propter quod in eius laudem canit Ecclesia. Tres Ordines hic ordinat: primùmque Fratrum nominat Minorum, Pauperumque; sic Dominarum medius: sed Pœnitentium tertius: sexum capit utrumque. Attamen postea nonnulli alij Ordines, præsertim Fratrum Mendicantium, præfatam institutionem aliquantulum imitari uisi sunt. Nam Fratres Prædicatores, & Anguulinenses, necnon & Carmelitæ obtinuerunt à Sede Apostolica, ut aliquæ personæ utriusque sexus, in proprijs domibus habitantes, aut saltem non in Congregatione Regulari viuentes: sed certo modo sub huiusmodi Ordinibus respectiue degentes; quæ Pinzochera, aut Man-

tellatæ, vel de Pœnitentia dicuntur, gauderent Priuilegijs di-  
ctorum Ordinum. Hoc patet quoad Prædicatores, B. ffo. 204.  
conce. 573. De omnibus autem huiusmodi personis, quæ vt in  
plurimum sunt femine, dictum est supra satis latè, in dictione  
Mulieres. Et nonnulla alia adduntur hic, quoad Carmelitas,  
& Augustinenses; prout sequuntur.

*Ex priuilegijs aliorum Fratrum Mendicantium.*

26  
Ex priuile-  
gijs Carme-  
litarum.

**SIXTUS IV.** statuit, ac ordinauit, & concessit, quòd Ge-  
neralis, & alij Priores Ordinis Carmelitarum possint re-  
cipere vtriusque sexus personas, quæ habitum dicti Ordinis,  
ad instar Mantellatarum, seu Pinzocheorum, aut Fratrum de  
Pœnitentia tertij Ordinis Fratrum Minorum, ac Prædicato-  
rum, & Eremitarum Sancti Augustini habere voluerint. Quæ  
personæ, sic receptæ, gaudeant omnibus Priuilegijs, quibus  
præfato Carmelitarum Ordini concessum est posse gaudere,  
B. ffo. 184. conce. 462.

27  
Ex priuileg.  
Carmelita-  
rum.  
Sacramenta  
Sepultura.

Idem Sixtus concessit Fratribus Carmelitis, vt possint ad-  
ministrare Sacramenta Eucharistia, & extremæ Vnctionis suis  
Pinzocheris, & Mantellatis, etiam in earundem domibus. Et  
similiter concessit, quòd, dum tales decedere contigerit, pos-  
sint eorum cadauera, ad eorundem Fratrum Ecclesias, tu-  
mulanda deferre, absq; licentia alicuius Prælati Ecclesiastici,  
& contradictione quacunque nõ obstante, B. fo. 97. Et ffo. 180.  
concessione 426.

Collector.

Vide circa hoc ea, quæ statuta sunt in Concilio Lateranen-  
si, vt habetur supra. §. 18.

28  
Collector.

Idem Sixtus facit aliam Concessionem, sicut immediatè  
suprascriptam Fratribus Augustinensibus: & habetur, B. ffo.  
247. conce. 623.

29

**INNOCENTIUS VIII.** concessit, vt suscipientes habitu  
Mantellatorum, siue Mantellatarum Ordinis Sancti Augusti-  
ni: licet habitum illum cum licentia Prioris loci non retineat,  
nec continuè deferant, corrigiam tamen retinentes, ac defe-  
rentes: eisdem Priuilegijs, gratiis, immunitatibus, & indul-  
gentiis gaudeant, quibus ipsi Mantellati, & Mantellatæ gau-  
dent, & gaudere possunt, O. ffo. 79. conce. 238.

Collector.

Quæ nam sint illa, quibus præfati Mantellati gaudere pos-  
sunt, habentur in dictione **Communicatio Priuilegiorum.** §.  
23. & 24. & 28.

## ANNOTATIO CORDVBÆ.



**V**oad §.7. vid. i. sup §.20. quia ibi latius declarat hoc privilegium Six. IV.

Quoad §.10. notandum primò, quòd illa Bulla Six. IV. quum ibi allegat Collector, tanquam in usu non sit, & nunquam usa, & per non usum abolita, non valet,

**B** neque debuit allegari supra, tit. Excommunicatio §.14. & supra, tit. Simonia §.1. Notandum secundò, quòd idem Six. IV. f. 53. concessit Tertiarijs utriusque sexus partium Italiae, gaudere Privilegijs personarum Ecclesiasticarum, tam fori, quam personæ, fulminans excommunicationes ipso facto in iudices, Communitates, & alios quoscunque grauant eos, contra prædictum privilegium; ut hoc etiam ait, & refert Collector paulò inferius, ibidem f. 57. post tertium gradum Tertiariorum.

**C** Tertio notandum, quòd etiam si supradicta Bulla Six. IV. quæ allegata est in §.10. esset valida, & in usu, nih.ominus tamen possent gaudere nostris privilegijs, & indulgentijs omnes alij, quibus specialiter per Papam id conceditur, ut dictum est, & annotatum sup. tit. Excommunicatio §.14. & tit. Indulgentiæ, quoad seculares, per totum; ut sũt Syndici, Procuratores, Medici, Familiares, & alij eiusmodi suo modo; prout eis conceditur per Papam: quia Clem. VII. confirmavit omnia nostra Privilegia de nouo, ut sup. tit. Privilegium §.32. habetur,

**D** & ibi annotatum est. Sed & de Tertiarijs, qui & quo modo possent gaudere nostris Privilegijs, latius dicitur infra §.20.

**E** Quoad §.20. ubi ponitur Concessio Concilij Lateranen. notandum, quòd Leo X. f. 28. postea idem magis declarando concessit, quòd mulieres uirginalem, aut calibem uitam solenniter uouentes, etiam si non uoueat solenniter, aut profiteantur aliquam Religionem, nec alia nota Religionis, etiam si sint in domibus proprijs, uel seorsum, seu in domibus consanguineorum, aut affinium suorum habitantes, gaudere debeant, & frui Privilegijs, & immunitatibus prædictis, scilicet, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertie Regulæ habitum portant, potiuntur, & gaudent. Nullis obstantib. Ex quibus, ut ait quidam Pater satis eruditus, patet primò, quòd, ut professio Tertiariorum utriusque sexus habeat uim Voti solennis, quoad impediendum, & dirimendum matrimonium: requiritur, quòd fiat in Communitate, ut paulò superius §.7. statuerat Six. IV. f. 33. ff. 117. quia de hoc loquitur tantum ibidem Six. IV. ut patet. Sed ad gaudendum Privileg. nostri Ordinis, non re-

quiritur, quòd aliqua professio mulierum fiat in communitate, neque **A**  
quòd Tertiarij utriusq; sexus uiuant in communitate: sed solùm requi-  
ritur. & sufficit, quòd mulieres solenniter uoucant castitatem, & quòd  
portent habitum Tertiariarum; ut hic dictum est, in utraq; Concessio-  
ne Leo. X. fffo. 26. fffo. 28. ut habetur in hoc. §. 20. simul omnia col-  
ligendo.

Ideò secundò notandum, quòd ubicunq; Collector dicit, quòd ad gas  
dedum nostris Priuilegijs, oportet quòd Tertiarij utriusq; sexus faciãt  
professionem in communitate, seu quòd uiuant in communi, debet ca- **B**  
stigiari, & enendari, secundùm quòd iam hic annotatum est. quia, ad  
gaudendum priuilegijs nostris, non requiritur, quòd mulieres fecerint  
professionem in communitate; neque quòd uiuant in communitate: sed  
ut dictum est, & annotatum sup. hoc. §. 20. Ideò emendetur, secundùm  
hoc, id, quòd dicit Collector paulò inferius, fo. 156. ubi dem linea 23. ubi,  
epilogando à primo gradu Tertiariorum, dicit, quòd debet intelligi de  
illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea uiuunt ex-  
tra) tu dic, quòd sufficit, quòd solenniter uouerint castitatem: tales mu- **C**  
lieres, & habitum Tertiariorum portent; ut dictum est.

Item eo. fol. 56. in 2. philura, infra, linea 14. ante finem ipsius pri-  
mi gradus Tertiariorum, ubi dicit Collector, quòd non debet intelligi  
nisi de illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea uir-  
tute alicuius dispensationis, uiuunt in particulari. Tu dic (ut dictum  
est) sufficit, quòd mulieres uouerint solenniter castitatem, & habitum  
portent Tertiariarum, etiã si sint extra communitatem. Item fo. 157.  
in 3. gradu Tertiariorum, linea 6. ubi dicit Collector, & qui post assũ- **D**  
ptionem, uel receptionem huiusmodi habitus, ac etiam emissionem pro-  
fessionis extra communitatem, &c. Tu dic, quòd sufficit, quòd mulie-  
res solenniter uouerint castitatem, &c. ut dictum est, ad gaudendum  
nostris Priuilegijs, & ad habendum potestatem super eas, secundùm  
quòd habetur in eo. Comp. eo. tit. 5. 8. & §. 21. fol. 154. fol. 118. se-  
cundùm Six. IV. fol. 8. ff. 92. & Leo. X. ff. 35. expressè habetur. Et sic,  
quoad gaudendum nostris priuilegijs Collector dandem in 2. resolutio-  
ne, quàm breuiter facit, fol. 157. uide tur tacitè se retractare, & emē- **E**  
dare seipsum, concordans nobiscum, sicut annotatum est; dicens abso-  
lutè, quòd Tertiarij, de quibus ibi agit, possent gaudere nostris priuile-  
gijs; non limitando, si mulieres fecerunt professionem in communitate;  
aut si omnes utriusq; sexus Tertiarij uiuunt in communitate, an non:  
quia quoad mulieres, non requiritur, quòd fecerunt professionem in  
communitate; & quoad omnes utriusq; sexus Tertiarios, non requiri-  
tur, quòd uiuant in communitate; sed ad gaudendum nostris priuilegijs,  
sufficit.

**A** Sufficit quod Mulieres vouerunt sollemniter castitatem vbicunque, & portant habitum Tertiariarum. Viris autem sufficit, & requiritur, quod fecerint Professionem Religionis in communitate, sicut alij vere Religiosi: quamuis postea, virtute alicuius priuilegij, vel alijs uiuant in particulari seorsum in Eremitarijs, seu alibi, ex concessione Prælatorum, vel Papæ: quia isti sunt, vere Religiosi. viri, gaudentes Priuilegijs Religiosorum; vt dictum est.

**B** Quoad resolutionem, seu notabile, quod Collector, fo. 156. post .s. 25. vsque fo. 157. inclusiue facit, vide quod supra est annotatum, in .s. 20. & secundum ea limita, & intellige omnia, que hic Collector dicit, quod a mulieres Tertiarias nostri Ordinis: quia ad gaudendum nostris Priuilegijs, non requiritur, quod illæ fecerint Professionem in communitate, neque quod uiuant in communitate: sed sufficit (vt dictum est) quod ipsæ mulieres fecerunt sollemniter Votum Castitatis, & quod portent habitum Tertiariarum, quamuis tales non sunt vera Religiosa, ex quo non vouent sollemniter tria Vota, aut Professionem Regule approbatæ, non faciunt in communitate, sicut illæ vera Religiosa: de quibus Six. 4. & Leo X. vbi sup. s. 7. s. 21. habetur in Compendio. Et notandum, quod omnes mulieres Tertij Ordinis, modo vouerint castitatem, modo non; modo gaudeant priuilegijs nostris, modo non; quæ non sunt vere Religiosa, vt dictum est, uocantur multis nominibus; nam in Italia vocantur Bizochæ, alibi Pynzochera, in Hispania Beata, alibi Mantellatæ, & communiter dicuntur etiam Tertiaria, seu de Penitentia. Illæ verd, quæ sunt vera Religiosa, tria Vota sollemniter emittentes in professione in communitate, quamuis postea ex concessione uiuant in particulari, seu seorsum in suis domibus; dicuntur Religiosa, seu Monachæ, seu Sorores, Tertiarie, seu Tertij Ordinis; ut de his sup. tit. mulieres. s. 1. dictum est.


**C** Quoad vltimum notabile, quod Collector tandem fo. 157. fo. 158. ponit circa hanc materiam, vbi dicit Collector, quod solus Beatissimus Pater noster Franciscus, inter alios Religionum Institutores, instituit Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, &c. Notandum, quod Flørent. in

**E** 3: parte historiali, tit. 23. cap. 14. s. 2. dicit, Beatum Dominicum etiã instituisse Tertium Ordinem, seu Tertiarios Fratres, & Sorores de Penitentia: Et fortè hoc fecit imitando Beatum Franciscum in hoc; qui fuit contemporaneus eidem. qui quidem B. Pater noster Franciscus; quia primus omnium hos Tertiarios, seu Fratres de Penitentia instituit: idè ei specialius Ecclesia hoc tribuit, specialius de eo cantans. Tres Ordines hic ordinat, & cetera. quod autem Augustinen. etiam habeant suos Tertiarios, seu Corrigitos Fratres de Penitentia, patet

ff. 249. & de Carmelitis similiter, quod habent suos Tertiarios, patet A  
ff. 180. & de his latius sup. in Compendio, tit. Mulieres.

Quoad §. 26. ubi ponitur Priuilegium Six. IV. ff. 184. error librarij est in ff. nam debuerat esse cum duplici tantum ff. ffo. 184. & f. 101.

Quoad §. 28. ubi ponitur alia concessio Six. IV. ff. 247. similiter dic, quod est error librarij, seu scriptoris, nam debet cum duplici ff. esse ff. 247.

 CAPVCCINI ANNOTATIO. B



Quoad hanc materiam Tertiariorum, est primò notandum, quod eorum duæ reperiuntur Regulae factæ, una à Seraphico P. Francisco, à Nic. V. approbata, & altera à Leone X. ut dicitur infra, post Compendiũ, f. 43. ubi ista Regulae ponuntur: & ibi dicitur pro quibus Tertiarijs seruit prima, & pro quibus altera. Et de Regulis Tertiariarum tractat Collector, supra, in uerbo Ingredi Monasteria, f. 106. C

Qui Tertiarij possunt nostris priuilegijs gaudere.

Secundò notandum, quod nunc ( quicquid dicat ipse Corduba hic in §. 20. de ipsis Tertiarijs, quando possint nostris gaudere Priuilegijs ) per Const. Pii V. 63. Ea est officij nostri, anno 1568. editam; Et per Const. 35. Greg. XIII. Ex benigna, anno D. 1575. solum illi possunt nostris Priuilegijs, Exemptionibus, immunitatibus, & c. gaudere, qui sunt Tertij Ordinis S. Franc. de Penitentia nuncupati, in Congregatione uiuentes; ac tribus uotis substantialibus astricci, ac professi, & sub Ordinis Minorum Superiorum Regularis obseruantie obedientia degentes. Hæ clausulae, & conditiones punctualiter, & specialiter ponuntur in præfatis Bullis Pii V. & Greg. XIII. quarum prima est Reformatiua ipsius Tertij Ordinis. Altera uerò est Confirmatiua Priuilegiorũ Ordinis, & c. Ad eò, quod hinc tollitur omnis questio. Illi autem alij Tertiarij, qui supradictis carent Conditionibus, & in suis domibus uiuunt, carent etiam & huiusmodi Priuilegiarum communicatione, & exemptione, & c.

Vide p hoc etiam Conc. Trid. sess. 2. de Reform. cap. 4.

Tertio notandum, quod in supradicta Bulla 63. Pii V. quæ est Reformatiua ipsius Tertij Ordinis, inter alias declarationes, & determinationes, habentur istæ sequentes, uidelicet. B

Ex: incitio officij Visitatoris, Ministri. & Vicarij eorum, ut post hæc nullus Minister, Vicarius, ac Visitator Generalis de dicto Ordine habeatur.

Subiectio eiusdem Ordinis tam Virorum, quam Mulierum, eorũque honorum, & c. Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum Minor. de obser-

**A** de obseruantia, à quibus debeant visitari, corrigi, &c. quemadmodum illis est in suo proprio Ordine attributum. Ac ut ipsis Prælati omnimodè obediant, præcipitur.

In Capitulis eorum interueniat Generalis, uel eius Commissarius, uel illius Prouinciæ ubi celebratur Capitulum, Prouincialis de Obseruantia.

Electioes Visitatorum Prouincialium fiant de idoneis Fratribus Tertii Ordinis huiusmodi per secreta suffragia, & alias eo modo, quo fit de Fratrum Minorum de obseru. Prouincialibus. Et per prædictum

**B** Ministrum generalem confirmentur.

Et hæc officia annualia esse gita, ut elapso priore anno, illa uacare cæseantur. Visitatores autem possint, si idonei reperiantur, etiam eodem modo eligi, & confirmari in secundo, & tertio anno. Sed omnes suis huiusmodi officiis quandocunq; perfuncti, denuò ad illa, nisi transacto sexennio, nequeant reuocari.

Et supradictorum Visitatorum potestas tanta sit cum suis subditis, quanta est Prouincialis cum suis Fratribus.

**C** Fratres, & Sorores huius Tertii Ordinis professi, nihil priuatim, uel proprium habere possint: sed omnia ubiq; communia esse debeant, & contra faciens sui rei pœna puniatur.

Sorores huius Tertii Ordinis in communi, & sub clausura uiuere debent.

Confessores, & Concionatores earundem, approbati debent à Ministro Generali, uel Prouinciali.

**D** Et huius Tertio Ordini conceduntur omnia Priuilegia Minorum de obseru. ab eodem Pio V. in eadem Bulla; Et à Greg. XIII. in alia sua supra citata.

De Indulgentiis Tertiariis concessis, uide supra in uerbo Indulg. & de facultatibus pro absolutionibus peccatorum, & Sacramentorum ad ministracione; uide supra, in prima parte, in uerbo Absolutio.

Tertiaria, quando, & quomodo teneantur seruare Clausuram, & de nonnullis aliis notabilibus, circa hoc, uide supra, etiam in eadem prima parte, f. 165. B. Et quomodo Tertiaria inclusa ueniant appellatione

**E** Momalium, uide in hac parte secunda, supra, f. 90. E.

### TRANSIRE AD ALIOS ORDINES.

**Q**ualiter possint, aut non possint Fratres Minores transire de sua Religione ad aliã, uel de vna obedientia ad aliam, dictum est in dictionibus Apostata, & Nouitius, & Obedientia, & Obseruantes Fratres, & Recipere Fratres.

VEN-

Colleg.



V E N D E R E.

*Distinctio materiae Venditionis.*

Collector.

**N**onnulla reperiuntur in privilegijs Fratrum Minorum, quæ pertinent ad materiam Venditionis. Et horum aliquæ spectant ad Fratres: alia verò ad Moniales, curæ ipsorum commissas; prout infra patebit.

Procurator  
vel syndicus



**N**ICOLAUS III. concessit, quòd cum expedierit vtilitati Fratrum Minorum Vendere, aut commutare aliquas res, vsui eorum prius concessas, commutatio talium rerum, pro rebus, quibus vsum Fratribus liceat habere, procedat, seu fiat auctoritate, vel licentia Generalis, & Prouincialium Ministrorum in suis administrationibus, coniunctim, aut diuisim. Voluit tamen, & ordinauit, quòd si res huiusmodi estimato pretio vendi contigerit, fiat per Procuratorem, vel Syndicum à Sede Apostolica, vel à Protectore Ordinis deputatus, & quòd per eum pecunia, pro pretio rei venditæ habita, recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vsum Fratribus licet habere. Habetur in declaratione Exijt qui seminat, b. ffo. 10. in 2. tractatu, Et B. fo. 8.

Superfluitates.

**C**LEMENS V. declarauit, non licere Fratribus Minoribus habere hortos, vt colantur: ac olera, & alia hortalia pretio distrahantur. Et idem de quibuslibet alijs rebus. Habetur in declaratione Regulæ, quæ incipit Exijt de paradiso, fo. 14. tractatu 3. Et ffo. 15. in 2. tractatu.

Apostate.

Concilium Constantiense statuit, qualiter Generalis Fratrum possit facere vendi res superfluas Conuentuum Reformatorum; prout habetur supra, in dictione Generalis Ordinis, §. 3. Et in dictione Alienatio. §. 3.

Eleemosynas.

**L**E O X. fecit quandam Concessionem super venditione bonorum, quæ aliqui Fratres Minores acquisierunt, cum extra obedientiam Ordinis enagarentur. Sed hæc etiam posita est in dictione Bona. §. vltimo.

Idem Leo fecit aliam Concessionem circa commutatione, seu venditionem eleemosynarum super abundantiam; prout habetur in dictione Eleemosynas, §. vltimo.

Idem Leo respectu venditionis, seu alienationis bonorum.

Monas-

**A** Monasteriorum Monialium Sanctæ Claræ, & tertij Ordinis, De bonis  
fecit duas Concessiones, quæ positæ sunt in dictione Alienatio  
rerum .s. 4 & 5. Monialium.

CLEMENS VII. circa hanc materiam fecit quandam Con-  
cessionem, quæ habetur et in dictione Alienatio .s. ultimo.

## VICARIVS.

*Distinctio materie Vicariorum.*

**B** De multiplicibus Vicarijs reperitur facta mentio in Priui Collector.  
legijs Fratrum Minorum. ¶ Et primò de Vicario totius  
Ordinis ; qui cedente, vel decedente Generali Ministro eligi  
debet. ¶ Secundò de Vicarijs Generalibus, & Prouincialibus  
cismontanis, & vltromontanis, qui per Concilium Constans  
tense fuerunt ordinati pro regimine Fratrum Minorum Re-  
gularis Obser. ¶ Tertiò de Vicarijs Conuentuum, vel Domo-  
rum prædictorum Fratrum, seu Monialium eis commissarum.  
Et de singulis istorum dicentur infra aliqua, quæ ad eos spectant.

**C** *De Vicario totius Ordinis.*



**N**ICOLAUS IV. statuit, & ordinauit, ac districtè  
inhibuit Fratribus Mino. nè deficiente Ministro  
Generalis possint eligere, aut constituere aliquem  
Fratrem in Vicarium Ordinis præfati, absq; Ro-  
mani Pontificis, & Protectoris eiusdem Ordinis  
licentia speciali, per ipsius Romani Pontifi-  
cis patentes literas concedenda, facientes plenam, & expres-  
sam de hmoi literis mentionem, b. fo. 31. Et ffo 32. conce. 33.

*De Vicarijs generalibus, & prouincialibus.*

**C**oncilium Constantiense statuit, quòd Prælati Superio-  
res Fratrum Minorum Regularis obseruantie appellarè  
tur Vicarij Generales, & Prouinciales respectiue. Et hoc idem  
confirmauerunt multi alij Summi Pontifices, ac ordinauerunt  
multa, & varia, circa huiusmodi Vicarios. ¶ Sed quia post Ca-  
pitulum generalissimum totius præfati Ordinis Romæ cele-  
bratum, translatum est officium Ministeriatus ad Fratres Mi-  
no. obser. ac per consequens cessauit denominatio prædictorum  
Vicariorum, & omnia illa, quæ respectu talis denominationis  
fuerant statuta, seu concessa, similiter cessauerunt: ideò super-  
fluum foret hic illa ponere.

*De Vicarijs, & Confessoribus Monialium.*

**I**NNOCENTIVS IV. statuit, quòd Fratres Mino. qui in  
Monast. Monialiū fuerint deputati pro seruitio illarum, in  
spiri-  
De Vicarijs  
Monialiū.

spiritualibus duntaxat deseruiant; ut habetur latius in dictione A  
ne Monasteria .§. 2.

4  
Particulare  
pro Hispania  
De duratiōe  
Vicariatus.

IULIUS II. statuit, & ordinauit, quòd Confessores, seu  
Vicarij Monialium S. Claræ, & aliarum Religiosarum, sub  
cura Fratrum Minorum in Regnis Hispaniarum degentium,  
nullatenus possint, vltra triennium, officia huiusmodi exerce-  
re. Et quòd prædicto triennio finito, vel antea, si Ministro  
Prouinciali expediens videbitur, à prædicto officio absoluan-  
tur, B. ffo. 49. conce. 145. B

Collector.

Aduerte, quòd idem Iulius ordinauerat prius hoc idem, ge-  
neraliter loquendo de omnibus, & singulis officijs trium Or-  
dinum Beati Francisci; vt habetur in dictione Officia Ordinis  
.§. 2. ¶ Circa auctoritatem verò huiusmodi Vicariorum, vide  
aliquid infra, post .§. sequentem.

*De Vicarijs Conuentuum Fratrum Minorum.*

5  
De Vicarijs  
Conuentuū  
Fratrum.

I Dem Iulius in Communicatione amplissima, quàm fecit  
Fratribus Ordinis Mino. de Priuilegijs Fratrum Ordinis C  
Prædicatorum concessit, quòd ea, quæ spectant ad Vicarios  
Conuentuum, aut singularum Domorum præfati Ordinis Præ-  
dicatorum, similiter spectent, & pertinent ad Vicarios Con-  
uentuum & Domorum Ordinis Minorum, B. ffo. 228. conce-  
sione 533. Et ffo. 74. conce. 222. ¶ Hoc habetur latius in di-  
ctione Communicatio priuilegiorum .§. 13.

Collector.

Notandum est, quòd vt superius in nonnullis locis tetigi,  
appellatione Vicariorum apud Fratres Prædicatorum, non D  
ventunt Vicarij communiter vsitati inter ipsos: sed solum il-  
li, qui propter absentiam, aut carentiam Prioris eliguntur,  
seu instituuntur ad præsidendum, velut Priores. Et consimili-  
ter intelligendum est quoad Fratres Minores de illis Vicarijs  
duntaxat, qui apud eos vocantur Præsidentes: quia adest, vel  
deest Guardianus. Ad quod faciunt, quæ subsequuntur.

Quoad auctoritatem prædictorum Vicariorum Monialium,  
& Conuentuum Fratrum, fuit statutum in Capitulo generali E  
Albiensi id, quod sequitur.

Statutū ge.  
Pro Vicarijs  
Mon. & Fra-  
tuum,

Vniuersi Confessores Monialium nostræ familiæ habeant præ-  
senti Decreto semper actiue auctoritatem Prælatorum super  
Moniales in foro conscientia, quoad casus, & sententias; ha-  
beantq; similiter Guardiani, ac Vicarij Guardianorum in ab-  
sentia eorum. Habetur fo. 228. tractatu 3. Et ffo. 248. in  
tractatu 2.

Dein-

**A** Deinde in sequenti Capitulo generali, Laualis celebrato, facta est sequens Declaratio prædicti Statuti.

Declaratur, quòd illa clausula in Capitulo generali Albien si inserta, videlicet, quòd Guardiani, & eorum Vicarij habeant auctoritatè Prælatorum in foro conscientie, &c. sic debet intelligi, quòd, videlicet, auctoritas per Patrem Prouincialem concessa Guardianis, remaneat semper penes eorum Vicarios, seu Vicariorum Vicarios, ipsis Guardianis suum Conuentum,

**B** pro suis negotijs, exeuntibus. Habetur fo. 229. tractatu 3. Et ffo. 248. tractatu 2.

Statutū ge.  
Pro Guardia  
nis & suis  
Vicarijs.

## ANNO TATIO CORDVBÆ.



**C** *Q*uoad .s. 5. vbi Collector notat, & bene, quòd nomine Vicariorum Fratrum Predicatorum, intelliguntur illi, quos nos vocamus Presidentes Conuentuum; ut gaudere possint communicatione priuilegiorum ibi concessa, de hoc etiam latè dixit idem Collector, supra, tit. Absolutio ordin. quoad Fratres, post .s. 7. & ibi notationem fecimus, ibi videatur.

## VISITATIO, ET VISITATOR.

*Distinctio materie Visitationis, & Visitatorum.*

**D** **C**irca materiam Visitationis, & Visitatorum, sunt complura in Priuilegijs Fratrum Minorum contenta. ¶ Istorum autem quædam pertinet ad Visitationem Fratrum actiuam, & passiuam inter semetipsos. Et hæc posita sunt in dictione Correctio .s. 9. & quasi in omnibus .ss. Ac in dictione Exempti Fratres .s. 2. & 4. ¶ Alia verò attinent ad Visitationem Monialium S. Clare, quæ habentur in dictione Abbatissa .s. 9. Et in dictione Moniales .s. 2. & 3. & 17. & 22. & 26. ac 27. Et in dictione Generalis Ordinis .s. 13. ¶ Nonnulla insuper spectant ad Visitationem Fratrum, & Sororum tertie Regulæ Beati Francisci. Hæc autem continentur in dictione Tertiarii .s. 3. & 4. & 8. ¶ Attamen quoad Visitationem quarumlibet Monialium per Fratres Mino. faciendam, fecit Leo. X. quandam Concessionem, quæ habetur in dictione Ingredi Monast. Monialium .s. 32. ¶ Sed quoad licentiã, quæ ad Visitationis Monialium officium exercendum requiritur, notanda est sequens ordinatio Innoc. VIII.

Collector.

INNO-

I  
De Visitato-  
ribus, & Cō-  
fessorib<sup>9</sup> Mo-  
nialium.

Quomodo  
& quādo in  
Visitatio-  
nib<sup>9</sup> possit da-  
ri Indulgen-  
plē. vide su-  
pra, in verbo  
Indulg. ple.  
quoad Fra-  
tes. §. 16.



**I**NNOCENTIVS VIII. inhibuit sub gravi- A  
bus censuris, & pœnis: nè quispiam Fratrum  
Mino. Regularis obler. sine suorū Superiorum  
licentia, & deputatione, ac institutione præsu-  
mat accipere, & exercere officium Confessoris,  
seu Visitatoris Monasteriorum Monialium, Beguinarum, vel  
Sororum quarumlibet, aut temporalium dominorum, & alia-  
rum personarum secularium, seu Regularium vtriusq; sexus:  
etiam si ad id Apostolica auctoritate deputarentur. Et decre- B  
uit, quòd deputationes, quas sic fieri contigerit, sequentem  
conditionem habere debent: vt scilicet, Deputati ad officia  
prædicta, illa exercere possint, si ad id eorum sic deputationum  
Superiorum consensus, & licentia accedant, & non alio modo  
B. flo. 157. conce. 375.

## VNCTIO EXTREMA.

Collector.

**Q**uoad administrationem Sacramenti extremæ Vnctio- C  
nis sunt aliqua concessa Fratribus Mendicantibus, tam  
respectu suorū Tertiariarum, & familiarium, seu oblatorū,  
quàm aliarum personarum secularium. ¶ Ea, quæ concernūt  
Tertiarios, ac familiares Fratrum, habentur in dictione Ter-  
tarij. §. 19. Et in dictione familiares. §. 3. & 7. Et in dictione  
Absolutio ordinaria, quoad Fratres. §. 10. & 11. Et hic infra,  
§. 1. ¶ Illa verò, quæ pertinent ad omnes seculares, contine- D  
tur in dictione Sacramenta. §. 1. Et in dictione Communicare  
§. 6. & 10.

*Ex Privilegiis Monachorum Sancti Benedicti Obser. Hispaniæ.*



**N**ICOLAUS Francus Apostolicę Sedis Nun-  
tius, & Orator, cum potestate Legati de latere  
à præfata Sede deputatus in Regnis Castellæ, &  
Legionis, & Aragonum, concessit Monachis E  
Sancti Benedicti obseruantię Hispaniæ, quòd si-  
qui infra septa Monasteriorum infirmati fuerint, extremam  
Vnctionem dare Apostolica auctoritate liberè, & licitè possint,  
Parochialis presbyteri, vel alterius cuiuscunq; Episcopi,  
vel Superioris licentia, vel assensu nullate-  
nus requisitis, o.

**A** CAPVCCINI ANNOTATIO.

**N**OTA, quòd Episcopi nolentes dare oleum sanctum extrema  
 Vnctionis fratribus, essent valdè reprehensione digni: vnde Nea  
 poli obseruatur, ut sacrista post fer. quintam hebdomadae sanctae omni-  
 bus Religiosis istud petentibus dat, & vide supra in verbo Ecclesia  
 Fratrum, num. 2.

**B** VOTVM.

*Distinctio materię Votorum.*

**S**ciendum est vltimò, quòd in Priuilegiis Fratrum reperiū-  
 tur aliqua, pertinentia ad materiam Votorum. ¶ Horū  
 autem aliqua spectant ad personas Fratrum infirmorum, vel  
 debilium. Et ista habentur in dictione Dispensatio .§. 8. Et  
 quoad omnes Fratres, in eadem dictione .§. 28. Et hic infra .§.

**C** 1. ¶ Alia concernunt personas Monialium, quæ curæ prædicto-  
 rum Fratrum sunt commissæ. Hæc autem continentur in di-  
 ctione Absolutio extraordinaria, quoad Fratres .§. 7. Et in di-  
 ctione Dispensatio .§. 20. ¶ Reliqua verò respiciunt personas  
 Secularium. Et hæc continentur in dictionibus Absolutio,  
 quoad Seculares primò, in .§. 17. Et Absolutio quoad Secula-  
 res, 2. in .§. 12. ac 16. & 18. Et in dictione Dispensatio .§. 16. &  
 29. ac 30.

**D** *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*  
**B**ENEDICTVS XIII. concessit, quòd nullus  
 Monachus Sancti Benedicti teneatur ad aliquod  
 Votum cuiuscunque peregrinationis, quomodo-  
 cunque emissum, nec si sit de Hierusalem, nec Sã-  
 ctorum Petri & Pauli, aut Iacobi, aut aliud quodcunq; o.

**E** CAPVCCINI ANNOTATIO.



**N**otandum, quòd Confessores Societatis Iesu, commutare  
 possunt omnia Vota ( exceptis, vltimarinis, Petri,  
 & Pauli de Vrbe. S. Iacobi in Compostella, Castitatis,  
 & Religionis ) Ita concessum est a Paul. III.

Quam facultatem postea illis extendit Greg. XIII.  
 ad Vota etiam iurata, dummodò, commutatio non fiat in præiudiciū  
 terij: Ita habetur in eius Compend. Priuileg. Verbo Vota .§. 1.

CCCC Licet

Collectas.

Societati  
 Iesu.

Paulus III.

Greg. XIII.

Congregat.  
Caliuent.

Licet Prioribus Ordinibus, & Superioribus, personas volentes Ordini Casinensi sociari, quæ Religionem, locum, vel Ordinem alium quicumque, etiam arctiorem, ingredi volissent (tali Voto non obstante) ad probationem, & professionem recipere, eosque auctoritate Apostolica ab ipso Voto absolueret, & cum ipsis dispensare: dummodò, in tali Religione, seu Ordine de quo uouerint, professionem non emiserint; Quod si tamen, antè professionem emissam à tali Ordine recesserint, Dispensatio sit nullius roboris.

Eug. IV.

Ita concessit Eug. IV. prædictæ cõgregationi Casinens. Ord. S. Bened. anno D. 1436. & reperitur in Comp. Priuill. Fratrum S. Hieron. à Patre Garzia Collecto f. 170.

Camaldul.  
Mont. oliui.  
Carthusiis.

Idem fuit concessum Camaldulensibus, Congreg. Montis Oliueti, S. August. & Carthusiens. Vt habetur in eodem Compend. Verbo Nouitius, & dixi ego sup. in verbo Nouitius.

Et Paulus II. anno D. 1468. eidem Congreg. Casinens. Et Congreg. Canonic. S. Saluatoris in lauro (in cuius Compend. Priuileg. refertur fo. 14.) concessit, ut qui fecit Votum Religionis, assumens habitum Donati, vel perpetuò oblato, quandiu in isto statu permanserit, adimpleat Votum, & satisfecisse intelligatur in illo permanens. Ut habetur in prædicto Compend. priuill. S. Hieron. f. 171.

Sed ultra ea quæ à Collectore in locis assignatis prænotata esse ait, ego aliqua alia pro maiori huius materiæ voti dilucidatione subnecta.

Et primò est sciendum, quòd per quinque modos potest uotum aliquod tolli, per interpretationem, per irrotationem, per dispensationem, per commutationem, & per cessationem: per interpretationem est, quando cui denter quis scit non obligari, ob aliquam iustam causam: per irrotationem, quando Prælatus, uel alius superior potestatem habens supra uouentem, illud irritat, nec alia causa requiritur nisi uoluntas illius, qui ad irritandum facultatem habet, & quomodo irritatio possit fieri, uideatur Nauar. in manu. cap. 12. num. 64. ubi multa dicit de differentia, quæ est inter irrotationem, & duo sequentia: per dispensationem requiritur auctoritas Prælati, & causa rationalis & iusta; quæ, si deficiet, nihil talis dispensatio ualebit.

Per commutationem possunt facere confessorès, auctoritatem habentes, quòd quando, & quomodo debeat fieri, infra dicemus.

Per cessationem est, quando quis uouit aliquid usq; ad tale tempus, quò completo iam uotum cessat.

Secundò sciendum, quòd soli Prælati Ecclesiastici, vel eorum auctoritatem habentes, possunt dispensare, & commutare Vota, propter rationem, quam S. Thom. 22. q. 88. art. 12. communiter receptus reddit; un-

**A** dit: unde, non poterit quis auctoritate propria commutare *Votum* etiā in melius, nisi manifestum sit illud esse gratius Deo; ut pulchrè declarat Caiet. in prefato art. 12. & refert *Navar.* in man. cap. 12 tit. 25.

Tertio est sciendum, quòd solus Papa, uel qui potestatem ab ipso peculiarem habet, potest super quinque *Votis* dispensare, scilicet super *Votu* perpetue Continentia, Relig. Peregrinat. in Hierusalem, uel Romanam, uel ad Sanctū Iacobū Compostellē: & additur etiam, secundū *Navar.* 6. scilicet ad Sanctam Mariam de Loreto.

**B** In ceteris autem *Votis*, alii *Prælati* inferiores poterunt dispensare, ut *Episcopi*, uel qui iurisdictionē *Episcopale* sortiti sunt, ut probat *Navar.* uel quòd aliquod per hoc habuerint privilegium.

Et hic quarto est sciendum, quòd, licet simplex sacerdos possit à quocunque peccato, & quacunque excommunicatione, & fractione *Voti* in articulo mortis absolueri, non tamen potest, aut in *Votis* dispensare, aut aliquod illorum commutare: etenim sola peccatorum absolutio, non autem uotorum dispensatio illis conceditur, secundū mentem omnium

**C** *Dactorum*; ut dicit ipse *Navar.* loco supra citato, qui ait, etiam eum, qui non habet ampliore auctoritatem quàm commutandi, non posse dispensare, & qui non habet nisi potestatem ad dispensandum, non posse commutare: cum ista inter se sint ualde diuersa, & potestas, & privilegium dispensandi possit aliquid operari absque eo, quòd ad commutationem extendatur; ut respondet ibi opinioni *Soti* contrarium dicentis, scilicet, quòd qui habet potestatem dispensandi, quòd plus est, habet & ad commutandum. Nam hoc ait forsitan procedere in illis,

**D** qui sunt huiusmodi auctoritatem sortiti iure communi, & tanquam *Ordinarij*, non autem in his, qui privilegiorum ut, & tanquam delegati eandem adepti sunt.

Quinto est notandum, quòd qui habuerit auctoritatem dispensandi, & commutandi *Vota*, eandē habent auctoritatem in iuramentis eiusdem materia, ut tenet *Sotus*, & sequitur hanc opinionem *Directorium Curatorum*, & *Author Exp. Bullæ Cruciatæ*. §. 11. num. 110. contra *Navar.* in man. cap. 27. nu. 275. quòd ait opinionem *Navar.* posse esse

**E** ueram in casu, quòd quis promitteret dare, & statim iuramentum subiungeret: quia tunc iam concurrent duo uincula, ut ipse ait: si eus autē, quando quis simpliciter iurasset dare: quia tunc non esset, nisi unum uinculum, sicut in uoto.

Sexto est notandum, quòd *Papa Innocentius VII.* concessit confessoribus ritè presentatis ex ordine nostro *Fratrum Minorum*, ut possint in omnibus *notis* dispensare, in quibus possunt *Episcopi*, præter quàm in uoto peregrinationis ultra duas dietas, ut supra habetur, tit. Absolutio quoad

3  
Navar. in cō  
ment. in ca.  
non dicatis  
12. q. 1. nu.  
18.

4  
Nau cap. 12  
nu. 75.

4

5  
Sotus lib. 8.  
iust. & iure  
fo. 686. Di-  
rect. Curat. c.  
15. f. 182.

6



quoad seculares 2. §. 12. Et idem possunt alij Mendicantes, & eorum A  
 participantes, ut refert etiam Nauar. in manuali.

Nauar. cap.  
 12. n. 79.

7

Septimò est notandum, quòd supradicti Mendicantes confessores qui  
 uirtute priuilegiorum suorum, uel alij, qui uirtute alicuius Bullæ in su-  
 pradictis uotis dispensant, uel commutant, non possunt hoc agere, nisi in  
 sacramento penitentiae.

Sed quando tales dispensationes non sunt per uirtutem alicuius Bul-  
 læ, uel Iubilei, nisi per uiam autoritatis, sicut habent Papa, Archie-  
 piscopi, Episcopi, Generales, Prouinciales Abbates, Priores, uel Guar- B  
 diam pro suorum subditorum uotis, tunc tales dispensationes possent  
 fieri ex causa rationabili in foro exteriori, &c. Nonnulla alia pro hac  
 materia, uide supra in Verbo Dispensatio.

## F I N I S.

## S E R I E S C H A R T A R V M. C

a aa Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii kkk Lll Mmm  
 Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz Aaaa  
 Bbbb Cccc.

Omnes sunt quaterniones, præter aa quinternionem & Cccc  
 simplicem.

Imp. *Ardicinus Biandrà Vic. Gen. Neap.* D

M. Cherub. Veron. Theol. Vidit. R. f. 6.

## N E A P O L I.

Ex Typographia Stelliolæ, ad Portam Rega- E  
 lem. M. D. XCV.

ABSOLVTO  
 PRIVILEGIORVM  
 COMPENDIO RESTAT  
 IAM PONERE ILLA ALIA  
 INTERTIA EIVS PAGINA  
 PROMISSA.

ET PRIMO PONVNTVR BVLLAE QVAEDAM  
 necessario semper prae manibus à Regularibus habendae, quae in Bul-  
 lario, vel alibi ( vt infra ) authenticè reperiuntur posite.  
 Deinde ordines, quidam obseruandi ad Induendum, Nouitium, Mo-  
 nialem, Fratres & Sorores Tertij ordinis S. P. Francisci. Ac eo-  
 rum Regula: & Ad induendum pueros, & puellas ex voto; ac ad  
 Benedicendum Velum, & Abbatissam, necnon & Corporalia.  
 Postremo Ponuntur Formulae absolutionum, secundum moderniore[m]  
 institutum, in Confessionibus faciendae.

BVLLAE SVNT ISTE VIDELICET.

Confirmatio, & concessio omnium Priuilegiorum, Indultorum,  
 Exemptionum, ac gratiarum Ordinibus omnibus Mendi-  
 cantium, & non Mendicantium, concessorum, & conceden-  
 dorum, facta à Clem. 7. Fratribus Minoribus sancti Francisci  
 Regularis Obseruantiae; Quae est valde notanda, etiam ab  
 omnibus participantibus supradictorum Priuilegiorum ob  
 communicationem quam inter se habent Priuilegiorum; &  
 adducitur authentica à Reuerendis. P. Christophoro de Ca-  
 pite fontium in Compendio per ipsum edito.



**LEMENS VII.** Ad perpetuam rei me- Bulla r.  
 moriam. Dum fructus vberes, quos ordo sacer  
 dilectorum fratrum Minorum regularis Ob-  
 seruantiae, in agro militantis Ecclesiae cū pro-  
 pagatione Religionis, ac defensione, & aug-  
 mento fidei Catholicae ac salute Christi fide-  
 lium produxit haecenus, & in dies produxit  
 diligenter attendimus, dignum, quin potius  
 debitum putamus, vt eius statum prosperum,  
 & tranquillum, omni diligentia procuremus, illius religiosas personas  
 \* specia-

specialibus fauoribus, & gratijs prosequamur. Hinc est, quod nos Motu  
 Proprio, & ex certa nostra scientia tenore presentium omnia, & sin-  
 gula Priuilegia immunitates, exemptiones præsertim de non solu-  
 endis Clericis secularibus, quartam funeralium, quoad fratres in posses-  
 sione, non soluendi quartam huiusmodi existentes, ac omnia, & singu-  
 la indulta, Indulgentias peccatorum remissiones, & gratias, dicto Mi-  
 norum ac sanctæ Clara ac tertio de penitentia nuncupato, ordinibusq;  
 illorumq; Fratribus Monialibus Sororibus, & utriusque sexus personis  
 atque Monasterijs, domibus Ecclesijs, & locis, quibuscunq; etiam per  
 modum extensionis, seu communicationis, & aliâs, quomodolibet per  
 quoscunq; Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac per nos, &  
 Sedem prædictam concessa, auctoritate Apostolica, tenore presentium  
 approbamus, & innouamus, & perpetua firmitatis robur obtinere, &  
 inuolabiliter obseruari debere, ipsosq; fratres Moniales, Sorores, per-  
 sonas, monasteria, domus, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus, &  
 singulis Priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, in-  
 dultis, indulgentijs peccatorum remissionibus, & gratijs, quibusuis cõ-  
 gregationibus dictorum Ordinum alterumq; Ordinum Mendicantiũ,  
 quomodolibet concessis, & concedendis, neque non etiam quibusuis fa-  
 cultatibus, & gratijs, sue professioni regularis obseruantie non contra-  
 rijs, alijs ordinibus, quibuscunq; non mendicantibus, quomodolibet  
 concessis, & concedendis, uti, frui, & gaudere posse, atque debere in  
 omnibus, & per omnia perinde, ac si eis specialiter concessa fuissent, &  
 constitutiones, in ultimo Capitulo generali dicti Ordinis Minorum re-  
 gularis obseruantie, in Prouincia Burgensi Regni Castellæ factas plena  
 robore, firmitatem obtinere, & ab omnibus, quandiu per Capitulum  
 aliud Generale dicti Ordinis mutata non fuerint inuolabiliter obser-  
 uari debere, necnon regulam ipsam per sanctum Franciscum, pro fra-  
 tribus Minoribus institutam obseruabilem, meritoriam, & c. cum om-  
 nibus, clausulis reuocatiuis. Datum Romæ, Apud sanctum Petrum, sub  
 annulo Piscatoris die 30. Maij, mille simo quingentesimo vigesimo quin-  
 to, Pontificatus nostri anno secundo.



## CAPVCCINI ANNOTATIO.

**N**Otandum, quod à subsequentibus Summis Pontificibus  
 fuerunt factæ aliæ Priuilegiorum confirmationes, & præ-  
 cipue à Greg. XIII. in Const. 35. Ex benigna, &c. anno Domi-  
 ni 1575. Et à Six. V. in Const. 16. in 2. parte Bullarij, qui in con-  
 firmatione Priuilegiorum Fratrum Minorum, & Monialium,  
 Sancti Francisci de Obseruantia ac S. Clara, & Tertij Ordinis

AB EXACTIONIBVS. 9

de Pœnitentia, illam apposuerunt clausulam ( quatenus sint in usu, & Sacris Canonibus, & Decretis Sacri Conc. Trid. non aduersentur.

Et aduertendum, quòd dum in hac clausula dicitur Sacris Canonibus, & Decretis &c. non est intelligendum ( vt aliqui male sentiunt ) de Sacris Canonibus Summorum Pontificum in Decretis, & Decretalibus contentis; sed de Sacris Canonibus, & Decretis Conc. Trid. cum clare pateat. Ipsum Conc. & Canonibus, & Decretis constare, & illud operatur illa copula [ & ] coniungendo Canones cum Decretis Concilij Trid. Adeo videlicet male sentire eos mihi videtur, qui aiunt sub illa particula Canonibus, intelligi Decreta, & Decretalia Summorum Pontificum; & sub illa alia Decretis Concilij, ea quæ sunt in Conc. Trid. & quòd proinde nulla, aut paucissima, remanent Priuilegia, & ita esset equidem si hæc illorum valeret opinio. Sed quantum sit absurdissimum & à mente, & à verbis supradictorum Summorum Pontificum alienissimum, quis menti compos non videt? dixissent enim si vellent intelligi de Decretis, & Decretalibus, Quatenus sint in usu, & Sacris Canonibus Summorum Pontificum, & Decretis Sacri Concilij Tridentini.

DE EXEMPTIONIBVS AB EXACTIONIBVS,

Datijs, Gabellis, Pedagys, vectigalibus, &c. vtriusque sexus Religiosis personis ordinum Mendicantium concessis per Sanctissimum in Christo P. & D. N. D. Pium Diuina prouidentia Papæ V.

PIVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

**D**VM ad vberes, quos sacri mendicantium ordines in agro dominico quotidie faciunt fructus, attentè respicimus, & attentæ considerationis indagine perscrutamur, ipsorum Religionis sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu deuotum altissimo præstant famulatum. Dignum, quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet grauaminibus, promptiores eiusdem altissimi inhæreant seruitijs. Hinc est, quod nos volentes eosdem Mendicantium ordines, ac dilectos filios eorum fratres, & monachos, cæterasque personas ac etiam moniales quasilibet eiusdem ordinis sub illorum cura degentes specialibus fau-

In fauorè omniū clericorum vti de c. Quamquam, de cens. in sexto. & Cle. c. præsent. eod. tit. & Cœc. Trid. sess. 25. c. 20.

Has immunitates, et omnes alij Regulares per sua privilegia dicuntur habere, ut sunt Benedictini, et per extensionem factam a Pio V.

Exactio-  
nes, datia,  
gabellæ, pe-  
dagia, vecti-  
galia, colle-  
ctæ, imposi-  
tiones, one-  
ra quæcun-  
que, subdi-  
cū trienna-  
le, focola-  
ria, equo-  
rum taxa,  
Militū ho-  
spicia.

Exemptio d  
quadrante  
carnis pro  
singulis li-  
bris carniū  
Hic corri-  
gitur l. ad  
instruēt. cū  
glos. Doct.  
C. de sacro  
sanct. eccl.  
& olim cor-  
recta fuit  
per Auct.

ribus, et gratijs prosequi; Motu proprio, non ad alicuius nobis, super hoc, oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, et singuli Mendicantium Ordinum huiusmodi Fratres, Monachi, et dilectæ filie in Christo Moniales seu Sorores, ac aliarumque sexus personarum Regulares, ubilibet per totum Christianum orbem diffusi, et constituti, illorumque; Monasteria, Cænobia, Domus; Conuentus, Ecclesie, Cappellæ, Oratoria, et alia loca, etiam unita, ac membra, et dependentia; nec non terræ cultæ, et incultæ, possessiones, prædialia, agri, et alia omnia, et singula mobilia, et immobilia, ac semouentia, et ubilibet, ac in quibuscunque rebus consistentia bona, nec non eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarij, locatarij, et affluuarij, negotiorumque eorum gestores uniuersi quomodolibet nuncupati, nunc, et pro tempore existentes in perpetuum, ab omnibus, et singulis exactionibus, tam urbanis, quam rusticis, nec non datis, gabellis, pedagijs, vectigalibus, collectis, impositionibus, et oneribus ordinarijs, et extraordinarijs, ac tam realibus, quam personalibus, meris, et mixtis, etiam subsidio triennali, et augmento, ac focularibus, equorum taxis, militumque, hospitij, ac alijs quibuscunque nominibus nuncupatis, quantum auctoritate, quomodolibet impositis, et imponendis, et quæ laicis, ac alijs quibusuis quomodolibet imponi consueuerunt, et in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium, et rerum cuiuscunque generis, vel qualitatis existentium, tam per mare, et aquam dulcem, quam per terram, undecunque, et quomodocunque pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcunque mortuorum, et viuorum, et quæ alijs quomodolibet, et ex quavis causa, ac super quibuscunque rebus, tam in alma Vrbe nostra, quam extra eam, ubilibet locorum exiguntur, et in futurum exigentur; nec non a contributionibus, et solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu, et vestitu, quam quocunque alio vsu suo tantum, ac tam emendo, quam vendendo, et alijs quomodolibet negociando; nec non etiam a solutione quadrantis, pro singulis libris carniū de animalibus, quæ nunc, et pro tempore ex armentis occidi contigerit; nec non etiam, quæ in suis adibus prædijs, et possessionibus priuauim detinent, et nutriunt, et a contributione sumptuum, ac impensarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aqueductibus, muris, mœnibus, alijsue machinis struendis, et reparandis, seu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, et locorum quorumcunque, fortificationibus, nec non etiam alijs in omnibus, et per omnia, ac tam in dicta Vrbe, quam extra eam ubilibet, penitus, et omnino liberi, immunes, et exempti, ac libera, et exempta, liberaque, immunita, et exempta

praesint, & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur, quodque terrae, agri, & possessiones, & loca aratiua (vt praesertur) in illis, quae aliquando pro pascuis animalium ad certum tempus reseruantur, nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur, ac etiam monasteria, caenobia; aliaque omnia regularia loca praedicta, pro quorumcunq; militum, tam equitum, quam peditum hospitij, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusq; in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant; Et insuper q; fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quaecunq; bona monasteriorum, caenobiorum, & aliorum locorum regularium, praefatorum, ab alijs, quam à Syndicis, & Procuratoribus, Religiosis, Fratribus, Monachis, & Monialibus, illisq; personis praefatis exigi, illaq; dumtaxat in beneficium loci, vel sustentationem ipsorum Religiosorum, Fratrum, & Monialium impendi, nec per alios quoscunq; quouis nomine censeantur, nec in alium, quam praemissum usum conuerti, seu impendi possint, neq; debeant, nisi de consensu superiorum illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabunt, nec etiam soli tutores, aut curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctissij, aut alias nuncupati, de eisdem bonis vilo modo disponere possint; Quodq; id ipsum etiam de elemosynis, oblationibus; & quibuscunq; alijs donatiuis intelligi, & obseruari debeat; Apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus. Necnon Fratres, Monachos, Moniales, ac alias Regulares personas, eorūq; monasteria, caenobia, conuentus, ecclesias, cappellas, oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, praedia, agros, & bona, necnō laboratores, colonos arrendatarios, locatarios, affictuarios, ac gestores, praedicta (vt praesertur) libera, immunita, & exempta eisdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & esse decernimus; Mandantes propterea dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus, Camerae Apostolicae Camerario, Praesidentibus, & Clericis, ac commissarijs, agentibus, & officialibus quibuscunq; vt omnibus, & singulis, tam virorum, quam mulierum monasterij, Mendicantium ordinum huiusmodi existentibus, sub ditione nostra temporali, mediate, vel immediate constitutis, tantum sal, quantum pro eorum vsu suffecerit singulis annis, omni dilatione cessante, & contradictione remota, contribuere, ac assignare, ac contribui, & assignari facere debeant realiter, & cum effectu. Districte etiam in virtute sanctae obedientiae, & sub indignationis nostrae, ac excommunicationis maioris latae sententiae, ac duorum milium ducatorum auri de Camera, pro vna Basilicae S. Petri de vrbe, & pro altera medietatibus, singulis monasterijs, & locis praefatis, quae molestari,

Item nulli communitas. C. de Epif. & cle. & pro eodē faciūt cap. non minus. & c. aduersus, de immun. eccl. & c. Quinquā. de cef. in sexto. & cap. fin. de vi. & hon. & alia superius dicta.

Tenētur commissarij Ecclēsie dare salem Mendicantibus, &c. Excommunicatione latae sententiae.

**Pœna**  
2000. du-  
centorum.  
Toties quo-  
ties contra  
fit incurru-  
tur istæ po-  
næ.

Inhibetur  
exactorib  
& alijs da-  
tia: ijs, con-  
ductoribus  
appaltato-  
ribus, & cõ-  
munitatis.  
ne cõtraue-  
niant, &c.

Episcopi &  
eorum Vi-  
carij debet  
obseruari  
facere hoc  
privilegiũ  
inviolabili-  
ter.

Hoc privi-  
legiu n po-  
test solem-  
niter publi-  
cari.

Contra ga-  
bellarios,  
& alios col-  
lectores,  
aut exacto-  
res.

molestari, seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicandorum, pœnis, eo ipso si, & quoties contra factum fuerit, incurrendis; inhibentes tam illis, quàm dilectis filijs Legatis, Vicelegatis, gubernatoribus, potestatibus, datorum, gabellarum, onerum, & aliorum præmissorum exactoribus, conductoribus, & appartatoribus, nec non quibusvis communitatibus, & vniuersitatibus, illarumque officialibus, & personis, alijsque quibuscunque, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, quatenus præmissa omnia, & singula inuiolabiliter, & perpetuo obseruent, ac ab omnibus obseruari faciant; neque fratres, monachos, moniales, & alias religiosas personas, aliosque supra dictos super præmissis quomodolibet molestent, & perturbent, neque permittant, per quoscunque quomodolibet molestari, seu perturbari. Et si quis contradicere, aut quouis modo contrauenire præsumserit, per mandatum executiuum contra ipsum, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, vel præminentia fuerit, ipso facto procedi, & sic per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes (sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate) iudicari, & diffiniri debere, ac, quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, siue eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus, nec non dilectis filijs curiaë causarum cameræ Apostolicæ, generali Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs quarumcunque ecclesiarum Prælati, & personis, vbilibet, & in quibuscunque regionibus, terris, & locis, existentibus, ac alijs, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit, per presentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios, presentes litteras, & in eis contenta quacunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum, monachorum, monialium, aliarumque; religiosarum personarum præfatorum, fuerint requisiti, sollempniter publicantes, illisq; in præmissis efficacia defensionis presidio adfidentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos tututo, ordinatione, voluntate, declaratione, constitutione, deputacione, mandato, inhibitione, decreto, alijsque; præmissis, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, desuper per camerarium, præfidentes, clericos, & commissarios cameræ huiusmodi, nec non legatos, vicelegatos, gubernatores, collectores, gabellarios, & exactores prædictos, aut quoscunque; alios, ad aliquam solutionem, contributionem, vel præstationem præmissorum, occasione quomodolibet faciendam, quouis modo cogi,

& com-

AB EX ACTIONIBVS. 7

& compelli, aut aliàs contra presentium tenorem quomodolibet mole-  
 stari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles  
 per prædictas, aliasque opportunas censuras, & pœnas, appellatione  
 post posita, compescendo, ac legitimis, super his habendis, seruatis pro-  
 cessibus, in censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse, declarando, in-  
 terdictum ecclesiasticum apponendo, in uocato etiam ad hoc, si opus sit,  
 auxilio brachij secularis. Non obstant scilicet rec. Bonifacij Papa V I I I.  
 prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis,  
 dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium non extra-  
 habatur; ac omnibus illis, quæ in contrarium per quoscunq; officiales, &  
 quosuis alios, & præsertim per officiales ciuitatis nostræ Bononiæ, &  
 quosuis alios, & adducta sunt hætenus, & deducuntur in posterum,  
 ac adduci, & allegari possent; nec non quibuscunq; litibus, & causis,  
 tam in Romana Curia, quam extra eam, vbilibet, ac coram quibuscun-  
 que iudicibus, etiam palatij nostri, causarum Auditoribus, ac S. R. Ec-  
 clesie Cardinalibus super præmissis inter quoscunq; quomodolibet  
 pendentibus, ac etiam instructis, & ad sententiam deductis, vel etiam  
 a sententia terminatis nisi in fauorem ecclesie fuerint, & præsertim  
 quadã lite inter huiusmodi Regulares, ac Cives, & Communitatem di-  
 ctæ ciuitatis Bonon. in Romana Curia pendente, quas, & quam, ac om-  
 nes processus, & scripturas productas, & producendas, ac registra, &  
 sententias vbuis comperantes, & latas, ac ferendas ad nos, auocamus,  
 & penitus extinguimus, cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumq;  
 desuper silentium imponimus; nec non quibuscunq; Apostolicis,  
 ac in prouincialibus, & synodalibus, concilijs, editis, generalibus, vel  
 specialibus constitutionibus, & ordinationibus, etiam contra exemptos  
 quomodolibet editis, & edendis; ac etiam iuramento, confirmatione,  
 Apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, statutis, & consuetu-  
 dinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis, illis, & eo-  
 rum singulis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuscunq;  
 etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus; efficacissi-  
 mis, ac insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere, &  
 specie, etiam motu simili, & certa scientia, etiam concistorialiter, &  
 aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium concessis, ap-  
 probatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores presentibus  
 pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansu-  
 ris, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus contrarijs  
 quibuscunq; aut, si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Se-  
 de indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint  
 per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de

Potest for-  
 mari pro-  
 cessus con-  
 tra eos qui  
 non obier-  
 unt, &c  
 Potest pont  
 interdictū  
 contra non  
 seruantes  
 hanc Bul-  
 lam.

Nō obstac  
 aliqua huic  
 priuilegio.

Nunquā in  
 telligitur  
 hoc priuile  
 gū reuoca-  
 tū, nisi mē-



rio de eo  
fac de ver  
bo ad ver  
bum.

8 N O T A N D A  
verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ apud  
Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris, die xxix. Iulij. M. D. LXVI.  
Pontificatus nostri anno primo.

¶ Sed ut facilius supradicta materia exemptionum intelligatur, ali-  
quas declarationes appositas ab Auctore Catechesis Neapolitanæ in  
lib. 5. c. 2. sub eandem Bulla, ponere operepretinm esse duxi. Et sunt  
quæ sequuntur.

### S V B M O N I T I O.

**Q**uamquam privilegia concessa à Pio V. ordinibus Mendican-  
tium fuerint per Greg. XIII. in extrauag. In tanta, reuocata, &  
quantum ad alia privilegia olim dictis ordinibus concessa  
à Rom. Pontificibus, ea reduxerit in eum statum, in quo erant ante Con-  
cilium Trid. exceptis ijs, in quibus ei aperte aduersantur; Non tamen  
vlla ex parte hoc privilegium fuit sublatum, imminutum, aut alte-  
ratum. Et ratio fuit. Quia in hisce rebus iurisdictio Episcoporum,  
non solum non tollitur, aut minuitur, sed potius confirmatur, consoli-  
datur, ac roboratur.

### Notanda tempore Iubilei.

Vide Bullâ  
in Cœna  
Domini.

**T**empore Iubilei, aut similium gratiarum, illi, qui publicè  
non reuocauerint, deleuerint, & cassauerint ordinatio-  
nes, & decreta edita contra libertatem Ecclesiasticam, quantum ad  
eos spectat, non consequuntur effectum dicti Iubilei, & item debent  
hoc significare Papæ.

Hoc idè te  
ne de excõ  
munic. pro  
pter indebi  
tâ exactio-  
nem à Cle  
ricis in trã  
scu fluio-  
rum.

Item excommunicati, suspensi, & interdicti, vigore Iubilei absoluti,  
nisi satisfecerint ijs, propter quæ censura ipsæ lata fuerint, reincidente-  
runt, & reincident in dies in easdem censuras. prout declarauit  
Pius V. 1568. & Greg. xiiij. 1572. & 1574. in hæc verba videlicet.

Declaramus tamen tam presentes, quam alias quascunq; super con-  
cessione similium, vel dissimilium indulgentiarum à nobis, & præde-  
cessoribus nostris hæctenus emanatas. & insuturū quomodolibet ema-  
nandas litteras, Christi fidelibus ipsis, nisi in foro conscientia, & pœ-  
nitentiæ tantum, non autem in foro fori, & contentioso, nisi satisfecerint  
ijs, propter quæ censura ipsæ lata fuerint, nullatenus suffragari,  
eosdemq; Christi fideles illis iuxta huius nostræ declarationis formã,  
& tenorem, & non aliter, nec alio modo vti, aut eis se iuuare posse, &  
potuisse. Quinimmo eos in easdem censuras postmodum reincidentisse, &

impo-

imposterum reincidere. Sicq; ab omnibus quavis auctoritate fungentibus censeri, & iudicari debere; irritumque, & inane, quidquid secus à quoquam quouis pretextu, aut colore, scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Non obstantibus, & c. 1572. tertio idus Septemb. Pont. nostri anno primo.

Notanda super hac Apostolica declaratione.

**P**rimò, nota quod ista reincidentia pendet ex cap. eos qui, de sent. excom. lib. 6. & ita, quod hic docet Papa, non est nouum ius, sed veteris inculcatio, declaratio, & innouatio.

Secundò, collige, multas communitates ad huc remanere interdicto subiectas, aut saltem in interdictum relapsas, eo quòd non satisfecerint ijs propter quæ censura hæc in eas lata fuit à iure, vel ab homine. Nam pluribus in locis Italia, & extra ad huc remanent aliquæ ordinationes, aut decreta, quorum vigore multi exactores, aut quaterni scilicet, aut carnis, aut huiusmodi in personas Ecclesiasticas, aut etiam pro portu in transitu fluuiorum, ubi talia datia, & pedagia solent incantari, aut aliàs locari, adhuc in eodem officio excommunicationi, & censuris subiecto, perseverant. Quia videlicet præfata communitates, siue Potestates, Consules, Gubernatores, & Consiliarij, neq; etiam tempore Iubilei dictas ordinationes reuocauerint; nec ex eorum archiujs deleuerint, nec eorum exactoribus, quo minus dictas imposterum exactiones illicitas (etiam ex immemorabili tempore factas) facerent, aut continuarent, minimè inhibuerint, vide gloss. sing. Clem. præsentis, de cens. & remanebis attonitus.

Tertiò, nota tales exactores contra personas Ecclesiasticas, etiam reincidisse in excommunicationes, & censuras, propter prædicta incursum, nec excusari propter obedientiam, præsertim si se ad illud munus ingesserint; vt inquit Siluester in verbo Gabella, ac scito eos teneri ad restitutionem perceptarum gabellarum, datiorum, ac pedagogiorum, aut huiusmodi illicitarum exactionum, si tamen eorum communitates, aut aliàs Domini, aut Principes, quæcunq; fulgeant dignitate, etiam Regali, aut Imperiali, non restituerint cum effectu. Nam etiam tales Domini omnes incidunt in excommunicationem, si eorum tacito etiam consensu præfata exactiones, aut potius extorsiones, fiant, aut permittantur, & item tenentur ad restitutionem, non obstante quavis consuetudine, etiam longissima in contrarium; iuxta contenta in c. Quanquam, de cens. lib. 6. & Gab. in 4. dist. 15. & consentit Nauarrus, cum quo de hac re Romæ, locutus sum.

Infiniti hodie in hoc percant.

Nauarrus.

Quartò,

Nota super  
exactione  
gabellarū  
à laicis.

Nota.

Notabene.

Hoc idem  
sentit Fran-  
cis. à Tole-  
do.

Contra  
cōfessarios  
principū.

Quartò, scias me semper multum dubitasse, an multi Principes, & etiam Marchiones, ac Duces, & huiusmodi viri magnates (recognoscetes tamen superiorem in temporalibus, & à quibus de iure datur appellatio) receperint unquam virtutem Iubilei, immo, & remissionem peccatorum; Nam, cum non possint præfati Principes imponere subditis suis laicis, aliquod nouum pedagium, aut gabellam, neque etiam possint augere antiquam, neque vti valeant ipsis pedagys, reftigalibus, aut gabellis, iam olim impositis, aut auctis (nisi ab immemorabili tempore fuissent imposita, aut aucta) sine expressa licentia Romani Pontificis, aut sui Imperatoris, aut sui Regis; vt patet in cap. super quibusdam, de verborum significationibus, aliàs, à tempore Concilij Constantiensis citrà incurrerunt, & semper incurrunnt ipso facto in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ Domini, Papæ referuatam. Non possum bene videre, quomodo plures hodie Barones, Domini, Principes, ac præfati Duces, etiam in Italia, non reinciderint, & in dies non reincidant in dictam excommunicationem; cum multi ex eis absque legitima licentia, & sepefime, etiam sine legitima causa (quod peius est) subditis suis noua pedagia, aut portoria, aut gabellas, aut reftigalia imponant; aut augeant antiquitus imposita, aut saltem vtantur de nouo olim impositis, aut auctis pedagys, aut gabellis ab eorum progenitoribus. Qua in re non excusantur; neque ab excommunicatione (vt præfertur) incursum, neque etiam à restitutione, prout aiunt Doct. & probatur argum. cap. tua de vsuris; & Nota quòd non sufficit habere merum, & mixtum imperium ad hoc, vt quis possit imponere nouas gabellas, & cetera, vt supra: sed oportet habere summum imperium, sine recognitione; vt supra dictum est, vt Nauarrus vir doctissimus. Et propterea dicere possum cum Beato Ioanne. Potentes, potenter tormenta patientur, & item rectè dicere, Væ Mundo à scandalis; & demum cum Paulo Apostolo; Radix omnium malorum est cupiditas; Vnde miror ego quomodo Principum Confessarij damnabiliter hanc rem pertransiant, nam etiam ipsi in excommunicationem incurrunnt, si contra Bullam in Cœna D. tales supra dictos absoluant.

Quintò, Nota quòd, si quis excommunicatus, etiam Papali censura irretitus, contenta etiam in Bulla Cœnæ Domini, aut aliter quomodocunq; censuris subiectus, faciat debitam satisfactionem; aut pareat, cui parere debet, iuxta consilium sui confessarij, prudentiam habentis, non reincidit in posterum in censuras, neq; tenetur se Apostolico conspectui præsentare, etiam, si aliàs, vigore cap. eos qui, de sent. excom. ad se præsentandum fuisset obligatus; si tamen accipiat Iubileum, tunc, quando

quando pro tempore promulgatur à Papa.

Sexto, aduerte, quod argumentum hic à contrario sensu non valet, scilicet, ergo, si quis satisfecerit ijs, propter qua censura lata fuerint, poterit etiam, in foro fori frui beneficio Iubilei, non inquam valet, quia dictio exclusiua præcessit, videlicet, in foro tantum pœnitentiæ. Hinc autem collige, quod si quis post acceptum Iubileum accusaretur super aliqua incurfa censura, non poterit allegare gratiam acceptam in Iubileo, sed de iure poterit procedi contra eum, perinde, ac si nunquam dictum Iubileum accepisset; & proinde, noua absolutione in foro fori debet absolui; De æquitate tamen, mitius cum tali agendum erit, quàm si Iubileum non accepisset.

Fel. cap. de his, de accus.

Nonnulla alia Notabilia circa hanc materiam exemptionum occurrentia, videas, quæ supra dixi in Compendio in verbo, Exemptio.

DECLARATIO CLEMENTIS VII. CIRCA communionem in die Paschæ faciendam, pro partibus Hispaniarum; Quæ refertur authentica, ab Auctore expositionis Bullæ cruciatæ P. Emanuele Rodriguez f. 474. termone Hispano, testificante, iam idem hodie ibidem obseruari.

**L** Laurentius miseracione Diuina Episcopus Prænestinus Cardina- Bulla 3.  
lis Sanctorum Quatuor Coronatorum nuncupatus, ac maior Pœnitentiarius, vniuersis ac singulis prædictas literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum fœlicis recordationis Innocentius Papa III. in Concilio generali statuerit, omnes vtriusq; sexus Christi fideles, postquam ad annos discretionis peruenerint, saltem semel in anno peccata sua proprio Sacerdoti confiteri, ac iniunctam sibi pœnitentiam adimplere, & ad minus in Paschate Eucharistia Sacramentum suscipere debere, nisi fortè de proprij Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus, ab huiusmodi perceptione ducerent abstinentum, alioquin, & viuentes ab ingressu Ecclesiæ arceri, & morientes Christiana sepultura carere debere. Tamen sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Clemens Diuina miseracione Papa VII. sibi persuadens non fuisse intentionis legislatoris, animas illaquea re fidelium, ad communicandum præcisse in die Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, dummodò, semel in anno confiteantur, & ad minus, in Paschate suscipiant Eucharistia Sacramentum in part. bus Hispaniarum.

spaniarum, in quibus propter numerum communicantium esset impossibile, ut in die Paschæ Eucharistia Sacramentum suscipere possent. Christi fideles ipsos in Hispaniarum Regnis huiusmodi, si à prima die Cinerum vsque ad octauam Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, proprio Sacerdoti peccata sua singulis annis confessi fuerint, & intra dictum tempus Eucharistia Sacramentum, secundum eorum meliorem conscientia dispositionem, & arctiorem mentis deuotionem susceperint, viuæ uocis oraculo de super nobis facto, Canoni huiusmodi satisfecisse declarauit. In quorum fidem presentes literas, per Secretarium nostrum fieri, sigilliq; nostri parui impressione muniri fecimus, easq; manu propria subscripsimus. Dat. Romæ in Camera nostra solite residentia die 13. Mensis Februarij anno 1526. Pontificatus præfati Domini nostri anno 3.

Ita est Laurentius Episcopus Prænестinus Cardinalis Quatuor Cononatorum manu propria.

### BULLA PII QVINTI IN QVA PROHIBETVR

Fratribus Ordinis Prædicatorum, ne virtute alicuius Bullæ possint sibi eligere Confessores, & à Casibus reseruatis absolui: Ac Prouincialibus datur tota illa facultas cum suis subditis, quam Conc. Trident. concedit Episcopis in foro conscientia cum suis, in Absolutionibus, & dispensationibus, &c. Et adducitur à R. P. Passarello.

Bulla 4.  
Passarellus  
in suo com.  
tit. noranda  
privilegia.  
§. 10. fol.  
175.

**P**IVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam, Romani Pontificis circumspècta benignitas honestis petentium votis personarum, quæ sub Religionis iugo altissimo famulatum statum, & salubrem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & fauoribus prosequitur opportunis, exponi nobis nuper fecit dilectus filius prior Prouincialis Prouincia Hispania, Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod cum in Bulla Cruciatæ sanctæ, & alijs priuilegijs, quæ ab Apostolica Sede concedi solent, detur facultas eligendi Confessorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui possunt Christi fideles absolvere à casibus Ordinario reseruatis, & à quibusdam etiam, quæ dictæ Sedi reseruata sunt; Religiosi dicti Ordinis, seu eorum nonnulli etiam is facultatibus uti præsumunt, & illorum prætextu eligunt Confessorem aliquando præter eos, qui à suis Prælatis eorum confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentum, quare prædictus Prior humiliter nobis supplicare fecit, qua-

tenus

tenus in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur, &c. huiusmodi supplicationis inclinati talem concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessorem, & absolventi à Casibus reservatis, cum Fratribus, & Sororibus Monialibus totius Ordinis prædicti, tam Provinciæ Hispaniæ huiusmodi, quam extra eam vbilibet, locum minimè habere, neque censerì, sed nostræ intentionis existere, quòd iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò declaramus. Eisdem tamen Prælati, in usu huiusmodi potestatis se, cum subditis benignos, & faciles exhibeant præcipientes, mandantes. Et insuper, quia Sacrum Oecumenicum Concilium generale Tridentinum concessit Episcopis, vt absolvere possint in foro animæ, seu conscientie ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24. cap. 6. habetur, ne Prior Conventualis, & Superiores Prælati dicti Ordinis, tam in dicta Provinciâ, quam extra eam, vbilibet in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut seculares existant, eisdem Priori Conventuali, & superioribus Prælati, vt ipsi per se ipsos idem omnino possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis, sibi subditos, tam quò ad absolventi, & dispensandi huiusmodi, quam alias quascunque facultates, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuò concedimus, & indulgemus; atque etiam declaramus decernentes præsentis literas perpetuò durare, & valere, &c. ponuntur clausulæ sufficienter derogatoriæ aliorum in contrarium, & sufficienter confirmatoriæ huius indulti. Datum

Romæ apud Sanctum Petrum, sub  
annulo Piscatoris, die 21. Iu

lij 1571. Pontificatus  
nostri anno sexto.

G. Melchio  
ris.



**BULLA PAULI III. AMPLISSIMA CONCESSA**

Ordini Societatis Iesu, circa facultatem prædicandi in quibuscumque Ecclesijs, locis, & plateis; Ac absoluedi per Confessores approbatos à quibusvis criminibus, & peccatis, etiam Sedi Apostolicæ referuatis (exceptis in Bulla Cœnæ Domini, & vota commutandi, &c.) vt in ea est videre; Quam vidisse authenticam, Idem Auctor exposuit. Bull. Cruc. testatur, in Collegio ciuit. Valentia; cuius etiam participant Mendicantes omnes, & eorum participantes.

**DILECTIS FILIIS**

Moderno, & pro tempore existenti Præposito, & Sociis Societatis Iesu in alma vrbe nostra Canonice institutis.

**PAVLVS PAPA III.**

Bulla 9.

**D**ilecti filii, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum inter cunctas sollicitudines nostras quibus nos præmit Pastorale officium illa sit præcipua, vt gregi Dominico nobis supernæ dispositioni commisso animarum cura non desit, ne illum antiquus serpens humano generi inimicus indefessum, & impræparatum inuadat. Attendentes igitur ad fructus vberes quos in domo Domini hætenus produxistis, & producere non desinitis vestrae Religionis integritate, scientia, doctrina, moribus, & experientia plurimum in Domino confidentes, vobis quos alias Societatem vestram Dei Iesu approbandam, confirmando, & benedicendo, atque perpetua firmitatis munimine roborando, sub Apostolica Sedis protectione suscipimus. Et cuiuslibet vestrum, qui ad hoc onus idoneus repertus, & per vestrum Societatis Præpositum pro tempore existentem deputatus fuerit in quibusvis Ecclesijs, & locis, atque plateis communibus, seu publicis, & alias vbique locorum Clero, & populo verbum Dei prædicandi, proponendi, & interpretandi, ac eos viam veritatis edocendi, & ad bene, beateq; viuendum, ita vt in vobis verbo pariter, & exemplo edificentur in Domino hortandi, & monendi. Necnon illis ex vobis, qui presbyteri fuerint quorumcumque vtriusque sexus Christifidelium ad vos vndique accedentium Confessionibus diligenter auditis, ipsos & eorum singulos ab omnibus, &

singulis

singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunq; gradibus, & enormibus etiam Sedi Apostolicae reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententiis censuris, & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absoluedi, atque eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi, nec non vota quæcunq; per eos pro tempore emissa (Vltamarinis, visitationis liminum beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, necnon Religionis, & Castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi, &c. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die tertio Iulii, anno Domini 1545. Pontificatus nostri anno II.

**BVLLA PII QVINTI IN QVA PROHIBETVR**  
Fratribus Capuccinis ne ad Ordinem Sancti Francisci de Paula ingrediatur, & è contra Fratribus S. Francisci de Paula ad Congregationem Capuccinorum.

## PIVS PAPA V.

**A**D perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ solertia dum ad salutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentum vergere conspiciit, ne quod illis profuturum maturitate summa prodidisse comperitur noxium incauto ministerio efficiatur celeris provisionis opem asserre consuevit, prout in domino conspiciit salubriter expediri. Sane accepimus qui cum aliquando contingat aliquos Fratres Religiosos tam Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum, quàm eiusdem Santi Francisci de Paula Minorum, nuncupatorum de vno loco ad alium, etiam forsan absque suorum Superiorum licentia transferri, exinde perturbationes, & mala exempla inter eosdem Fratres sepius oriri solent. Nos cupientes perturbationibus, & malis exemplis huiusmodi quantum cum Deo possumus, obuiare. Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus ex Fratribus Capuccinis ad dictum Ordinem S. Francisci de Paula, nec è conuerso, quòd nullus Frater eiusdem S. Francisci de Paula ad Ordinem Fratrum Capuccinorum huiusmodi vllò vnquam tempore, & quacumq; etiam, & quantumcumq; iustissima causa, etiam de licentia suorum Superiorum, se transferre posse Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuò statuimus, & ordinamus. Decernentes statutum, & ordinationem huiusmodi per Fratres prefatos sub indignationis

Bulla 6.

Pius V.  
prohibet in  
gressu Fra-  
trū Capuc-  
cinorū ad  
Ordinē S.  
Francisci de  
Paula, & è  
contra.



tionis nostræ pœna, inuolabiliter obseruari debere, ac exnunc irritum,  
 & inane quicquid secus super his à quoq; quauis auctoritate, tam or-  
 dinaria, quàm delegata, scienter, vel ignoranter contingerit attentari.  
 Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus  
 editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationi-  
 bus, ac Statutis, & Consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;  
 Cæterum quia difficile foret, præsentis literas, ad singula quæq; loca,  
 in quibus de eis fides forsitan facienda foret, deferri, volumus vt ip-  
 sarum transumptis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicui-  
 us personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, in iudicio, &  
 extra (vbi opus fuerit) eodem prorsus fides adhibeatur, quæ præsen-  
 tibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostense. Datum Romæ apud  
 Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 6. Octobris 1567. Pon-  
 tificatus nostri anno secundo.

Fabricius Galletus Curia causarum Camera Apostolicæ Notarius  
 Cæsar Glorierius.

### B V L L A G R E G O R I I X I I I . N E C V I V I S

Religioso, & præcipuè Reformatis Fratrum Conuentualium,  
 ac Eremitis, habitum Fratrum Capuccinorum gestare  
 liceat, nec ita consimilem, quòd propter eum possent  
 credi Fratres Congregationis Capuccinorum.

Idem fuit concessum à Paulo III. à Pio III.

& à Gregorio XIII. Interdicitur etiam

Capuccinis ingressus ad Congrega-  
 tionem Reformatorum, qui-  
 bus inhibetur receptio  
 eorumdem.

Bulla 7.

Diuisio or-  
 dinis in Re-  
 gula S. Frã-  
 cisci permi-  
 scitur.

**B**eati Francisci Confessoris Sodalitas ab vno Fundatore instituta,  
 & ad eundem Dei finem ordinata, vniusc; Seraphicæ Religionis  
 nomine nuncupata, in plures Sodalitates, & membra, Apostolica per-  
 missione diuiditur, & quasi circum amicta varietate, pro vt pietas di-  
 uersimodè suadet, corde vno, & anima vna Deum colit, & instar agri  
 Dominici varios, atque vberes fructus quotidie profert, & ditiores,  
 & abundantiores, vt confidimus, indies proferre non cessat. Sanè cum  
 ad aures nostras peruenerit, alias sæl. record. Paulum PP. III. præ-  
 decessorem nostrum, inter alia, per suas, in forma Breuis, litteras, qui-  
 busuis personis, cuiuscunq; conditionis existerent, sub excommunicati-  
 onis lætæ sententiæ pœna, eo ipso incurrenda, ne habitum per Fratres  
 Ordinis

Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, gestari solitum, nisi in eadem Congregatione essent, & sub moderni, & pro tempore existentis Generalis eiusdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, gestare quoquo modo praesumerent, districtius inhiuuisse, & pia memor. Pium Papam Quartum, etiam praedecessorem nostrum, litteras eiusdem Pauli praedecessoris confirmando, insuper non solum, ne habitum praedictum, iuxta litterarum ipsius Pauli praedecessoris huiusmodi tenorem: Verum etiam, nec ita consimilem, quod propter eum possent credi Fratres Congregationis Capuccinorum, gestare deberent, sub eadem excommunicationis poena eo ipso incurrenda, prohibuisset. Et similiter fact. record. Gregorium Papam XIII. etiam praedecessorem nostrum, litteras praedecessorum huiusmodi, & in eis contenta quaecunq; pro expressis habendo, & innouando, Motu proprio, & ex certa eius scientia, eosdem Fratres, qui Tertiarij ex Ordine Conuentualium dicuntur, non solum capucium rotundum, sed etiam habitum coloris berettini, seu subcinericij ad instar Fratrum eorundem Conuentualium deferre deberent, ita ut à Fratribus Capuccinis facile discernerentur, sub eisdem Pauli III. & Pij IIII. poenis post sex menses ipso facto incurrendis statuisset, & ordinasse. Verum quia iidem Fratres, qui Reformati Conuentualium dicuntur, ita consimiles eisdem Fratribus Capuccinis incedere praesumunt, ut passim à populo pro Capuccinis habeantur, ac illis tanquam Capuccinis eleemosynae, & oblationes conferuntur, non sine graui plebis offensione, & scandalo, dum reputantur Capuccini esse: Idcirco, rationabile existimantes, ut qui ex instituto Regulae, atq; in vitae Regularis obseruantia vniformes non sunt, etiam habitus distinctione dignoscantur, utq; praedecessorum huiusmodi litterarum contemptus, & contumacia, seuerioris disciplinae censuram inueniat, ad euitandas etiam confusiones, & contentiones, quae ex inde oriri possent. Hac nostra perpetuo valitura constitutione singulas praedecessorum huiusmodi litteras, & in eis contenta quaecunq; pro expressis habentes, & harum serie approbantes, & confirmantes, atq; etiam innouantes; Motu etiam simili, & ex certa scientia nostra statuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus, huiusmodi Fratres Reformati non solum in Vrbe, sed etiam vbiq; locorum per vniuersum orbem existentes, ut verè, & realiter à Capuccinis distinguantur, & dignoscantur, praeter capucium paritè rotundum, & colorem berettinum, vel subcinericium, ut praemissum est, etiam mantellum longius ad Conuentualium longitudinem deferre, & mozzettam latam, & longam, non sub mantello, sed supra gestare teneantur. Insuper strictiori Capuccinorum praedictorum vitae consulentes, ne ab eis-

Causa cur  
expedita sit  
hac Bulla.

De hoc ta-  
men habue-  
runt postea  
gratiam.

Prohibitio  
Capucci-  
nis ne in-  
grediāt Cō-  
gregationē  
Reforma-  
torum, nec  
ab ipsis pos-  
sunt recipi.  
Contra E-  
remitas ge-  
stantes ha-  
bitum con-  
similē habi-  
tū Capuc-  
cinorum.

dem Reformati ipsi Capuccini admitti, vel recipi possint, sub eadem excommunicationis sententia, ipso facto tam ab ipsis Capuccinis receptis, quam Reformati recipientibus incurrenda, interdiciamus, & prohibemus: & nihilominus actum ipsum receptionis, & transitus tanquam indebitè factum, ex nunc, pro ut ex tunc irritum, & pœnitus nullum esse decernimus, & declaramus.

Et quoniam similiter accepimus, nonnullos alios, qui sub Eremitarum vocabulo nominantur, vagos, aut profugos, ac acephalos, sub nullius obedientia degentes, nec Episcoporum iurisdictioni se subijcientes sine aliqua licentia, vel loci assignatione, non sine graui fidelium scandalo huc, illucq; vagari, eorundem Fratrum Capuccinorum habitum, vel adeo consimilem gestantes, vt faciliè pro Capuccinis reputentur, Motu pari, eosdem Eremitas sine litteris dimissorijs alicuius Ordinis approbati, de cuius gremio sint, Episcopi loci illius vbi degunt, vagari, aut ex proprijs locis discedere non posse: & in primis ab habitu Capuccinorum eisdem saltè, vel alijs notioribus differentijs distinguui, & dignosci debere omninò præcipimus, & iubemus. Mandantes propterea vniuersis, & singulis Fratribus Reformati prædictis, eorumq; Superioribus, ac ipsis Eremitis acephalis, & sine obedientia itinerantibus, præter pœnas per prædecessores prædictos inflictas, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alijsq; grauioribus pœnis, arbitrio nostro imponendis, vt præmissa omnia, & singula omni excusatione, & tergiuersatione postposita, infra sex mensiū spatiū, à data præsentium computandum, statim adimpleant, & exequantur. Quòd si facere distulerint, vel neglexerint, eos per Alma Vrbe Vicarium nostrum hic in Vrbe, eiusq; districtu; ac per locorum ordinarijs, vbi Fratres prædicti reperiantur, per carcerationem, aliaq; opportuna, iuris, & facti remedia, prout contumacia cuiusq; exegerit, cogi, & compelli posse, ac debere volumus, & iubemus. Et nihilominus irritum, & inane decernimus, quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant quatenus opus sit, Regula nostra de iure quesito non tollendo, alijsq; Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & vtrarumq; Regularum, siue Ordinum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, Consuetudinibus, Regulis, & Institutionibus, Privilegijs quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, Fratribus, & Eremitis prædictis, eorumq; Superioribus, & personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisq; con-  
trarijs

trarijs quibuscunque. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides ubique in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ in Monte Quirinali sub annulo Piscatoris, die 6. Iulij 1591. Pontificatus nostri Anno primo.

M. V. estrius Barbianus.

**BULLA PII IIII. CONTINENS FORMAM**

Iuramenti professionis orthodoxæ Fidei, quæ obseruari præcipitur, à prouisis de beneficijs, ac dignitatibus, Ecclesijs, Monasterijs, & alijs locis Ordinum Regularium, & Militiarum.



**D**IVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam Bullæ rei memoriam.

**I**NIVNCTVM nobis Apostolica seruitutis officium requirit, ut ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Ecclesiæ suæ directionem, Sanctis Patribus in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi prope-remus. Cum itaq; iuxta Concilij Tridentini dispositionem omnes quos deinceps Cathedralibus, & Superioribus Ecclesijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, curam animarum habentibus, prouideri contingeret, publicam orthodoxæ Fidei professionem facere, seq; in Rom. Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoscunque quibus de Monasterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuscunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum quocunque nomine, vel titulo prouidebitur idem seruari, & ad hoc ut vnus eiusdem Fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaq; & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minimè desiderari, formam ipsam presentibus annotatam, publicari, & ubique gentium per eos ad quos ex Decretis ipsius Concilij, & alios prædictos spectat, recipi, & obseruari, ac sub pænis per Concilium ipsum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam Professionem prædictam solemniter fieri, auctoritate Apostolica tenore presentium distictè præcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta

Forma pro  
fessionis Fi  
dei obser-  
uanda, sub  
pœnis hic  
expressis.

Romana Ecclesia ritur, videlicet.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vni genitum. Et ex Patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesie obseruationes. & Constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnam consensus Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè, & propriè Sacramenta Nouæ Legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesie Catholice ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Trid. Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis: atque in Sanctissimo Eucharistie Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, vnà cum Anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem: quam conuersionem Catholica Ec-  
clesia

cleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum  
 ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumq; Sacramentum ſumi.  
 Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasq; ibi detentas fidelium  
 ſuffragijs iuuari: Similiter, & Sanctos vna cum Chriſto regnantes, ve-  
 nerandos, atq; inuocandos eſſe, eoſq; orationes Deo pro nobis offerre,  
 atq; eorū reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero imagines Chri-  
 ſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendaſ,  
 & retinendaſ eſſe, atq; eis debitum honorem, ac venerationem im-  
 partiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem, à Chriſto in Eccleſia re-  
 liſtam fuiſſe, illarumq; uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe  
 aſſeruo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam om-  
 nium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco: Romanoq; Ponti-  
 ſici B. Petri Apoſtolorum Principiſ ſucceſſoriſ, ac Ieſu Chriſti Vicario  
 veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à Sacris Cano-  
 nibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Trid. Syno-  
 do tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atq; proſiteor:  
 ſimulq; cõtraria omnia, atq; hæreſes quaſcunq; ab Eccleſia damnataſ,  
 & reiectas, & anathematizataſ ego pariter damno, reſicio, & anathe-  
 matizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe  
 poteſt, quàm in præſenti ſpontè proſiteor, & veraciter teneo, eandem in-  
 tegram, & inuiolataſ, uſq; ad extremum vitæ ſpiritum conſtanſſimè  
 Deo adiuuante, retinere, & conſiteri, atq; à meiſ ſubditis, vel illiſ, quo-  
 rum cura ad me, in me, in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & præ-  
 dicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. ſpondeo, voueo, ac  
 iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Volumus  
 autem quod præſentẽ literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica de mo-  
 re legantur: & vt omnibus facilius pateant, in eiſ Quinterno deſcri-  
 bantur, ac etiã imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
 paginam noſtræ voluntatiſ, & mandati infringere, vel ei auſu temera-  
 rio contraire. Si quiſ autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem  
 omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eiſ ſe no-  
 uerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno I. carna-  
 tionis Dominicæ, M. D. LXIIII. Idib. Nouemb. Pontificatuſ  
 Noſtri Anno Quinto.

Fed. Cardinalis Caſius.

Caſ. Glorieriuſ.

Hæc Cõſt.  
 pub. in Cã  
 cell. & in  
 eiſ Quin-  
 terno de-  
 ſcribatur.  
 Quã publ.  
 hic habes  
 in fine.

**BVLLA GREGORII XIII. NE PRAELATI, ET alij Nonasteriorum Monialium curam habentes, in illa ingredi valeant, nisi in casibus necessarijs.**  
 Ad hoc vide Concilium Trid, sess. 25. cap. 5. de Regula. & Mon. & in Bullario, in Constitutionibus eiusdem Gregorij XIII. Constit. 36. Vbi gratia, & in Const. Pij V. Const. 22. Regularium. & Const. 100. Decori.

Bulla 9.  
 Concilij Trid. decre-  
 tum, istud ha-  
 bes in sess.  
 25. c. 5. de  
 Reg. & Mo-  
 nia.



**GREGORIVS** seruus seruorum Dei, *Ad futuram rei memoriam.*

Declara-  
 tio, qd Pra-  
 lati Mona-  
 steriorum  
 Monialiū  
 in casibus  
 tantummo-  
 do necesarijs,  
 ea ingredi va-  
 leant.  
 Contrauen-  
 nientium  
 poenā.


**DVBIIS,** quae emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo, quod optima primum ratione Concilium sanxit Tridentinum, deinde in Constitutione sael. record. Pij Papae V. praedecessoris nostri nonis Iulij Pontificatus sui Anno Tertio, atque item nostra, Idibus Iunii Pontificatus nostri Anno Quarto editis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessarijs septa Monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis dubitatum fuisse sciamus circa personas, quae alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officij nituntur, an liceat eis pro libito suae voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque Regulam à Concilio praescriptam. Nos omnem haesitationis materiam tollere, & viam scandalis praecidere, ac Sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, Praelatos omnes tam Seculares, quam Regulares, quibus cura & regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria praedicta ita demum, uti posse, si id faciant in casibus necessarijs, & à paucis, usq; senioribus, ac Religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate praeditos, necnon quorumuis Ordinum Abbates, Priores, Ministros, & alios, quoscunque Superiores Regulares serio monemus, ut facultate huiusmodi, qui ea habent, praeterquam in casibus, ut praefertur, necessarijs ne vnquam vtiantur. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesiae interdictos, pro secunda, à munere Pontificali, & à Diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere: Regulares vero omni officio, ac ministerio priuatos, excommunicationi similiter subiacere. Non obstantibus Apostolicis, ac in Generalibus,

ralibus, & Prouincialibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus  
 Constitutionibus, & ordinationibus, Priuilegijs quoque, indultis, & li-  
 teris Apostolicis quibusuis Ecclesijs earumue Prælatis, aut Ordinibus  
 in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum  
 quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsq; fortioribus, effica-  
 cioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis quouis mo-  
 do concessis, approbatis, & innouatis, etiam si illis caueretur expresse,  
 quod nemo interdici, suspendi, vel excommunicari posset per literas  
 Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi  
 mentionem, quibus, eorumq; totis tenoribus, perinde ac si de verbo ad  
 verbum infererentur presentibus, specialiter, & expresse derogamus,  
 cæterisq; contrarijs quibuscunque. Quoniam verò difficile esset presen-  
 tes ad singula loca perferri, volumus, earum exemplis, etiam impressis,  
 manuq; Notarij publici, ac sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticæ  
 constitutæ munitis, quæ haberetur ipsis presentibus, si essent exhibitæ,  
 vel ostensæ.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23.  
 Decembris 1581. Pontificatus nostri Anno Decimo.







# INCIPIVNT

QVAEDAM SPECTANTIA

AD FRATRES, SORORES,

ET TERTIARIOS,

ET PRIMO DE FORMA RECIPIENDI FRATRES

ad professionem. Secundo de modo induendi nouitiam. Tertio de prima, & secunda Regula Fratrum, & Sororum de Penitentia, seu Tertij Ordinis, & de forma recipiendi eos ad Professionem.

Circa formam, & modum recipiendi Fratres ad Professionem.



**P**RIMO fiat capitularis omnium Fratrum congregatio. Secundo per nouitium Professionis humilis postulatio, & responsio. Tertio eius sufficientia, & conuersationis examinatio. Quarto circa promittenda in Regula specifica informatio. Quinto habitus, & cinguli benedictio, & eorum impositio. Sexto sui status pro Clerico, vel Laico deputatio. Septimo generalis omnium renunciatio, & votorum commutatio. Octauo (si voluerit) nominis mutatio, & electi confirmatio. Nono Professionis emissio, & aeternae gloriae promissio. Decimo circa praemissa obseruanda benigna exhortatio, & indulgentia adeptae, grata notificatio, & noui Professi charitatiua recommendatio, ac etiam Hymni, & Orationum decantatio.

Decem faciēda in receptione ad Professionem.

Circa primum, pulsetur campana Capituli, vt moris est, & omnes Fratres, qui possunt, conueniant in capitulo, etiam hospites interiores, quia iste actus Professionis est de solemnibus, & principalibus Ordinis. Et omnibus congregatis, & causa per Praelatum denunciata, si aliqui Nouitij sunt ibi, exeant.

Circa secundum, vocatus Nouitius facturus Professionem, flectat genua coram Praelato, obsecrans humiliter eum, & Fratres vt velint ipsum recipere.

Circa tertium, Praelatus quaerat ab omnibus de eius conuersatione, onerando conscientias eorum.

Circa quartum, vocato Nouitio, Praelatus intimet sibi defectus, & specificet promittenda.

\*\*\*

Circa

26 FORMÆ RECIPIENDI FRATRES

Circa quintum, habitu ante Prælatum in crucis modum, & cingulo positus, surgant omnes Fratres, & depositis matellis, incipiat Prælatus. V. Adiutorium nostrum, & c. R. Qui fecit. V. Domine exaudi. R. Dominus vobiscum.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui existens in forma Dei, formam serui accipere, ac in similitudinem hominum fieri, & habitu inueniri, ut homo pro nostra salute dignatus es, te suppliciter exoramus, ut istum nostræ Religionis habitum in Crucis modum pro tuæ passionis memoriali depositum, benè dicere digneris, ut famulus tuus Frater N. qui pro pœnitentiâ sui Corporis tegumento ipsum induet, te per imitationem induat saluberrimam, ad omnis perfectionis exemplum. Qui viuus, & c.

Oratio super chordam.

**D**EVS, qui ut seruum absolueres, Filium funibus ligari voluisti, benè dic quæsumus funem istam, ut famulus tuus Fr. N. qui eo velut ligamine sui Corporis cingetur, vinculorum eiusdem Filij tui Domini nostri Iesu Christi memor existat, & in Ordine quem assumit salubriter perseueret, & tuis cum effectu semper obsequijs se obligatum esse cognoscat. Per eundem & c.

Hic habitus, & chorda aspergantur aqua benedicta, & induatur Nouitius habitu benedicto à Prælato, & dicat sequentia super eum. V. Dominus vobiscum.

Oratio.

**M**aiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, ut famulum tuum N. cui de tua gratia præsumentes, nostræ Religionis vestem imponimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimento, ut intercedente Beatissimo Patre nostro Seraphico Confessore tuo Francisco, sub humilitatis veste tibi perseueranter deseruiens, ad stolam immortalitatis, & gloria mereatur peruenire. Qui viuus,

Hic cingatur à Prælato chorda.

Deindè dicatur Oratio.

**D**EVS, qui Beato Petro Apostolo tuo (significans, qua morte clarificaturus esset Deum) prædixisti per alium in senectute ipsum fore cingendum, famulum tuum Fratrem N. quem cingulo nostræ Fraternitatis præcingimus, tua quæsumus charitate præcinge, tui nominis

minis metu cōstringe, & chōrda salutari, cor eius regulari alliga disciplina, ut tua ei opitulāte gratia, solutus, & liberatus à mundo, tuoq; vinctus seruitio, in Ordinis quem assumit obseruantia, vsque in finem iugiter perseueret. Qui viuus.

Oratio dicenda super Fratrem indutum, & præcinctum.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**D**EVS, qui mira Crucis misteria in tuo deuotissimo Confessore Beato Francisco multiformiter demonstraſti, da famulo tuo Fratri N. ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum.

Circa sextum, Prælatus deputet eum pro Clerico, vel Laico.

Circa septimum, renunciet omnibus tam habitis, quàm habendis, & omni iuri, & priuilegio. Et si quæ vota emisit, commutet ea Prælatus.

Circa octauum, potest Nouitius mutare nomen, ut sibi placuerit.

Circa nonum, scilicet Professionis emissionem, flexis genibus Nouitius amoto caputio, iunctisque manibus inter manus Prælati, dicat sic.

**E**GO Frater N. voueo, & promitto Deo, & Beata Maria semper Virgini, & Beato Francisco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ seruare Regulam Fratrum Minorum confirmatam per Dominum Papam Honorium, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Respondeat Prælatus: Si tu hæc seruaueris, ego promitto tibi vitam æternam. In nomine Patris, & Filij, & c. Et si non intellexerit profitens, dicatur in vulgari.

Circa decimum, Prælatus moneat Professum seruare, quæ promissit, & notificet quantam indulgentiam adeptus sit, & recommendet eum Fratribus deuotè. Quo factò, surgens Cantor incipiat Hymnum. Veni Creator. Quo finito, duo Fratres dicant. V. Confirma hoc Deus. Deinde Prælatus dicat V. Post partum virgo. & V. Ora pro nobis Beate Pater Francisce, & V. Saluum fac. & V. Domine exaudi. & V. Dominus vobiscum. Oratio, Deus, qui corda. & Concede nos. & Deus, qui Ecclesiam tuam, & c.

**D**EVS, qui nos à seculi vanitate conuersos, ad brauium supernæ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illàbere, & gratiam nobis, qua in te perseueremus infunde, ut protectionis tuæ muniti presidij, quod te donante promissimus impleamus, & nostræ Professionis executores effecti, ad ea quæ perseuerantibus in te, promittere dignatus es pertingamus. Per Dominum, & c.

28  
INCIPIT ORDO AD INDVENDVM  
Nouitiam.



**Q**UO vero ad modum induendi Nouitiam, primò ante Missam, tunicis positis, & chorda ante altare; dum celebratur Missa, Nouitia, & consanguineæ eius sibi astantes, stent coram altari tenentes candelas accensas, quas offerent post offertorium Sacerdoti. Finita vero Missa, Sacerdos accedens illuc, absolute incipiens dicat *V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. V. Qui fecit Cælum, & Terram. V. Sit nomen Domini benedictum. R. Ex hoc nunc. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

**D**EVS Pater omnipotens, qui per Legiferum Moysen famulum tuum, ministris Ecclesiæ sub typo passionis, prisce Legis præcepto, dedisti hanc laneam vestem, quam Sanctus Pater noster Franciscus Minister Ecclesiæ diuino amore ferre consuevit, sanctificare, atq; benedicere, & consecrare tuo proprio ore digneris, vt hæc ancilla tua, quæ eam cupit induere, exuta ab omni sorde vitiorum, cum indumento sanctarum virtutum, ea induatur, quatenus ab omni perturbatione callidi insidiatoris deinceps protecta, in Ecclesia tua Sancta, de die in diem renouetur. Per Christum Dominum nostrum.

Postea super ea, quæ induenda est, dicatur hæc Oratio.

**D**EVS, qui Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exemplar tribuisti, concede huic ancillæ tuæ, & suæ voluntatis prauitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per Christum Dominum nostrum.

Alia Oratio.

**O**mnipotens sempiterna Deus, propitiuss respice ad preces Ecclesiæ tuæ, & huic ancillæ tuæ, quam ad nonam gratiam vocare dignatus es, fidem rectam, charitatem perfectam, humilitatem veram concede Domine, vt sit in ea simplex affectus, & fortis, obseruantia perseverans, pax perpetua, mens pura, rectum, & mundum cor, voluntas bona, conscientia sancta, compunctio spiritualis, virtus animæ, vita immaculata, consummatio irreprehensibilis, vt viriliter currens, in tuum introire Regnum feliciter mereatur. Qui cum Patre, &c. Amen.

His

ORDO AD INDVENDVM NOUITIAM. 29

His expletis aspergat Sacerdos Nouitiam, & tunicas aqua benedi-  
 ta. Postea ducant eam consanguinee eius vsque ad portam rotæ, &  
 cum inceperit ingredi portam, si Nouitia fuerit Virgo, incipit Cantor  
 Antiphonam. Veni Sponsa Christi, &c. Quam cantando, ducant Noui-  
 tiam Sorores ad Altare intrinsecum, quod est in Choro. Finita Anti-  
 phona, dicatur Psalmus, Beati immaculati in via, cum Gloria Patri,  
 in octauo tono. ¶ Si verò Nouitia non fuerit virgo, non cantetur Anti-  
 phona, Veni sponsa Christi, nec Psalmus, Beati immaculati, sed cante-  
 tur Antiphona, Veni electa mea, & ponam in te thronum meum,  
 Alleluia. Quæ finita, cantatur Psalmus, Beati qui habitant in domo  
 tua Domine, in secula seculorum laudabunt te: in primo tono, cum  
 Gloria Patri, & Filio, &c. Et si necesse fuerit, Psalmus, & Antipho-  
 na reiterentur quousque Nouitia sit induta. ¶ Perueniens autem  
 Nouitia ad altare, genuflectat, & iaceat prostrata. Interim autem  
 aliqua Sorores quandam pallam extendentes, Nouitiam pannis suis  
 exuunt. Quam Abbatissa, vel alia loco eius, statim induat tunicis  
 benedictis dicendo. ¶ Exuat te Dominus veterem hominem cum acti-  
 bus suis, & induat te nouum, qui secundum Deum creatus est in iusti-  
 tia, & sanctitate veritatis. ¶ Qua induta, dicat Sacerdos V. Dominus  
 vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe Pastor bone, qui animam tuam pro ouibus  
 tuis posuisti, fac hanc ancillam tuam sacro habitu indutam an-  
 te tuum conspectum cum iustitia viuere, & ad misericordiam tuam  
 cum fructu bonorum operum peruenire. Concede, tribueq; ei in si-  
 de obedientiam, in labore virtutem, in affectu deuotionem, in actu  
 prosperitatem, in victu abundantiam, in pace letitiam, in conuersa-  
 tione gratiam, in tribulatione patientiam, in languoribus sanitatis tuæ  
 medicinam, quatenus in hoc presenti tempore, per semitam iustitiæ  
 cum sælicitate percurrat, vt te venturum iudicem in nouissimo die  
 cum magna hilaritate suscipiat. Qui cum Patre, &c.

Post hæc incipiat Cantor Hymnum, Veni Creator. Quo finito, dicat  
 Sacerdos. V. Emitte spiritum tuum, &c. V. Post partum Virgo. V. Ora  
 pro nobis beate Franciscæ. V. Ora pro nobis beata Clara. V. Ora pro  
 nobis omnes sancti Dei. V. Domine exaudi orationem meam. V. Domi-  
 nus vobiscum.

Oratio.

**D**EVS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docui-  
 sti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper con-  
 solatione gaudere. Per Christum, &c.

## Alia Oratio.

**C**oncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentī liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

## Alia Oratio.

**D**EVS, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis fortū nouæ prolis amplificas tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cælestium donorum semper participatione gaudere.

## Alia Oratio.

**F**amulos tuos quæsumus Domine Beatæ Virginis tuæ Claræ votiuam commemorationem recensentes, cælestium gaudiorum suarū facias interuentione participes, & tui vnigeniū cobaredes.

## Alia Oratio.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui nos omnium Sæctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum, &c. V. Dominus vobiscum. Benedicamus Domino. Post hæc erigat se Nouitia, & det pacem Abbatissæ, & Sororibus astantibus. Postea duæ Sorores ducant eam per Chorum, & det pacem per ordinem, sicut stant in Choro, Sororibus vniuersis.

## Alius Ordo ad idem.



**V**ANDO aliqua Monialis S. Claræ Monasterium ingressura est, primò cantetur, vel legatur Missa. Quæ completa, Sacerdos benedicit vestes, seu habitum, & velamina, cantando, siue legendo. V. Ostende nobis. R. Et salutare. V. Domine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**D**EVS, qui sola tua ineffabili pietate, qua non minus suauior, quàm sapienter vniuersa disponis, lanam harum vestium ad vsū hominum de vellèribus ouium produxisti, vt trino beneficio simul, ornarent, fouerent, & ab intemperie aeris corpora tuerentur, immensa misericordiæ tuæ largitatem suppliciter exoramus, vt hoc indumentum, quod præsens famula tua N. pro forma habitus S. Claræ ad tibi in ipso Ordine laudabiliter seruiendum intendit assumere, ita benè adicere, & sanctificare digneris, vt sit ei ornatus ad operimentum peccatorum

eatorum suorum, fomentum ad profectum virtutum, & fortis armatura, ac tota defensio contra aereas potestates, & ignea hostis nequissimi tela ad victoriae triumphalis obtentum, quibus perseverando usque in finem, tandem immarcescibilis gloriae brauium dono gratiae tuae valeat adipisci, necnon ad caeleste conuiuium suauissimum Sponsi sui, Filij tui Domini nostri Iesu Christi perenniter regnatura, cum nuptiali veste delectabiliter introduci. Qui tecum vivit, &c.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe Fili Dei viui, cuius Apostolus muliebrem sexum in signum subiectionis, humilitatis, & honestatis relamen, super caput suum propter Angelos habere praecipit, cuiusq; oculos tempore acerbissimae passionis tuae ad opprobrium relauerunt, quassum propter gloriam honorandi nominis tui, copiosam benedictionis tuae, his relaminibus infunde virtutem, quod famulam tuam illa gerentem tibi subiecta in omnibus, & cuiusq; tenetur ex Ordine quera assumit efficiant, ne proprias virtutes, & bona concernens, in gloriam data deperdat, sed in vera humilitate conseruet, & obumbret, ab omni etiam oculos eius varietate comescant, demum turpissimae mortis tuae dulcis Sponsi sui memoriam hoc viduitatis iudicium saepe mentis eius oculis representet, ac radicibus cordi continuè recolendam tenacius astringat, vt cum hac Galea salutis, tanquam socia passionis, consolationem tecum, & cum omni curia caelesti semper experiri mereatur. Qui vivis, &c.

Finita autem benedictione, aspergantur aqua benedicta, & incensentur. Postea Soror genuflectat coram Sacerdote, & altari, cum accenso cereo in manibus. Tuncq; Sacerdos cantet, siue legat. *V. Sit nomen Domini. R. Ex hoc. V. Adiutorium. R. Qui fecit.*

## Oratio.

**C**ongrega nos Domine de nationibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Per Christum. *R. Amen. V. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. R. Ex hoc nunc. V. Saluam fac. R. Deus meus. V. Mitte ei Domine. R. Et do Syon. V. Esto ei Domine turris fortis. R. A facie. V. Nihil proficiat. R. Et filius iniqui. V. Domine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe Rex Regum, & Dominus dominantium, qui à Patre egrediens, & in hunc mundum ingrediens carnem mundissimam de immaculata Virgine suscepisti, vt nos liberares de manibus inimici, & ad Paradisi Patriam reuocares, respice super



hanc famulam tuam, quæ mundum cum pompis suis relinquere dispo-  
 suit, & in hoc Sacro Monasterio tibi Domino Deo suo vero sanctarum  
 animarum sponso facias perpetuò deservire, ac infunde cordi eius be-  
 nignissimam gratiam Spiritus sancti, qui eam illuminet ad te Deum  
 Creatorem suum cognoscendum, ac perfectè diligendum, ut cum dies  
 extrema, finisq; eius vitæ aduenerit, emundata ab omnibus peccatis  
 suis, ad Regna valeat Cælestia peruenire. Qui vivis, &c.

Deindè Sacerdos aspergat eam aqua benedicta in modum Crucis  
 dicendo. Benedicat te Dominus ex Syon, ut videas bona Hierusalem  
 omnibus diebus vitæ tuæ. ¶ Deindè incenset eam dicens: Dirigatur  
 Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum  
 mearum sacrificium respertinum. ¶ Deindè ducitur ad introitum  
 Monasterii cantando, siue legendo. Te Deum laudamus, &c.

¶ Et ingressa Monasterium, vel Ecclesiam, à Sororibus coram Alta-  
 ri interiori tondetur, & deposito habitu seculari, habitu Religionis in-  
 duitur. Et tunc dicitur Hymnus. Veni Creator. Quo completo, dicitur  
 V. Emitte. R. Et reno. V. Sit gloria Domini in seculum seculi. R. Leta-  
 bitur Dominus in operibus suis. V. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.  
 R. Ut digni. V. Ora pro nobis beate Franciscæ. R. Ut digni. V. Ora pro  
 nobis beata Clara. R. Ut digni. V. Saluam fac. R. Deus meus. V. Do-  
 mine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. V. Et cum  
 spiritu tuo.

## Oratio.

**D**EV S, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, &  
 quem nullum latet secretum, purifica per infusionem Sancti  
 Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfectè diligere, & dignè  
 laudare mereamur. Concede nos famulos tuos, &c. Deus qui Eccle-  
 siam tuam beati Francisci, &c. Famulos tuos quæsumus Domine bea-  
 te virginis tuæ Clarae, &c. Et

## Oratio.

**Q**uæsumus Domine Pater misericordiarum, & Deus totius con-  
 solationis, qui per omnipotentiam, sapientiam, & clementiam  
 tuam potes, scis, & vis hominem saluare quem creasti. nec  
 letaris in peccatorum perditione morientium, sed magis quòd con-  
 uertantur, & viuant, ob amorem, merita, & intercessionem gloriosiss-  
 simæ Matris tuæ intemeratæ Virginis Mariæ, & beatissimæ virginis  
 tuæ Clarae, respice illo pietatis oculo, quo beatum Petrum in atrio Pon-  
 tificis aspexisti, præsentem famulam tuam. N. hodie penitus de mundo  
 te eligentem, conuersam, & in Ordine Sanctæ Clarae famula tuæ de-  
 notissimè mancipatam, quo tuo benigno respectu humilitas subiciat  
 eam, penitentia reducat, iustitia inducat, obedientia conducat, per-

fene-

ORDO AD BENEDICENDVM VELVM. 33  
seuerantia perducatur, deuotio introducat, puritas iungat, & tibi chari-  
tas uniat, in quo simul omnia bona sine vilo malo possit reperire, qui-  
bus te hæc tua pia dignatione concesseris possidere. Qui viuus, &c.

Ordo ad benedicendum velum.



**P**RIMO ponitur Velum super altare dum celebratur  
Missa. Qua finita Missa, receptura Velum, astantibus  
sibi aliquibus Sororibus, genuflectat ante gradam.  
Alia verò Sorores tenentes candelas accensas, per  
ordinem stent in Choro. Sacerdos autem accedens il-  
luc, absolute incipiat, dicens V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe qui tegimen nostræ mortalitatis induere di-  
gnatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam,  
vt hoc genus velaminis, quod Sanctus Pater noster Franciscus ad  
innocentiæ, vel humilitatis indicium abrenunciantibus seculo sanxit,  
tu ita bene & dicere digneris, vt hæc famula tua quæ hoc vsa fuerit, te  
induere mereatur. Qui cum Patre, &c.

Postea super eam dicat. Oremus.

**D**EVS, qui per coæternum Filium tuum cuncta creasti, quiq;  
mundum peccatis inueteratum, per mysterium sanctæ incarna-  
tionis eius renouare dignatus es, te suppliciter exoramus, vt eiusdem  
Domini nostri Iesu Christi gratiam super hanc & famulam tuam abren-  
unciationem seculi profitentem clementer insaudere digneris, per  
quam in spiritu suæ mentis renouata, veterem hominem cum suis acti-  
bus exuatur, & nouum qui secundum Deum creatus est induere me-  
reatur. Per eundem Christum.

Post hæc incipiat Sacerdos (si voluerit) vel duæ Sorores in medio  
Chori, sequentem Lataniam, & Sorores in Choro residentes respon-  
deant vniuersæ.

**K**yrie eleyson. Christe eleyson. ¶ Christe audi nos. ¶ Christe exaudi  
nos. Pater de Cælis Deus, Misereere ei. ¶ Fili Redemptor mundi  
Deus, Misereere ei. ¶ Spiritus sancte Deus, Misereere ei. ¶ Sancta Maria.  
Ora pro ea. ¶ Oēs sancti beatorū Spirituum ordines. Orate pro ea. ¶ Oēs  
sancti Apostoli, & Euangeliste, Orate. ¶ Sancte Fraciscus, Ora. ¶ Oēs san-  
cti Confessores, Orate. ¶ Sancta Clara, Ora pro ea. ¶ Omnes sanctæ Vir-  
gines, & Viduæ, Orate pro ea. ¶ Propitius esto. R. Parce ei Domine.  
¶ Ab omni malo. V. Libera eā Domine. ¶ Per mysteriū sanctæ Incarna-  
tionis,

## 34 ORDO AD BENEDICENDVM VELVM.

tionis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis tuæ. R. Libera eã Domine. ¶ Peccatores. R. Te rogamus audi nos. ¶ Ut hanc famulam tuam ab omni tentatione cõpere digneris. R. Te rogamus audi nos. ¶ Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. R. Exaudi nos Domine. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. V. Et ne nos. R. Sed libera nos. V. Saluam fac ancillam tuam. R. Deus meus sperantem in te. V. Mitte ei Domine auxilium de sancto. R. Et de Syon tuere eam. V. Esto ei Domine Turris fortitudinis. R. A facie inimici. V. Nihil proficiat inimicus in ea. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. V. Domine exaudi orationem. R. Et clamor meus. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**A**desto Domine omnipotens supplicationibus nostris, & hanc famulam tuam, cui in tuo sancto nomine Velum Sacræ Religionis imponimus, beneddicere dignare, & per intercessionem beatissimæ, & gloriosissimæ Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, atq; beati Francisci, & beatæ Claræ, & aliorum omnium Sanctorum, fac eam ad obseruantiam sancti huius propositi peruenire, & tribulationibus, & angustijs indeficiens, perpetua consolatione valeat respirare, & iuste, ac pie, & castè per veram humilitatem in fraternâ charitate fundata, quod te donante promittit, felici perseverantia compleat, & ad vitam proficere mereatur æternam. Qui cum Patre, &c.

Statim Cantor incipiat Hymnum, Veni Creator. Interim Sacerdos dum cantatur Hymnus, imponat sibi velum, dicens: Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & induat te nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Accipe ancilla Christi sanctum Velum Professionis tuæ, sacrum signaculum in perpetuum, cum quo fideliter valeas peruenire ad Regnum Cælorum. Per Christum, &c.

Ad Abbatissam autem conuertendo sermonem dicat.

**H**anc sponsam tibi trado, ut vsq; in diem iudicij conserues eam sine macula, & in conspectu Regis Altissimi reddas computum Iesu Christo. Qui cum Patre, &c.

Finito Hymno, dicat Sacerdos. V. Emitte spiritum tuum, &c. V. Post partum virgo. V. Signasti Domine seruum tuum Franciscum. V. Ora pro nobis beata Clara. V. Ora te pro nobis omnes sancti. V. Domine exaudi. V. Dominus vobiscum. Oratio. Deus qui corda fidelium. Oratio. Concede nos famulos. Oratio. Deus, qui Ecclesiam tuam. Oratio. Famulos tuos quasumus Domine Beatæ Virginis tuæ Claræ. Oratio. Omnipa-

tens

ORDO AD BENEDICENDVM ABB. 35  
uens sempiternus Deus, qui nos omnium Sanctorum, vt supra. V. Dominus  
vobiscum. V. Benedicamus Domino.

His peractis, erigat se, & det pacem Abbatissæ, & Sororibus astan-  
tibus. Postea duæ Sorores deducant eam per Chorum, & det pacem  
per ordinem sicut stant in Choro Sororibus vniuersis.

Ordo ad benedicendum Abbatissam.



**P**RIMO' electione facta, & à Visitatore approbata,  
Cantor incipiat. Te Deum laudamus. Cum quo proces-  
sionaliter deducant electam ad Ecclesiam, & quousq;  
finitur. Te Deum laudamus, coram altari iaceat pro-  
strata. ¶ Quo finito, dicat Visitator. V. Confirma hoc  
Deus, quod operatus es in nobis. R. A templo sancto  
tuo, quod est in Hierusalem. V. Dominus vobiscum.

Oratio.

**A**ctiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiu-  
uando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio, à te sem-  
per incipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum.

Postea reuertatur ad Capitulum, & det ibi sigillum Visitator co-  
ram omnibus Abbatissæ, & mandet sibi per obedientiam, quod exequa-  
tur ex tunc iniunctum sibi officium; & Sororibus vniuersis, quod obe-  
diant ei in omnibus, quæ suum officium pertinebunt.

INCIPIT PROLOGVS PRIMAE REGVLÆ,  
seu formæ viuendi Fratrum de Pœnitentia, seu Tertij Or-  
dinis S. Francisci, quæ deseruire videtur, pro illis, qui  
volunt viuere in pœnitentia in proprijs Do-  
mibus; & isti non gaudent Priuilegijs  
Fratrum Minorum.



**N**ICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei, di-  
lectis filijs Fratribus, & dilectis in Christo filiabus  
Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam præ-  
sentibus, quàm futuris, salutem, & Apostolicam be-  
nedictionem.

Super montem Catholicæ Fidei, quam populis gen-  
tium, qui ambulabant in tenebris, discipulorum Christi, sincera deuo-  
tio igne charitatis exesluans, verbo sollicitæ prædicationis edocuit,  
quam quæ Romana tenet, & seruat Ecclesia solidum Christianæ Reli-  
gionis

Prologus  
Pœnitentialis.

gionis positum noscitur fundamentum, nullis vnquam concutiendum turbinibus, nullis quassandum fluctibus tempestatum. Hæc est etenim recta, veraq; Fides, absq; cuius consortio nemo in conspectu Altissimi acceptus redditur, nemo gratiosus occurrit. Hæc est quæ salutis semitam præparat, & felicitatis æternæ præmia, gaudiaq; pellicetur. ¶ Ideoq; gl'iosus Christi Confessor beatus Franciscus huius Ordinis Institutor, viam ascendendi ad Dominum verbo pariter, & exemplo demonstrans, ipsius sinceritate Fidei suos filios erudiuit, eosq; illam profiteri, constanter tenere, similiter ac opere voluit adimplere, vt per eius semitam salubriter incedentes, mererentur post vitæ presentis ergastulum æternæ beatitudinis effici professores.

### De modo examinandi volentes intrare Ordinem. Cap. I.

**N**os igitur Ordinem ipsum oportunis fauoribus prosequentes, ad eius augmentum benignius intendentes statuimus, vt omnes quos ad seruandum huiusmodi vitæ formam assumi contigerit, antè assumptionem, seu receptionem ipsorum de Fide Catholica, & obedientia erga præfatam Ecclesiam diligenti examinationi subdantur. Et si eas professi firmiter fuerint, verèq; crediderint, admitti, seu recipi tute poterunt ad eandem. ¶ Precauendum est tamen sollicitè hæreticus, ne quis, vel suspectus de hæresi, aut etiam infamatus ad vitæ obseruationem ipsius quomodolibet admittatur. Et si talem inueniri contigerit extitisse receptum, assignetur ille, quàm citius Inquisitoribus prauitatis hæretice puniendus.

### De forma recipiendi volentes intrare Ordinem. Cap. II.

De receptione ad probationem.

De receptione ad Professionem.

**C**um autem fraternitatem huiusmodi quis intrare voluerit, ministri ad receptionem talium deputati, eius officium, statum, & conditionem solerter explorent, sibi fraternitatis eiusdem onera, & præcipuè alienorum restitutionem apertius exponentes. Quibus præmissis, si eidem placuerit, iuxta modum huiusmodi induatur, & de alienis (si qua fuerint apud eum) satisfacere studeat in pecunia numerata, vel secundum exhibitam pignoris cautionem. Seq; nihilominus proximis reconciliare procuret. ¶ Quibus omnibus ad effectum perductis, post vnus anni spacium, cum aliquorum discretorum Fratrum consilio, si is videbitur ipsis idoneus, recipiatur hoc modo, videlicet, vt promittat se diuina præcepta omnia seruaturum, ac etiam satisfacturum (vt conuenit) de transgressionibus, quas contra hunc viuendi modum

com-

commiserit, cum interpellatus ad Visitatoris extiterit voluntatem. Et huiusmodi ab eo facta promissio, per manum publicam in scriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus à Ministris recipiatur eisdem, nisi visum eis aliter fuerit, conditione personæ, ac ipsius instantia, sollicita consideratione discussis. ¶ Ordinamus præterea statuentes, ut nullus post ipsius fraternitatis ingressum, eandem egredi valeat, ad seculum reuersurus. Possit tamen transitum habere liberum ad Religionem aliam approbatam. ¶ Mulieribus verò viros habentibus (nisi de ipsorum licentia, & consensu) non pateat ad consortium dictæ fraternitatis ingressus.

De stabilitate in Ordine.

De mulieribus.

### De forma habitus, & qualitate indumentorum.

#### Cap. III.

**F**Ratres insuper ipsius fraternitatis, de humili panno in pretio, & colore, non prorsus albo, vel nigro communiter vestiuntur, nisi fuerit ad tempus in pretio per Visitatores de consilio Ministri ob causam legitimam, & apertam, cum aliquo dispensatum: Chlamydes quæq; ac pelles, absq; scolaturis scissas, vel integras, affibulatas tamen, vel patulas, ut congruit honestati. Clausasq; manicas Fratres habeant supradicti. ¶ Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de huiusmodi humili panno factis, vel saltem cum chlamyde habeant guarnellum, seu placentinum coloris albi, vel nigri, aut paludellum amplum decanabo, siue lino, absq; vlla crispatura consutum. ¶ Circa humilitatem verò panni, & pellitones Sororum ipsarum, iuxta conditionem cuiuslibet eorundem, ac loci consuetudinem poterit dispensari. ¶ Bindis, & ligaturis sericis non vtantur, pelles dumtaxat agninas, bursas decorio, & corrigias simpliciter absque serico villo factas, & non alias, tam Fratres habeant, quam Sorores, depositis cæteris, iuxta beati Petri Apostolorum Principis salubre consilium, vanis huius seculi ornamentis.

De habitu Sororum.

dispensatio.

Quòd non vadant ad inhonesta conuiuia, & spectacula, & quòd hystrionibus non dent.

#### Cap. IIII.

**S**IT eis ad inhonesta conuiuia, vel spectacula, siue curias, seu choreas accessus penitus interdictus. Hystrionibus, seu vanitatis intuitu nihil donent. Et ne quicquam illis donetur à propria familia, prohibere procurent.

De

## De abstinentia, &amp; ieiunio. Cap. V.

**A**B esu carniū secunda, quarta, & sexta feria, dieq; Sabbati abstineant vniuersi, nisi aliud infirmitatis, vel debilitatis instantia suaderet. Minutis verò, per triduum carnes dentur, nec subtrabantur in itinere constitutis. Sit quoque ipsarum comestio licita singulis, cum solemnitate præcipuā interuenire contigerit, in qua cæteri Christiani ab antiquo epulis carne is vesci solent. Alijs autem diebus, in quibus ieiunium nõ seruatur, oua, & caseus non negentur. Sed & cum Religiosis cæteris in eorum Conuentualibus domibus, licitè sumere valeant de appositis ab eisdem. Sintq; prandij, cœnæq; refectio contenti, exceptis languidis, & viatoribus, & infirmis. ¶ Sit sanis cibus moderatus, & potus, cum textus Euangelicus habeat, Attendite ne corda vestra crapula, & ebrietate grauentur. ¶ Prandium autem, vel cœna, nisi præmissa semel Dominica oratione sumatur, post sumptionem cui libet cum Deo gratias iteranda. Quod si ommitti contigerit, dicatur tribus vicibus Pater noster. ¶ Qualibet verò sexta feria totius anni ieiunium celebretur, nisi fortè infirmitatis, vel alia causa legitima excusentur, vel nisi Festum Natalis Domini feria ipsa occurreret obseruandum. Sed à festo omnium Sanctorum vsq; ad Pascha, quarta, & sexta feria ieiunabunt. Alia quæ ab Ecclesia sunt statuta, vel Ordinarijs ex causa communiter in dicta ieiunia, nihilominus seruaturi. In quadragesima verò beati Martini, vsq; ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquagesimæ vsq; ad Pascha, diebus singulis (exceptis Dominicis) ieiunare procurent, nisi aliud fortasse infirmitas, vel necessitas alia suaderet. Sorores grauide, vsq; ad suæ purificationis diem ab exercitatione qualibet corporali (orationibus dumtaxat exceptis) poterunt, si voluerint abstinerere. ¶ Laborantes autem (propter fatigationis afficientis instantiam) à Dominica Resurrectionis festo vsq; ad festiuitatem beati Francisci prædicti, ter in die qua exercitio laboris incumbent, licitè sumere cibum possunt. Cum verò illos contigerit aliorum imminere laboribus, de cunctis appositis, die quolibet sumere licet eisdem, nisi sexta feria, vel dies sit alia in qua generaliter ab Ecclesia ieiunium noscitur institutum.

De ieiunijs  
seruandis.

Dispensatio  
pro Sorori-  
bus, & la-  
boratori-  
bus.

Quoties debent confiteri per annum, & sumere Corpus  
Christi. Cap. VI.

**S**inguli autem Fratrum, & Sororum ipsorum, ter in anno, videlicet, in Natali Domini, in Resurrectionis ipsius, & Pentecostes festiuitatibus

tatibus peccata propria confiteri, & Eucharistiam deuotè suscipere, non postponant, reconciliando se proximis, & restituendo etiam aliena.

Quòd non ferant arma impugnationis. Cap. VII.

**I**mpugnationis arma secum Fratres non deferant, nisi pro defensione Romanæ Ecclesiæ Christianæ Fidei, vel etiam terræ ipsorum, aut de suorum licentia Ministrorum.

De dicendis horis Canonicis. Cap. VIII.

**D**icant vniuersi quotidie septē horas Canonicas, videlicet, matutinum, primam, tertiam, sextam, nonam, vespers, & completorium. Clerici, videlicet, scientes psalterium, pro prima, Deus in nomine tuo. Beati immaculati, vsq; ad Legem pone, ac alios Horarum Psalmos iuxta Clericorum ordinem, cum Gloria Patri dicant. ¶ Cum verò ad Ecclesiam non accedent, pro matutino Psalmos dicere studeant, quos dicunt Clerici, vel Ecclesia Cathedralis, vel saltem ut illiterati alij, pro matutino duodecim, & pro alia qualibet hora septem vicibus Pater noster, cū Gloria Patri dicere non ommittant. In quibus, videlicet, primæ, ac completorij horis minorem symbolum, & miserere mei Deus, adijciant qui nouerunt. Sed si Horis non dixerint constitutis, dicant tribus vicibus Pater noster. ¶ Infirmi autem, Horas huiusmodi non teneantur dicere, nisi velint. ¶ In Quadragesima verò Sancti Martini, & etiã in Maiori Ecclesiis in quarū parochijs habitant, matutinalibus Horis personaliter adire procurent, nisi causa rationabili excusentur.

De infirmis.  
De tēpore  
Quadragesimæ.

Quòd omnes, qui de iure possunt, faciant testamentum.

Cap. IX.

**O**mnes præterea quibus de iure facultas affuerit, condant, seu faciant testamentum, & de bonis suis infra tres menses post eorum ingressum immediatè sequentes ordinent, & disponant, ne quenquam illorum contingat decedere intestatum.

De pace reformanda inter Fratres, & alios extraneos.

Cap. X.

**D**e pace verò inter Fratres, & Sorores, aut etiam exteros in discordia positos facienda, sicut ministris videbitur ita fiat, adhibito



40      P R I M A R E G V L A  
bito ( si facultas affuerit ) Episcopi Diocesani consilio in hac parte.

Quando molestantur contra ius, aut eorum priuilegia.  
Cap. XI.

**S**I verò Fratres, vel Sorores contra ius, vel eorum priuilegia per Potestates, seu Rectores locorum, ubi domicilium obtinent, vexationibus impetantur, Ministri loci ad Episcopos, & alios locorum Ordinarios studeant habere recursum, iuxta consilium, & ordinationem ipsorum in talibus processuri.

Quòd caueant in quantum possunt à iuramentis solemnibus.  
Cap. XII.

**A** iuramentis autem solemnibus omnes abstineant, nisi necessitate cogente, in casibus per indulgentiam Apostolicæ Sedis exceptis, videlicet, pro pace, fide, calumnia, & testimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, ubi videbitur expedire. ¶ In communi quoque loquela vitent prout poterunt iuramenta. ¶ Et qui die aliqua minus cautè iurauerit lapsu linguæ ( prout contingere in multiloquio consuevit ) die ipso in sero cum debet recogitare, quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam propter incautè facta huiusmodi iuramenta. Memor autem sit quilibet, ut ad diuina obsequia familiam propriam exhortetur.

De audienda Missa, & Congregatione facienda.  
Cap. XIII.

**V**Niuerſi ſani Fratres, & Sorores cuiuscunque Ciuitatis, aut loci, diebus singulis ( si commodè poterunt ) Missæ officium audiant. Et mense quolibet ad Ecclesiam, siue loca, ad quam, vel ad quem Ministri curauerint intimare, conueniant, Missarum solemniam inibi audituri. ¶ Vnusquisque autem, vsualis monetæ denarium Missario tribuat, qui pecuniam huiusmodi colligat, & eam de consilio Ministrorum inter Fratres, & Sorores paupertate grauatos, & præcipuè infirmantes, ac eos, qui funeris carere dignoscuntur exequis, & deinde inter pauperes alios diuidant congruenter. ¶ Offerant insuper de ipsa pecunia Ecclesiæ memoratæ. Tuncque ( si commodè poterunt ) virum religiosum, & in verbo Dei competenter instructum habere procurent, qui eos ad pœnitentiam, & misericordiæ opera exercenda hortetur,

solli-

solicite moneat, & inducat. ¶ Studeat quilibet dum Missæ celebratur officium, & prædicationis verbum proponitur, seruare silentium, orationi, & officio sit intentus, nisi eum communis utilitas fraternitatis impediatur.

## De Fratibus infirmis, &amp; defunctis. Cap. XIII.

**C**um autem, quemquam ex Fratibus infirmari contigerit, Ministri per se, vel per alium, seu alios (si hoc eis infirmus fecerit intimari) semel in Hebdomada visitare teneantur ægrotum, ipsum sollicitè ad recipiendum pœnitentiam (prout melius, & efficacius expedire putauerint) inducentes, necessaria illi de bonis communibus ministrando. ¶ Et si præfatus infirmus de præsentis luce migrauerit, Fratibus, & Sororibus tunc in Ciuitate, vel loco, vbi eum contigerit mori præsentibus nunciatur, vt defuncti exequijs, procurèt personaliter interesse; & quibus donec Missarum fuerint celebrata solemnia, & corpus tumulo conditum, non recedant. ¶ Hoc quoq; circa Sorores infirmas, & decedentes volumus obseruari. ¶ Præterea, intra octo dies post ipsius sepulti obitum immediatè sequentes, quilibet Fratrum, & Sororum ipsarum dicat pro anima eius, Sacerdos, videlicet, Missam vnã. Sciens psalterium 50. psalmos, & illiterati totidem Pater noster, & in fine cuiuslibet Requiem æternam adijciant. Et post hæc, infra annum, pro Fratrum, & Sororum, tam viuorum, quàm defunctorum salute, tres Missas faciant celebrari. Qui verò psalterium sciuerit, illud dicant, & cæteri orationem Dominicam centies dicere non omittant, & requiem æternam in fine cuiuslibet addituri.

De ex-  
quijs faci-  
dis.

De recitan-  
dis pro de-  
functis.

## De Ministris. Cap. XV.

**M**inisteria quoq; ac alia officia, quæ præsentis formulæ series exprimit, imposta sibi quisque deuotè suscipiat, curetq; fideliter exercere. ¶ Officium autem cuiuslibet, certi temporis spacio limitetur. Nullus minister instituatur ad vitam, sed eius ministerium certum tempus comprehendat.

## De visitatione, &amp; correctione delinquentium.

## Cap. XVI.

**A**d hæc Ministri, & Fratres, ac Sorores Ciuitatis, & loci cuiuslibet, ad visitationem communem in aliquo loco religioso, vel Ecclesia,

42 **PRIMA REGULA FRATRUM TERTII ORD.**

eleſta, ubi locum huiusmodi contigerit deſſe, conueniant, & Viſitato-  
rem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbata Religionis exiſtat,  
quiq; illis de commiſſis exceſſibus iniungat pœnitentiam ſalutarem,  
'Nec quiniſ alius poſſit eis huiusmodi viſitationis officium exhibere.

Quod Viſi-  
tator ſit Or-  
dinis Mi-  
norum.

¶ Quia verò, præſens viuendi forma, inſtitutionem à beato Francisco  
prælibato ſuſcepit, conſulimus, ut Viſitatores, & informatores, de Fra-  
trum Minorum Ordine aſſumantur, quos Cuſtodes, vel Guardia-  
ni eiufdem Ordinis, cum ſuper hoc requeſiti fuerint, duxerint aſſignan-  
dos. Nolumus tamen Congregationem huiusmodi à Laico viſitari.  
Huiusmodi autem viſitationis officium, ſemel exerceatur in anno, niſi  
neceſſitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda. ¶ Incorre-  
gibilibus, ac inobedientes, monitio trina præueniat. Qui ſi ſe corrigere non  
curauerint, de ipſius Congregationis conſortio expellantur omninò, de  
conſilio diſcretorum.

De incorre-  
gibilibus.

De vitandis litigijs inter ſe, & cum alijs. Cap. XVII.

**V**itent inſuper Fratres, & Sorores (iuxta poſſe) litigia inter ſe, illa  
(ſi ſuſcitari contigerit) ſolicite dirimendo. Alioquin, de iure co-  
ram illo reſpondeant, apud quem Potestas reſidet iudicandi.

Qualiter, & per quos in abſtinentijs poſſit diſpensari.

Cap. XVIII.

**O**rdinarij autem locorum, vel Viſitator, cum Fratribus, & Sorori-  
bus vniuerſis, in abſtinentijs, ieiunijs, & auſteritatibus alijs, ex  
cauſa legitima (cum expedire viderint) poterunt diſpensare.

Quòd Miniſtri eorum manifeſtas culpas denuncient

Viſitatori. Cap. XIX.

De incorre-  
gibilibus.

**M**iſtri verò, manifeſtas Fratrum, & Sororum culpas Viſitatori  
denuncient puniendas. ¶ Et ſi quiſq; incorrigibilis fuerit, poſt  
trine admonitionis inſtantiam, à Miniſtris (de diſcretorum Fratrum  
aliquorum conſilio) viſitatori nunciatur eidem, de fraternitatis conſor-  
tio abiiciendus ab ipſo, & in Congregatione poſt modum publicandus.

Qualiter in prædictis nemo obligatur ad culpam mortalem.

Cap. XX.

**C**oeterum in præmiſſis omnibus, ad quæ Fratres veſtri Ordinis  
non ex diuinis præceptis, vel ſtatutis tenentur Eccleſia, nullum  
ipſo-

ipforum ad mortalem culpam volumus obligari, sed impostam sibi pœnitentiam, pro transgressionis excessu prompta humilitate recipiat, & efficaciter studeat adimplere.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostri Statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationis omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Reate. 16. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

INCIPIT PROLOGVS SECVNDÆ REGVLÆ.  
 seu formæ viuendi Fratrum, & Sororum de Pœnitentia,  
 seu Tertij Ordinis Sancti Francisci. Et est pro illis,  
 qui in Congregatione viuunt, & Priuilegijs  
 gaudent, vt in Const. 63. Pij V. quæ  
 incipit, Ea est officij nostri.



SCIENDVM, quòd Leo X. ordinauit dcnuò Regu- Colléctor.  
 lam pro Fratribus, & Sororibus Tertiæ Regula beati  
 Francisci, qui tria vota essentialia emittunt, & in Con-  
 gregatione viuunt. Et quia huiusmodi noua Regula  
 nunquam fuit impressa in aliquo libro Ordinis, idè  
 opere pretium visum est illam hic inserere. ¶ Sed ad-  
 uertendum, quòd prædicta ordinatio Regula, facta est bis, vel ter ab  
 eodem Leone X. & non vniformiter. Quarum vltima videtur melior,  
 & quæ in partibus Hispaniarum per Reuerendum Patrem Ministrum  
 Generalem Trium Ordinum beati Francisci recepta, & diuulgata,  
 necnon & omnibus prædictis Tertiarijs tradita est. Ideoq; præfatam  
 vltimam Regulam (reliquis ommissis) imprimere curauim de verbo ad  
 verbum, prout sequitur.

Dilectis filijs Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis Beati  
 Francisci, sub tribus Votis essentialibus in  
 Congregatione viuentibus.



EO Papa X. Dilecti filij, ac filia, salutem, & Apostoli-  
 cam benedictionem. Inter cætera nostro regimini cre-  
 dita, ea nos potissimè sollicitos reddunt, per quæ frenatis  
 mundi, carnisq; cõcupiscentijs, innocentie, primæq;  
 pacis celitus collate tranquillitas status ad suam prime-

uam reduci cognoscitur originem. ¶ Dudum si quidem huius gratia Nicolaus Papa III. prædecessor noster, tertiam Regulam beati Francisci, quam de Pœnitentia appellauit, per quam almus Confessor homines vtriusq; sexus fideles, Spiritu Dei plenus saluare contendebat, confirmauit, & approbauit. ¶ Verum quia temporis de cursu, spirante illo Spiritu sancto, non solum viri cõingati, mundi; huius incole, pro quibus à B. Francisco præfata tertia Regula edita fuerat, verum etiam, innumerarũ Virginum Chori, tribus essentialibus, & a quibusdam etiam clausura, nostra auctoritate assumptis rotis, constructisq; Monasterijs quamplurimis, non sine militantis Ecclesiæ fructu multiplici, & ædificatione, præfati Tertij Ordinis iugo sua colla subdiderunt. ¶ Et quoniã in dicta Tertia Regula, quædam Maritatis ac cõmoda, Celebi rerò, Virgineoq; status, sub huiusmodi Tertia Regula Domino famulantibus, nulatenus decentia innectuntur, ob quod castorum animorum nitidi affectus, ab ingressu dicti Ordinis, nonnunquam auertuntur; nos iuxta Domini voluntatem, pretiosum à vili separantes, eandem Tertiam Regulam in modum, qui sequitur distinctam, de nouo confirmamus, & approbamus, ac vobis, ac successoribus vestris seruandam transmittimus, cuius tenor sequitur, & est talis:

### De Nouitiõrum, seu Nouitiarum ingressu. Cap. I.

Conditio-  
nes recipi-  
endorum.

**F**Ratres, seu Sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi, debent esse fideles Catholici, de hæresi non suspecti, in obedientia Romana Ecclesiæ firmi, matrimonio non ligati, debitis expediti, corpore sani, animo prompti, nulla vulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati. Et de ijs omnibus antequam recipiantur, ab eo qui recipiendi habet facultatem, sunt diligenter examinandi.

### De his, quæ habent promittere Fratres, & Sorores in Professione huius Tertix Regulæ. Cap. II.

De habitu  
Fratrum,  
& Sororũ.

**F**Ratres, & Sorores postquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno, arbitrio Visitatoris esse debet) si conuersatio laudabilis fuerit apud Conuentum in quo quis, vel quæ habitum probationis portauerit, de consilio discretorum dicti

De forma  
Professio-  
nis.

Conuentus, ad Professionem dicti Ordinis recipiatur. ¶ In qua Professione promittat seruare mandata Dei, ac satisfacturum de transgressionibus quas facere posset in futurum contra hanc Tertiam Regulam, vbi à Prælatis requisitus fuerit, viuendo in obedientia, sinè proprio, & in castitate.

De

## De Ieiunio. Cap. III.

**F**Ratres, & Sorores, perpetuis temporibus feria secunda, quarta, sexta, & Sabbato (excepto Dominicæ Natiuitatis festo) carnes non comedant. Et à festo omnium Sanctorum vsq; ad Resurrectionem Domini, omni feria quarta, & sexta ieiunare teneantur. Ac similiter quolibet sexta feria totius anni. ¶ Item à festo beati Martini, vsq; ad Natiuitatem Domini ieiunent quotidie, iuncta Quadragesima vniuersalis Ecclesiæ, vsq; ad Resurrectionem Domini, quam tamen à Quinquagesima incipere debent. ¶ Diebus verò, quibus non ieiunatur, bis tantum die dumtaxat comedant. ¶ Excepto, q; à festo Paschæ vsq; ad mensem Octobris, laborantes penoso, seu graui labore, ter in die refici poterunt, ieiuniorum semper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes, infirmi, debiles, tempore necessitatis ieiunium soluere.

De laboratoribus.

## De diuino officio, &amp; oratione. Cap. IIII.

**F**Ratres, & Sorores in Ecclesia seruent silentium, præsertim quando missa celebratur, vel sermo Dei proponitur. De alijs verò locis, seruent quod per suos Superiores circa silentium illis fuerit ordinatum. ¶ Debent etiam quolibet die in sero, intra se, & Deum, cogitare quid fecerint, dixerint, vel cogitauerint. ¶ Quolibet autem die (si potuerint commodè) debeant audire Missam. Et procurare debent, q; habeant virum religiosum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat, & eos ad penitentiam, & virtutes inducat. ¶ Illi autem, vel ille, qui, vel quæ horas canonicas sciunt per se dicere, debent horas canonicas secundum vsum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ persoluere. ¶ Qui verò horas canonicas nesciunt dicere, dicant duodecim Pater noster pro matutino, & pro qualibet aliarum horarum septem, addito Gloria Patri, in fine cuiuslibet Pater noster, addito etiam Credo, & Miserere mei Deus, in principio Primæ, & Completorijs. Et qui præmissa nescierit, ter Pater noster, pro penitentia dicere debeat. ¶ Quoties autem prandium, vel cibum sumunt, gratias Deo reddere debent. ¶ De Confessione verò Sacramentali, & Sacra communione sumenda, seruabunt Ordinationem Nicolai Papæ IIII. q; ter in anno confiteantur, atq; communificent, vel etiam Statuta à suis Superioribus super hoc ordinata.

De silencio.

De Missa audienda.

Pro clericis.

Pro laicis.

De confessione, &amp; cõmunione.

## De Prælatorum, &amp; officiorum ordinatione. Cap. V.

**Q**ualibet domus, si Monasterium virorum fuerit, habebit Superiorem istius fraternitatis, qui Minister localis appellabitur. Si verò mulie-

mulierum, mater dicitur. Et eligentur per suos Conuentus, vel instituentur per suos Prouinciales Superiores, seu Visitatorem Generalem. Ita tamen, quod nullus sit perpetuus, sed certi temporis. ¶ Qui Ministri, & matres obedient per omnia, quæ ad presentem Regulam spectant, Prouincialibus Ministris Ordinis Minorum beati Francisci, & Visitoribus deputatis ab ipsis Ministris, quamdiu in dictis officijs fuerint. Quò verò ad alia officia intra domum, seruabunt statuta sua.

De subiectione Ordini Fratrum Minorum.

### De modo interius, exteriorq; conuersandi. Cap. XVI.

De qualitate vestiu.

**C**um Fratres, & Sorores huius fraternitatis dicantur de Penitentia, oportet eos ab omni curiositate, tam in vestibus, quam ab alijs quibuscunq; abstinere. Et iuxta Apostolicum Principis B. Petri salubre consilium, depositis cæteris vanis huius seculi ornamentis, nulum ornamentum corporale portare debent, nisi solum humile, & necessarium tegumentum corporis sui. ¶ Debent etiam ab accessu Curiarum Principum, Dominorum, seu Dominarum, ubi mollia huius mundi (Domino testante) habentur, omninò cauere. ¶ Nec vllò vnquam tempore choreis, ludis, iocis, & alijs hystrionum vanitatibus interesse. ¶ Debent quoq; esse parci in verbis, & locutionibus, quæ raro sine peccato multiplicantur. Et sepe omnia ab omni mendatio, & iuramento quocunq; iuxta mandatum Domini, nisi pro pace, fide, calumnia, & testimonio perhibendo, cauere debent. ¶ Et omni die in sero, inter cætera, debent examinare se, si vel mendacium, vel iuramentum aliquod fecerint, & pro quolibet, ter Pater noster dicere debent.

De parcitate sermonis.

### De visitatione, & cura infirmorum. Cap. VII.

**S**i quis Frater, vel Soror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit, Minister domus, vel mater, semel quotidie per se, vel per aliam personam visitare teneatur. Et de bonis communibus, omnia necessaria diligenter faciat illi ministrari. ¶ Teneatur quoq; infirmum, vel infirmam monere ad penitentiam acceptandam, veramq; conuersionem ad Deum faciendam, mortis propinquitatem, & iudicij diuini distinctionem, simulq; diuinam misericordiam proponendo.

### De visitatione, quam Prælati debent facere circa Fratres, & Sorores. Cap. VIII.

**M**inister Prouincialis Fratrum Minorum, vel Visitor eiusdem Ordinis cui ipse commiserit, visitabit quolibet anno, semel tan-

FRATRYM TERTII ORDINIS.

nam in qualibet domum, cum presentia seniorum. Et facta visitatione, non debet intrare officinas, nec alia interiora Sororum. Ipse autem Visitator nunquam solus maneat, & separatus cum aliqua Sorore. Debent autem Ministri, & matres dicere Visitatori defectus, qui correctione indigent. Similiter, & alij Fratres, & Sorores. Et si aliqui fuerint incorrigibiles iudicio discretorum, vel discretarum domus, tanquam morbida pecora eiciantur de Congregatione.

De ingressu claustrorum.

De incorrigibilibus.

De officijs mortuorum. Cap. IX.

Postquam aliquis Frater, vel Soror ab hac luce migraverit, curabit Minister, seu Mater, quod eius exequia solemniter celebrentur. Quibus exequijs omnes Fratres, vel Sorores alicuius domus, ubi ipsum mori contigerit, personaliter interesse debent, nec recedere, donec corpus traditum sit sepulturae. Et pro anima cuiuslibet defuncti, vel defunctae, infra octo dies, quilibet Sacerdos unam Missam, scientes autem, psalterium, quinquaginta psalm. nescientes vero psalm. quinquaginta Pater noster, & in fine cuiuslibet, Requiem aeternam dicere teneantur. In fine autem cuiuslibet anni, seu infra quemlibet annum, quilibet Sacerdos tres Missas pro defunctis, scientes psalterium, unum psalterium, nescientes vero psalterium, centum Pater noster, cum Requiem aeternam, in fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa ista officia pro defunctis, & alia officia diuina, in presenti serie annexa, cura imponitur Ministris, & Matribus, ut fideliter persoluantur.

De exequijs faciendis.

De recitatione dis pro defunctis.

De obligatione contentorum in Regula. Cap. X.

Omnia, & singula in presenti Regula contenta, sunt consilia ad facilius saluandas animas viatorum. Et nulla sunt obligatoria ad peccatum mortale, vel veniale, nisi humano, vel diuino iure aliquis alias esset obligatus. Obligantur tamen Fratres, & Sorores facere poenitentias sibi a Superioribus impositas, quando super hoc requiruntur. Obligantur etiam, ad tria Vota essentialia, paupertatem, nihil habendo in speciali. Castitatem, quia post Votum non possunt matrimonium contrahere, nec sine transgressione vitij carnalis se immiscere. Et obedientiam, quantum ad illa, sine quibus non potest commodè ista fraternitas manu teneri. Tenentur etiam ad clausuram seruandam illam, quae ipsam expressè seruareouerint. Quod omnibus, & singulis Conuentibus concedimus, dummodo hospitalitas, & charitas, quam exerce re solent apud infirmos, nullum cum honestate patiatur detrimentum.

De tribus votis.

De clausura.



Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annullo Piscatoris, die 20.  
 Januarij, 1521. Pontificatus nostri Anno octavo.

ORDO AD INDVENDVM FRATRES, ET  
 Sorores Tertij Ordinis Sancti Patris Francisci.

**P**rimò benedicantur vestes in hunc modum. *V.* Adiutorium no-  
 strum. *R.* Qui fecit. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiri-  
 tu tuo.

Oratio.

**D**OMINE Iesu Christe seminator, & inspirator religiosi  
 propositi, quiq; indumentum nostræ carnis pro salute ge-  
 neris humani misericorditer suscipere voluisti, & in  
 Præsepio vilibus pannis inuolui non horruisti, respice  
 propitius ad præces humilitatis nostræ, & has religiosas  
 vestes, quas hic famulus tuus N. (vel hæc famula tua N.) propter amo-  
 rem tuum, abiecto habitu seculari, proponit induere, benedicere tua  
 pietate digneris, & concede propitius, vt sicut exterius his religiosis  
 induitur vestimentis, intus renouetur affectibus, & per intercessionem  
 beati Patris nostri Francisci, induere eum, vel eam digneris. Qui  
 viuus. &c.

Postea super chordam dicatur. Oratio.

**D**EVS, qui vt seruum absolueres, Filium ligari funibus volui-  
 sti, benedic quasumus funem istum, & præsta, vt famulus tuus  
 N. (vel famula N.) qui (vel quæ) eo velut ligamine pœnitentiæ cinge-  
 tur, vinculorum eiusdem Filij tui Domini nostri Iesu Christi memor  
 existat, & in Ordine quem assumit salubriter perseneret, & tuis, cum  
 affectu semper obsequijs se alligatum esse cognoscat. Per eundem  
 Christam, &c.

Hic habitus, & chorda asperguntur aqua benedicta, & induitur  
 Frater, vel Soror habitu benedicto à Prælato. Et dicat super eum, vel  
 eam. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**M**aiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, vt famulum  
 tuum N. (vel famulam tuam N.) cui, de tua gratia præsumetes  
 nostræ Religionis vestem imponimus, digneris inter discipulos tuos  
 virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere ve-  
 stimento, vt intercedente beatissimo Patre nostro Seraphico Confessore  
 tuo Francisco, sub humilitatis veste tibi perseneranter deserviens, ad  
 stulam.

Stolam immortalitatis, & gloria mereatur peruenire. Qui uiuis,  
& regnas in secula, &c.

Hic cingitur à Prælato cingulum. Deinde. Oratio.

**D**EVS, qui beato Petro Apostolo tuo significans qua morte clarificaturus esset Deum, prædixisti per alium in senectute ipsam fore cingendum, famulum tuum N. (vel famulam tuam N.) quem, vel quam cingulo nostræ fraternitatis præcingimus, tua quasumus charitate præcinge, tui nominis metu constringe, & chorda salutari, cor eius regulari alliga disciplina, ut tua ei opitulante gratia, solutus, & liberatus à mundo; tuoque; vinculus seruitio (vel soluta, & liberata à mundo, tuoque; vincula seruitio) in Ordinis quem assumit obseruantia, usque; in finem iugiter perseueret. Qui uiuis, & regnas in secula, &c.

Tandem super Fratrem indutum, & præcinctum, vel Sororem indutam, & præcinctam dicatur. V. Dominus vobiscum. R. Et cum.

Oratio.

**D**EVS, qui mira Crucis misteria, in tuo deuotissimo Confessore beato Francisco, multiformiter demonstrasti, da famulo tuo N. vel famulæ tuæ N. ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione iuuari. Per Christum, &c.

AD INDVENDVM PVERVM, VEL PVELLAM  
pro aliquo Voto.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cæli, & terram.  
V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**OMINE Iesu Christe, qui pro nostra salute, suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, benedictione sancta tua, benedic ista paruula vestimenta, quæ pro gratiis tibi exoluendis cum omni deuotione, sanctoque; voto, ac reuerentia beatissimæ Mariæ Infans iste (sive Puella ista) super te suscepturus est, vel susceptura est. Infunde in eum (vel in eam) quasumus, tuam sanctam benedictionem, ut cum primum induerit hoc Religioni simile vestimentum, intercedente beato Francisco, descendat super eum, vel eam, gratia tua, & protegat illum (vel illam) ab omni malo mentis, & corporis. Qui uiuis, &c.

Deinde aspergantur vestimenta, & illa adoleantur incenso.

Cum

Cum verò exiit eum de suis vestibis, dicat.

**E**ripiat Dominus de corde tuo seculi pompas, quibus abrenuncia-  
sti, diu Baptistum suscepisti.

Psalmus.

**E**ripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.  
Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in  
me, libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua  
me. Gloria Patri, & Filio, &c.

Postea induat eum cappa, & scapularis, & antequam  
cingat, dicat.

**I**mmiscat in te Dominus sanctum Religionis amorem, sanctoq; fer-  
uore succendaris, & ardeas cœlestium bonorum desiderio. Psalm.  
Laudate pueri Dominum.

Postea cingat eum, dicendo.

**P**recingat te Dominus Zona iustitiæ, vt immaculata conserues om-  
nia mandata sua. Psalmus. Laudate Dominum in Sanctis eius.

Deindè det ei candelam accensam, & dicat.

Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus. *V.* Dominus  
vobiscum. *R.* Et. cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**omine Iesu Christe, lux vera de vero lumine, quæsumus clemen-  
tiam tuam, vt per intercessionem beatissimi Francisci, mentem  
paruuli huius illumines; vt cum ad annos discretionis aduenerit, san-  
cto tibi animo, corporeq; deseruiat. Qui viuus.

Postea benedicat puerum offerendò eum super altare,  
dicendo.

**C**onfirma Deus, in puero, siue puella, quod in eo, vel ea, operari se-  
cisti, à templo sancto tuo, deducat eum, vel eam, spiritus tuus bo-  
nus in terram rectam, & benedictio tua sit super eum, vel eam  
semper.

Dein-

Deindè reddat illum parentibus, & conuersus ad circumstantes, dicat.

**B**enedicat vos diuina Maestas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

Ad exuendum Puerum post annum.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit caelum, & terram. *V.* Dominus vobiscum.

Oremus.

**D**omine sancte Pater omnipotens aeterna Deus, a quo descendit omne bonum, & omne donum, tibi gratias referimus: & expleta vota reddimus; suscipe vota nostra cum actionibus gratiarum, & intercedente beata Maria Virgine, sanctoq; Francisco huic infanti, vel puella, de cætero præsta salutem mentis, & corporis, vt te Creatorem recta fide colat, in te Redemptore spem suam confirmet, teq; summum bonum super omnia diligat, atq; sanctis mandatis tuis semper obediat. Per Dominum.

Deindè habitum exuendo, dicat.

Reddite vota vestra Deo cum actibus suis. Psalmus. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes.

Deindè deponat habitum super altare, & dicat.

Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor. *V.* Dominus vobiscum.

Oremus.

**S**uscipe sancte Pater, omnipotens aeterna Deus, vota, præcesq; supplicum: & per intercessionem beatissimæ Virginis Mariae, sanctique Patris nostri Francisci, præsta nobis: ita beneficia tua cognoscere, vt in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominum nostrum, &c.

Postea benedicat circumstantes, vt supra.

Benedictio corporalium.

Oratio.

**O**mnipotens sempiternæ Deus benedic lintheamen istud ad tegendum, inuolendumq; corpus, & sanguinem Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum, &c. Oratio.

**D**omine Deus, qui iam sanctificare dignatus es hoc genus specierum, quando eo dignatus es inuolui corpus Domini nostri Iesu Christi unigeniti tui in beata passione, concede quæsumus per eundem Dominum, quanquam indignis famulis tuis, vt præsens lintheum caelesti benedictione sanctum, & aptum fiat Dominico sepulchro, vel altari tuo, vt placabiliter possit in eo imponi corpus, & sanguis eiusdem

Domini

Domini nostri Iesu Christi, qui est vita omnium fideliter se sumen-  
tium, & uiuit, & regnat tecum Deus in unitate Spiritus sancti, &c.

Oratio.

**C**lementissime Domine cuius inenarrabilis uirtus, cuius mysteria  
arcanis mirabilibus celebrantur, tribue quaesumus, ut hoc lin-  
theamen tuae propitiationis benedictione sanctificetur ad consecran-  
dum super illud corpus, & sanguinem Dei, & Domini nostri Iesu Chri-  
sti Filij tui. Qui tecum uiuit, &c.

SEQVUNTUR FORMVLAE ABSOLVTIONVM.

Absolutio ab excommunicatione maiore.

Videlicet,  
Iuramen-  
to de paré  
do manda-  
tis satisfac-  
toria, leu-  
pignorati-  
ca caut. &  
alijs, ut su-  
pra in ver-  
bo, Excom-  
municata.



**R**AEMISSIS omnibus, genuflexo paenitente,  
dicat Sacerdos super eum, Miserere mei, vel alium  
psalmum paenitentialem totum; & denudatis eius hu-  
meris, si visum fuerit expedire (nisi sit mulier, quae non  
percutitur) det ei ictum unum, leuiter percutiendo ad  
quemlibet versum. Postea dicatur Kyrie eleison, Chri-  
ste eleison, Kyrie eleison, Pater noster. V. Saluum fac seruum tuum,  
R. Deus meus sperantem in te. V. Esto ei Domine turris fortitudinis.  
R. A facie inimici. V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius ini-  
quitate non apponat nocere ei. V. Domine exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus uobiscum. R. Et cum spir. tuo.

Oratio: Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe  
deprecationem nostram, vel meam, ut hunc famulum tuum, quem excom-  
municationis catena constringit, miseratio tuae pietatis absoluat. Per  
Christum Dominum nostrum. Amen. Auctoritate omnipotentis Dei,  
& beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli, & Sanctissimi Domi-  
ni nostri Papae (vel Reuerendissimi Episcopi nostri) in hac parte tibi  
concessa, & mihi commissa, absoluo te à vinculo excommunicationis,  
in quam incurristi propter talem, vel talem causam, & restituo te sau-  
ctis Sacramentis Ecclesiae, communioni, & unitate fidelium. In nomi-  
ne Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Submoni-  
tio.

Nota q. si excommunicatio non sit certa, & proinde ad cautelam  
feri absolutionem contingat, non sunt seruanda praedicta solemnita-  
tes, suae circumstantiae. Item pro contumacia, vel offensa dubia, sufficit,  
dari cautionem iuratoriam, ut aiunt Doctores, etiam si dari possit fide-  
iussoria, & demum scito, q. in articulo mortis constitutus, à quocumq;  
casu excommunicationis absoluitur; si superuixerit, necesse est eum a-  
dire Superiorem illum, à quo alias de iure fuerat absoluentus, prout  
elicitur ex dicto c. eos qui, de sent. excom. lib. 6. & ex ipsa extr. Benedi-  
cti

Et Papæ XI. de Priuilegijs, quæ incipit, Inter cunctas, & quidem, non pro absoluione debet accedere, sed vt pareat eius mandato, acceptando pœnitentiam, aut huiusmodi.

Forma dispensandi super irregularitate, si super hoc facultas habeatur.

**A**uctoritate N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, dispenso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus) quam (vel quas) contraxisti propter talem (vel tales) causam (vel causas) & restituo te ad actus legitimos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Absolutio communiter obseruanda in confessione Sacramentali.

**1** SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, à quo possim te absoluere, ego absoluo te, & restituo sanctis Sacramentis Ecclesie, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**2** Misereatur, & c. Indulgentiam, & c.

**3** Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius, qua fungor, absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita B.M. semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, aut mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Submonitio.

Nota, qd Pœnitentiarij Episcopales, seu Archiepiscopales, cum regulariter non audiant, nisi peccata reseruata (quia pro reliquis debent remittere pœnitentes ad suos confessarios) post absoluionem ab excommunicatione (vt moris est) ad cautelam, debent indefinite dicere tali pacto. Ego te absoluo à peccatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

In reconciliatione, & in casu mortis repentinæ, vel alias imminentis.

**1** SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, à quo possim te absoluere, ego absoluo te. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**2** Item ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Tempore Iubilei, aut similibus gratiarum.

**S**I teneris aliquo vinculo, vel aliquibus vinculis excommunicatio-  
nis, suspensionis, & interdicti, à quibus ego possim te absolue-  
re, auctoritate mihi commissa, & tibi concessa à Sanctissimo Domino nostro  
Papa, ego absoluo te, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesie, com-  
munioni, & unitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti. Amen.

2. Misereatur, &c. Indulgentiam, &c. Dominus noster Iesus Christus,  
ut supra.

Submonitio.

At si de excommunicatione confessarius sit certus, & facultatem  
habeat absoluendi, dicat sic. Auctoritate N. ego absoluo te à vinculo  
excommunicationis incurse propter talem causam, deinde subiungat  
sic: Et si teneris aliquo alio vinculo excommunicationis; a quo, &c.  
Postremo absoluat à peccatis, ut supra.

Absolutio in articulo mortis, pro habentibus Bullas, aut Cou-  
fessionalia, aut Apostolica Privilegia, prout sunt illi com-  
muniter, qui sunt scripti in Societate Corporis  
Christi, aut alibi, &c. & item omnes  
fere Regulares.

**P**ostea quam penitens fuerit absolutus à censuris, & à peccatis,  
secundum formulam hic superius positam, debet Sacerdos in fi-  
ne hæc verba subiungere. Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & bea-  
torum Apostolorum Petri, & Pauli tibi concessa, & mihi commissa, con-  
cedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam possum  
concedere virtute tuarum Bullarum, Confessionalium, vel aliorum Pri-  
vilegiorum, si tamē hac vice morieris; alias, pro alia tibi vice reservo.  
In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Et hanc formam  
tradit etiā N. Guar. in suo Man. c. 26. num. 30. & dicit, esse etiam doctri-  
nam B. Antonini 4. p. & subdit, quod in articulo mortis multi amittūt  
tales præfatas gratias, quia eorum Confessarij eis illas non applicant,  
& tales gratie, inquit, debent etiam applicari ijs, qui amiserūt loque-  
lam, & non potuerunt confiteri, dummodo ostenderit signa contritio-  
nis; possunt. n. tales percipere Sacram Eucharistiam, & demum extre-  
mā unctionem, etiam si fuerint antea gravissimi peccatores: vnde sunt  
gravissimè puniendi, & Parochi, qui talibus ea Sacramenta denegāt.

Supradictæ Formulæ habentur in Catechesi Neap. fol. 43.

F I N I S.

55

**LICENTIA PATRIS**  
**REVERENDISS. GENERALIS**  
**ORDINIS CAPVCINORVM**  
**R. SILVESTRI A' MONTELEONE**  
**EIVSDEM ORDINIS.**

**FR. SILVESTER A' MONTELEONE ORDINIS**  
*Capuccinorum Generalis, & Servus, in Christo sibi Carissimo*  
*R. P. F. Hieronymo à Sorbo eiusdem Ordinis, nec*  
*non in eodem Prædicatori, Salutem.*



**C**UM intellexerim te cum non paruo labore annotationes quasdam in Compendium Prinilegiorum Ordinum Mendicantium excerptisse, quas in luce una cum eodem Compendio secundo, ab eodem Authore edito; ad comanem Mendicantium prædicatorum vtilitatem cupis producere: Virtute huius facultatem concedo (secundum temporis opportunitatem) illas posse in lucem edi, dummodo prius visa fuerint, & approbata, antequam dentur prælo, à Reuerendo Patre Fratre Siluestro à Rosfano, Theologo, ac Prædicatori Ordinis, qui curam habebit diligentissimam, ne sit aliquid, quod pias possit offendere aures, aut quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Decretis, & Constitutionibus Sacrorum Conciliorum, Summorumq; Pontificum, contrarietur. Nec non & approbata postea ab Illustrissimo, & Reuerendissimo loci Ordinario extiterint. Iuxta Sac. Conc. Trid. dispositionem. Datum Neap. die 4. mensis Maij. 1594.

*Fr. Silvester supradictus manu propria.*

Locus sigilli.



ADMODVM

## R. P. F. HIERONYMO

A SORBO INSTITVTI CAPVCINORVM  
Diui Francisci Prædicatori præclaro.FR. SILVESTER ROSSANVS EIVSDEM  
Ordinis Prædicator S. P. D.

VM enim ea, quæ sparsim erant, hinc  
ndè Religiosorum Priuilegia, nec non  
indulta, motu proprio, à sanctissimis  
Pontificibus illis concessa, Tu Hiero-  
nyme, Admodum Reuerende in vnum  
collegisti. Impositumq; est mihi illa di-  
scernere, an aliquid perpendatur, quod  
per opus fuerit, dignum emendatione,  
& correptione. Tandem fideliter vidi omnia, & adamsim  
perlegi. Vnde nè dumquidquã quæ legentium oculos offendere  
valebit, equidem reperi; Verùm tùm diuinarum scripturarum,  
tùm sacræ Theologiæ. Cùm sacrorum Canonum documenta,  
clarissimè ordinata aspexi, & magno cum zelo à te peroptimè  
ordinata. Age ergo quæso, vt quamprimùm, ea typis imprime-  
re facias, scire te etenim velim magno fore auxilio Religioni,  
laus Deo, & sanctis suis. Vale Neapoli die 28. mensis Maij.  
M. D. XCIII.

Fr. Siluester Rossanus, qui supra manu propria.

I. A V S D E O.

Omnia submittendo S. Romanæ Ecclesiæ correctioni.

---

Imprimatur. Ardycinus Biandrà Vic. Gen. Neap.  
M. Cherubinus Veronen. August. Theolog. Archiep.  
Neap. vidit. R. f. 6.




---

Ex Officina IO. THOMÆ Aulisiij. M. D. XCIII.

O  
M

hinc  
non  
mis  
ro-  
um  
di-  
uod  
ne,  
sim  
ere  
um,  
ta,  
mē  
ne-  
ni,  
ij.  
us  
da  
ui  
su  
lib  
ep.  
.6.

ADMODVM

R. P. F. HIERONYMO

A. S. V. R. O. I. N. S. T. I. T. U. T. I. I. L. I. A. R. E. C. C. I. N. O. R. V. M.

P. S. I. L. I. A. S. V. O. L. V. M. P. R. O. P. R. I. A. S.



Faint, illegible text in the right column, possibly bleed-through from the reverse side.

Multiple lines of faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



